





SACRA RITUUM

CONGREGATIONE

Eño, & Rño Dño Card.

PROSPERO COLUMNA

NEAPOLITANA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

FRANCISCI CARACCIOLI

FUNDATORIS Religionis Clericorum Regularium Minorum.

POSITIO

SUPER DUBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu &c.





ROMÆ, MDCCLXI.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

NEAPOLITANA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

FRANCISCI CARACCIOLI

Fundatoris Religionis Clericorum Regularium Minorum.

INFORMATIO

SUPER DUBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu &c.

BEATISSIME PATER.

1 Ostquam ad sublime Apostolicæ Sedis Thronum ex octo in hac Causa delatis Miraculis, duo dumtaxat *communi judicio* (sunt verba Sanctitatis Vestræ in Decreto edito die 19. Septembris 1752.) approbationem promeruerunt; iterum Deus, qui dives est in omnes, qui invocant illum, corroboravit misericordiam suam, extenditque manum suam, duoque alia nova dedit, ut proferantur, Miracula ad intercessionem Ven. Servi sui FRANCISCI CARACCIOLI patrata. Quare si denuo illius gloriam Deus palam facere voluit in Terris, acceptabile illud tempus profecto advenisse non dubitamus, quo idem Ven. Franciscus inclytus Religionis Clericorum Regularium Minorum Fundator per elevationem ad Sacros Altarium honores glorificetur in Terris,& luceat omnibus; Resonans enim iterum,iterumque lingua testantis Dei per insignia Miracula ad intercessionem Servi sui operata,dubitare non finit,ut tandem ponatur in signum Populorum, & in quem Gentes deprecabuntur. Eadem verò, quæ deferuntur, Miracula, tum in Probatione, tum in Relevantia plenè subsistunt, unde præinsertum Dubium *Affirmative* resolvendum confidimus, prout Postulatores, ac universa Clericorum Regularium Minorum Religio Ven. Fundatoris, & Patris glorificationem anxiis votis exoptantes, humillimè deprecantur.

MIRACULUM PRIMUM

Repentinæ Sanationis Caroli de Vivis Religionis Clericorum Regularium Minorum à copioso, & immodico Sanginis effluxu, ac pravis Symptomatibus, quæ eum ad deploratùm statum redegerant, cum instantanea, & perfecta deperditarum virium recuperatione.

Expositio Miraculi.

2 Carolus de Vivis Clericus Professus Religionis Clericorum Regularium Minorum, qui jam ante ingressum in Religionem tenuis, debilisque, ac vitiosæ erat valetudinis, quam externa maciei, & vultus pallore præsignabat, imbecillior semper, infirmiorque per aliquot annos Romæ in Religione traduxit. Neapolim à Superioribus missus, brevi ibidem, attenta imbecillitatis, ac malæ valetudinis perseverantia, malignanti morbo, imo pluribus sævissimis morbis cæpit miserrimè succumbere; A'gravissimo enim pectoris dolore correptus est cum magna difficultate respirandi, & continua, vehementique pectoris pulsatione; Tussis hinc violenta superaccessit, qua acriter conante, ex ore Infirmi aliqualis sanguinis tinctura scatere sæpe sæpius visa est; Nec defuit lenta quædam febricula ad eum unitim vexandum, & paulatim penitus conficiendum.

3 Curationi illi vacavit Medicus, qui non destitit opportuna ea remedia in usum vocare, quæ ad morbos vel penitus debellandos, vel saltem aliqualiter compescendos, aptiora, juxta sedulam medicæ artis disciplinam, poterant dijudicari; Verùm, siquidem in cœteris minoribus morbis levamen aliquod Infirmo attulerint, nullam tamen expertus est diminutionem in majoribus omni arti factis refractariis, majori enim angebatur difficultate respirandi, & pulsationem pectoris patiebatur vehementiorem, ideoque brevi temporis intervallo in eosdem reincidit morbos, aucta notabiliter Febri, iisdemque medicamentis præscriptis, & adhibitis, iterato beneficio aeris salubrioris, & usu lactis aliquantulum refectus est; Morbi autem nec vere, nec omnino extincti per reassumptionem præcipue studiorum reviviscentes, majusque incrementum sumentes, cum majori malignitate, effervescentia, & sævitia iterum prodierunt. Hinc difficultate respirandi, & pectoris pulsatione notabiliter auctis, in lecto decumbere coactus est miser Infirmus, ubi tussis violenta viam aperuit deplorabili morbo, effluxui videlicet ex ore tabidi, & putridi sanguinis, cujus morbi vim, malignumque conatum medicamentorum præsidio aliquantulum compescuit Medicus, iterum tamen excitatus, maximè de sero diei 8. Augusti 1752., & magis refractarius factus in nova emomitione sanguinis quantitatis immodicæ, qualitatis pessimæ, & maximi, ac intollerabilis fœtoris, itaut Æger oppressus, & prostratus reperiretur. Iterum, iterumque aliæ immodicæ nigri, & corrupti sanguinis vomitiones superaccesserunt die, noctuque cum lethalibus symptomatibus, cum ardentibus nempe Febribus, cum doloribus pectus, caputque lancinantibus, cum tussi vehementissima, cum difficultate respirandi, ut Infirmus ad suffocationem adigeretur, & quod ma-

magis est eo in statu, ut nihil levaminis ex ope medicamentorum esset consecuturus, utpote quæ tum ob morbi malignitatem, & robur, tum ob continuas evomitiones, constantesque, & numquam interruptos ad evomitionem stimulos inefficacia prorsus, & inapplicabilia reddita sunt. Ita morbo insanabili proclamato, Æger penitus viribus destitutus ad ostium mortis pulsabat.

4 At omni humana ope destitutus, cum caro esset infirma, spiritus tamen promptus fuit, ut totum se converteret ad implorandum auxilium à Domino, qui mortificat, & vivificat, ut consolaretur eum in tribulatione sua mediante intercessione Ven. Francisci Caraccioli, quem sicuti Patrem in Religiosæ vitæ Instituto coluit, ita Patronum in necessitate postulavit, invocavitque, ejus Imaginem supra pectus posuit, & pulverem ejus Sepulchi deglutivit: Hinc somno correptus, apparuit Ven. Dei Famulus, qui Ægro dormienti dixit = *Tu mi hai chiamato, eccomi, che ti occorre?* cui Infirmus respondit = *La salute del corpo, se à voi piace*, replicavit Servus Dei = *Sappi, che il tuo male era mortale, ma al presente sei sano, su alzati, obedisci.* Veritatem hujusce apparitionis probavit eventus, somno enim excitatus, statim agnovit omnem morbum dissipatum, & extinctum; surrexit è lecto, & Religiosis convocatis astitit coram omnibus sanus, magnificans Deum, qui Servum suum mirificavit, ita sanus, ita vegetus, ut statim facile, prompte, & expedite se addici potuerit manualibus quibusque exercitiis, deinde sine ullo incommodo, sine ulla molestia cœteris communibus ab Instituto & obedientia præscriptis alacriter se committere, studia antecedenter vetita reassumere, & feliciter prosequi, cibis communibus uti toto Adventu, recurrentibus vigiliis, diebus Veneris, & Sabbati, ac tota Quadragesima, perfecta constitutus in valetudine, quam usque adhuc gaudet constantissima.

De primo Extremo.

5 PRimum Miraculi extremum, quod consistit in gravitate morbi, satis, superque verificatur ex iis, quæ superius exposuimus: Siquidem Clericus Carolus de Vivis, qui à prioribus vitæ suæ annis malæ indolis valetudinem fuerat sortitus, ut ipsemet Sanatus Testis I. de facto proprio refert *Summario pag.* 2. §. 1., cui cœteri Testes mirificè concordant, præter pessimam plurium gravium morborum complicationem, quibus usque de Anno 1750. vexari cœpit, nempe Febre, acerbissimis capitis doloribus, asperrima Tussi, anxia in respirando, & vehementi pectoris pulsatione, ut recensent Sanatus Testis I. *Summario pag.* 2. §. 2. §. 4., *&* §. 7., Testis II. Subinfirmarius *Sum. pag.* 10. §. 44. § 46. §. 47., *& pag.* 11. §. 51., Testis III. Medicus *Summario pag.* 16. §. 92. *pag.* 17. §. 97., *pag.* 18. §. 101. §. 102., §. 103. Testis IV. Infirmarius major *Summario pag.* 29. §. 158. §. 162.; Testis V. *Summario pag.* 35. §. 201., Testis XV. ex officio *Summario pag.* 42. §. 233., *pag.* 43. §. 238. §. 239., Testis XVI. ex officio *Sum. pag.* 50. §. 275., *pag.* 51. §. 279. Major die 18. Julii 1752. superaccessit lethalis morbus consistens in immodico effluxu sanguinis corrupti, & virulenti cum augumento notabili Febris, pravorumque lethalium symptomatum, Testis I. Sanatus *Summario pag.* 3. §. 8., Testis II. Subinfirmarius *Sum. pag.* 11. §. 52. §. 53., Testis III. Medicus *Summario pag.* 16. §. 92., Testis IV. Infirmarius major *Summario pag.* 29. §. 165., *& pag.* 30. §. 166., Testis V. *Summario pag.* 36. §. 206. §. 207. §. 210., Testis XV. ex officio *Summario pag.* 44. §. 243. §. 244., Testis XVI. ex

 offi.

officio *Summario pag.* 52. §. 284. §. 286. Dirissimus hic morbus licèt prima facie medicaminum vi, & Medici ope correptus aliquantulum esset, sævior tamen exortus est sero diei 8. Augusti 1752. cum reviviscentia omnium morborum, & symptomatum, & cum atro sanguinis effluxu in quantitate vere immodica, & qualitate pessima, nec semel tantum, sed iterum, iterumque, usque quo Æger eò in statu redactus est, ut redditis medicamentis inefficacibus, immo ob continuas vomitiones inapplicabilibus, à Medico insanabilis proclamatus, viribus penitus destitutus, prostratus jaceret in lecto proximè moriturus, Testis I. Sanatus *Sum. pag.* 3. §. 13. §. 14. §. 15., *pag.* 4. §. 16. §. 17. §. 19., *pag.* 5. §. 22., *pag.* 7. §. 34., *pag.* 8. §. 36., Testis II. Subinfirmarius *Sum. pag.* 12. §. 58. §. 59. §. 61. §. 63. §. 64. §. 65. *pag.* 13. 66. §. 68. §. 69. *& ante* §. 73. *pag.* 15. §. 87., Testis III. Medicus *Sum. pag.* 21. §. 117. *ad* §. 123., *pag.* 22. §. 124. *ad* §. 128., *pag.* 23. §. 129 *ad* §. 133., *pag.* 24. §. 134. §. 135. §. 140., Testis IV. Infirmarius major *Summario pag.* 30. §. 168. §. 169. §. 170., *pag.* 31. §. 172. *ad* §. 178., & repetit *pag.* 33. §. 189. *ad* §. 192., *pag.* 34. §. 193. §. 194. §. 195., Testis V. *Summario pag.* 37. §. 212., *pag.* 38. §. 214. *ad* 217., *pag.* 39. §. 218. *ad* §. 220., *pag.* 40. §. 221., Testis XV. ex officio *Summario pag.* 45. §. 228. *ad* §. 254., *pag.* 46. §. 255. *ad* §. 258., *pag.* 47. §. 259. §. 260., Testis XVI. ex officio *Summario pag.* 53. §. 290. §. 291. §. 292., *pag.* 54. §. 293. *ad* §. 298., *pag.* 55 §. 299. *ad* §. 306.

De Invocatione.

6 UBI nulla in humanis remediis spes amplius supererat, Æger levavit oculos suos in Ven. Franciscum Caracciolum, ad hoc ut ejus intercessione sanaretur a languoribus suis, & postulata applicatione Imaginis Servi Dei, & pulvere ejus Sepulchri, ferventiori, quo potuit, cordis affectu ejus intercessionem imploravit, fiducialiter optatam salutem efflagitans, Testis I. Sanatus *Sum. pag.* 5. §. 22. §. 23., *pag.* 8. §. 37. *ad* §. 40. Testis II. Subinfirmarius *Summ. pag.* 13. §. 74., Testis III. Medicus *Sum. pag.* 17. §. 95., *pag.* 24. §. 136. §. 138., Testis IV. Infirmarius major *Summ. pag.* 31. §. 179., Testis V. *Summ. pag.* 40. §. 223., Testis XV. ex officio *Summ. pag.* 47. §. 261., *pag.* 49. §. 274., Testis XVI. ex officio *Summ. pag.* 56. §. 307. *ad* §. 309.

De secundo Extremo.

7 FIducia Clerici Caroli de Vivis infirmi, ejusque ferventissimæ supplicationes in irritum nequaquam cesserunt, nec fuerunt inanes, & vacuæ, dum à somno excitatus, omnibus morbis dissipatis, & extinctis, plenam, perfectam, & completam sanitatem sine ulla crysi reportasse expertus est, cum tali, & tam subita virium invectione, ut, qui viribus antea omnino destitutus in lecto decubuerat, statim lectum deseruerit, & suis ex se ipso indutus vestibus, vegetus, alacerque ad agendum, prompte, ac expedite aliquibus manualibus exercitiis pro experimento perfectæ sanitatis se addixerit, cum maxima omnium Religiosorum, qui ex improviso Ægrum Sanatum inspexere, admiratione, & stupore, Testis I. Sanatus *Summ. pag.* 6. §. 24. *ad* §. 26. §. 28., *pag.* 9. §. 42., Testis II. Subinfirmarius *Summ. pag.* 14. §. 75. §. 76. §. 78., *pag.* 15. §. 83. §. 84., Testis III. Medicus *Sum. pag.* 24. §. 137. §. 139., *pag.* 25. *in princ.*, *&* §. 141.

§. 141. §. 144., Testis IV. Infirmarius major *Summar. pag.* 32. §. 181. §. 182. *pag.* 34. §. 196. Testis V. *Sum. pag.* 40. §. 224. §. 225., *pag.* 41. §. 230., Testis XV. ex officio *Summ. pag.* 47. §. 262., *pag.* 48. §. 264. §. 265. §. 266., Testis XVI. ex officio *Summ. pag.* 56. § 311. §. 312. §. 314., *pag.* 57. §. 316.

8 Vires tam perfectas ab eo sanationis tempore Sanatus acquisivit, ut communibus Religionis, & Instituti exercitiis se addixerit; studiis toto pectore, efficacia, & notabili profectu se commiserit, communi mensæ accubuerit, ac communibus usus fuerit cibis absque ullo incommodo, vel minimo restitutæ sanitatis detrimento, imo cum plenitudine, & perfectione, Testis I. Sanatus *Summ. pag.* 7. §. 31. *ad* §. 33., Testis II. Subinfirmarius *Summ. pag.* 14. §. 80., *pag.* 15. §. 82. §. 85. §. 86., Testis III. Medicus *Summ. pag.* 25. §. 142. *ad* §. 145., Testis IV. Infirmarius major *Summar. pag.* 32. §. 185., Testis V. *Summ. pag.* 41. §. 227., Testis XV. ex officio *Sum. pag.* 48. §. 267. *pag.* 49. §. 270. Testis XVI. ex officio *Sum. pag.* 57. §. 317. §. 318., Et profecto nulla interveniente crysi, nulla medicamentorum ope, quæ ut superius diximus, facta sunt inapplicabilia, ea nova sanitat vigente usque in præsens, eoque novo robore Infirmus donatus est, ut nemo non videat mutationem dexteræ Excelsi annuentis intercessioni Servi sui Francisci Caraccioli; Revera omnes mirantes super tali sanatione instantanea, perfecta, & constantissima, eam non humanæ industriæ, nec naturæ vi, sed Miraculo adscripserunt, prout omnes Testes uno ore concordant, Testis I. Sanatus *Summ. pag.* 9. *post* §. 42., Testis II. *Summar. pag.* 14. *in fin. & pag.* 15. *in princ., & dict. pag.* 15. §. 86., *pag.* 16. §. 89. §. 90. §. 91., Testis III. Medicus *Summ. pag.* 25. §. 146., *pag.* 26. §. 147. *ad* 151., *pag.* 27. §. 152., *pag.* 29. §. 157., Testis IV. Infirmarius major *Sum. pag.* 32. *in fin.*, *pag.* 34. §. 197. §. 198., *pag.* 35. §. 199. §. 200., Testis V. *Sum pag.* 41. §. 228. §. 229. §. 231., *pag.* 42. §. 232. Testis XV. ex officio *Sum. pag.* 49. §. 269. §. 271. *ad* §. 274. Testis XVI. ex officio *Sum. pag.* 57. §. 315. §. 316. §. 319. §. 320., *pag.* 58. §. 321.

De Relevantia.

9 EX omnibus morbis, quibus vexatus, exagitatusque fuit Clericus Carolus de Vivis, gravissimus fuit immodicus effluxus sanguinis ex ore; Decumbebat enim oppressus, jacebatque dejectus omni humana spe recuperandi sanitatem. Siquidem morbus hic consistens in sanguinis fluxu ex pulmonibus, & in vomitu cruento cum ardentissima Febri, aliisque pessimis symptomatibus internam corrosionem, & rupturam indicantibus, omnimodam impossibilitatem ad sanationem dicebat, per ea, quæ docte, & luculenter expendit Testis III. Medicus curæ *Summ. pag.* 27. §. 152., *& seq.* Quare, si illico, & incontinenti morbus iste evanuit, perfecta, & plenissima sanitate restituta, exclamare oportet: *Digitus Dei est hic.* Et pro firmiori pondere, & robore adiicimus ea, quæ cum Medicis auctoritatibus expendit S. V. in præstantissimo Opere *de Servor. Dei Beatific. & Beator. Canoniz. lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 16. *num.* 7., ibi = *De sanguinis fluxu ex pulmonibus, qui, uti supra insinuatum est, dicitur Hemophtisis, Hippocrates sect.* 4. *aphor.* 25. *inquit: Sanguis quidem supra, qualiscunque fuerit, semper malum, quem textum Joannes Heurnius ita vertit: Si cui sanguis per superiora erumpat, cujuscumodi tamen is fuerit, calamitosum: Et Franciscus Vallesius pariter in Commentariis subdit: Sanguinem qualemcumque per os emitti, malum est, nam rupturam, aut cor-*

 ro-

rosiem, aut laxitatem venarum significat; Et *num.* 8. eadem S. V. concludit = *Lethalis ergo sæpissimè est hic morbus*. Si igitur hic morbus ex sua indole insanabilis, & lethalis, in instanti cessavit, id non arti ad eum compescendum, & sanandum prorsus ineptæ, nec naturæ, cui non datur hujusmodi morbos ulla crysi superare, potest attribui, sed unicè attribui debet naturæ, & artis Auctori, qui coram Hominibus glorificari voluit dilectum Famulum suum Franciscum Caracciolum, ex cujus validissima intercessione Miraculum operatum fuit.

MIRACULUM SECUNDUM

Repentinæ Sanationis Antoniæ Niglio ab immanibus doloribus Ischiadico, motum omnem inhibente, & Colico, adjecta gravi, continuaque febre, aliisque gravibus symptomatibus, viribus illico integrè restitutis.

Expositio Miraculi.

10 Antonia Niglio Ischiadis morbo correpta, vehementi per sexdecim menses vexata est dolore, qui licèt aliquantulum acerbitatis medicamentorum vi remitteret, & aliquoties leniret, attamen, morbo radicitus nunquam evulso, magis, magisque vires sumpsit, & nimis immederate desæviit. Quinimmo dolores super dolorem additi sunt, & afflictiones afflictæ, nam colici dolores eam ex improviso invaserunt, necnon Febri continua, & acuta, assiduis vigiliis, molesta nausea, aliisque pravis symptomatibus dirissimè torquebatur.

11 Accitus Medicus nulla omisit tentare artis remedia, sed perduellis morbi, immo morborum qualitas, malignitas, & complicatio artem, industriamque omnem elusit, ita ut Antonia semper magis infirma, & majoribus semper sollicitata doloribus jam ad extremum vitæ terminum deducta fuerit; Cum nec artis præsidio, nec ope naturæ ulla salutis spes effulgeret, hortatu pii Religiosi, & suasionibus ejus Viri, qui viderat multiplicatas Uxoris infirmitates, recursum habuit ad Dominum, ut mirificaret misericordias suas mediante intercessione dilecti Famuli sui Francisci Caraccioli, cujus Imaginem sibi applicavit, instituitque ipsa, ut poterat, unà cum Marito novendiales preces effundere ad Deum, qui adjutor est in tribulationibus, ut, Servo suo intercedente, exaudiret orationes eorum. Nec sunt fraudati à desiderio suo; Etenim sex, vel septem elapsis Novenæ diebus, quibus in miserrimo semper statu laboraverat infirma Mulier, doloribus, angustiis, & molestiis quotidie acriùs sævientibus, factum est, ut Marito, post totam noctem, ob Uxoris clamores, & ululatus ductam insomnem, aliquantulum obdormienti Servus Dei apparuerit, annuntians, quod sana facta est Mulier in illa hora. Experrectus interno gaudio, & consolatione recreari sensit, nec hæsitans in fide, sequutæ subitæ sanationis veritatem agnovit: Equidem Mulier bene se valere sentiens indutis ex se ipsa vestibus, expeditèque è lecto prosiliens, ab omni dolore libera, & penitus, penitus-

nituſque ſana in Apothecam deſcendit, ubi manualia priſtina opera reaſſumpſit, & ſine ullo incommodo ſemper exercuit, prout etiam nunc optima fruens valetudine exercet, obſtupentibus omnibus, & Deum cum ea magnificantibus, qui per eam inſtantaneam ſanationem Ven. Servum ſuum Franciſcum Caracciolum in brachio excelſo glorificaverat.

De primo Extremo.

12 HOc primum Extremum reſidet in gravitate tam morbi Iſchiadis, quàm Colici. Et quoad Iſchiadis morbum & acerbitatem doloris, ipſamet Sanata Teſtis I. recenſet = *Mi ſentii aſſalire da un fiero dolore propriamente nella giocatura dell'oſſo della coſcia &c. non ſolo mi faceva urlare, ma anche mi inabilitava al cammino, a ſtar ſeduta in letto, e poi addolcendomiſi per due, ò tre giorni &c. mi ritornava di nuovo colla ſteſſa fierezza, non potendo io aſſegnare la cauſa, e l'occaſione d'onde foſſe derivato queſto dolore così acerbo, perchè non poſſo ſaperlo, e così continuò per un' nno, e meſi fino all'ultima infermità &c. che mi riduſſe all'ultimo &c. Summario pag.*59. §.2. *ad* §.5., quacum concordant Teſtis XI. Maritus Sanatæ *Summario pag.*64. §.37. *&* 38., Teſtis XII. Medicus *Summario pag.*70. §.67. Teſtis XIII. *Summario pag.*78. §.101., Teſtis XIV. *Summario pag.*84. §.136., Teſtis XVII. ex officio *Summ. pag.*89. §.164. *&* 166. Et Ægra facta prorſus inepta ad motum præ dolorum acerbitate, & ſævitia, lecto decumbere adacta fuit, ſuperadditis colico dolore, gravi, continuaque febri, aliiſque gravibus ſymptomatibus, itaut nullam inveniens requiem, diriſsime per dies viginti uſque ad diem obtentæ miraculoſæ ſanationis cruciata, & vexata fuerit, Teſtis X. Sanata *Summario pag.*60. §.7. *&* 8., Teſtis XI. Maritus Sanatæ *Summario pag.*65. §.40., Teſtis XII. Medicus *Summario pag.*70. §.67., Teſtis XIII. *Summario pag.*78. §.101. *ad* §.103., Teſtis XIV. *Summ. pag.*84. §.136. *pag.*85. §.138. *&* 139., Teſtis XVII. ex officio *Summ. pag.*89. §.164. *ad* §. 167.

13 Adeoque vehemens fuit morbi, ſeù veriùs morborum complicatorum gravitas, ut Antoniæ Niglio ſanitas fuerit omnino conclamata, remediis inceſſùm adhibitis ad profligandam morborum vim, & ad compeſcendos dolores, qui contumaciter perſeverabant, Teſtis X. Sanata *Summ. pag.*60. §.9. *ad* §.13., *pag.*61. §.14. *ad* §.17., Teſtis XI. Maritus Sanatæ *Summario pag.*65. §.40. *ad* §.45., *pag.*66. §.46. *ad* § 50., *& pag.*67. §.51., Teſtis XII. Medicus *Summ. pag.*72. §.77. *ad* §. 81., *pag.*73. §.82. §.83. *pag.*74. §.84., & ſignanter §.85. *&* 86. *ait = Tutti queſti medicamenti da me applicati, e continuati per tutto il corſo di circa venti giorni, che io andai alla cura di detta Donna inferma, alla ſola riſerva dell'anzidetta picciolíſſima ſfecciatura, che la liberò dal più proſſimo, ed imminente pericolo di morte, tutti gl'altri ſintomi, cioè il dolor colico, la ſciatica, la febre, la nauſea, e la vigilia non ſolo fino all'ultimo non ebbero veruno allegerimento, ma anzi andorono ad accreſcerſi col ſopranominato ſintomo del ſonno morboſo, che mi fece fare un prognoſtico più probabile, ed accertato della morte della medeſima inferma Antonia Niglio fra pochi altri giorni* = & concordant Teſtis XIII. *Summario pag.*80. §.116. *ad* §.119., *pag.*81. §.120. *ad* 123., *pag.*82. §.124. §. 125., Teſtis XIV. *Summario pag.*85. §.137. *ad* §.144., *pag.*86. §.151. §. 152., *pag.* 87. §.153. *ad* §.157., Teſtis XVII. ex officio *Summ. pag.*89. §.166. *ad* §.169.

De

De Invocatione.

14 Omni humana spe destituta Antonia Niglio, à Deo imploravit opem cum medio invocationis Servi sui Francisci Caraccioli, & applicationis ejus Imaginis, & per novendiales Supplicationes, quas ipsa unà cum Marito ad Dei Famulum instituerant, ut per ejus merita postulatam obtineret sanitatem, Testis X. Sanata *Summario pag.61. §.20., pag.62. §.21. & 22.*, Testis XI Maritus Sanatæ *Summario pag.67. §.52. & 53*, Testis XII. Medicus *Summario pag.75. §.90.*, Testis XIII. *Summar. pag.82. §.126.*, Testis XIV. *Summario pag.85. in fin. & pag.86. in princ.*, Testis XVII. ex officio *Summario pag.90. in princ.* Ast sex, aut septem elapsis Novenæ diebus, Ven. Dei Servus Franciscus Caracciolus, cujus intercessioni Omnipotens Deus hoc reservaverat Miraculum circa Auroram Marito Sanatæ dormienti apparuit, asserens = *Che era venuto a darmi il buon annunzio, che detta mia Moglie era sana perfettamente* = Ita de facto proprio deponit Testis XI. Maritus Sanatæ *Summario pag.67. §.55.*, & de auditu ab eodem reliqui Testes concordant.

De secundo Extremo.

15 Expergiscens è somno Maritus, cui se videndum exhibuerat Servus Dei, statim veritatem Apparitionis agnovit, dum illico ægra Mulier felici nuncio audito sensit jam misericorditer factum auxilium Domini super se, quia omnis dolor abscesserat, potentia ad motum redierat, & plena, ac perfecta sanatio supervenerat = *Ed io già sentendomi libera da tutti li sopraccennati dolori, da febre, e da ogn'altro sintomo, da cui venni travagliata in tutta quella notte, mi vestii francamente, e calai unitamente con mio Marito giù alla nostra Bottega, e mi posi a fatigare, ed a fare tutti gli altri servizj di Casa immediatamente, sentendomi anche perfettamente sana, come se non avessi avuto mai male*, ut ait ipsa Sanata Testis X. *Summario pag.62. §.25. & 26.*, & refert Maritus Sanatæ Testis XI. *Summario pag.68. §.58. & 59.* = *Dopo la visione da me ricevuta da detto Ven. Padre Francesco Caraccioli io ritrovai avverato subito doppo risvegliata mia Moglie adempito in lei quanto per lei mi fu annunziato della sua piena, perfetta, e compita salute, e liberazione da' dolori colici, sciatica, febre, e da ogn'altro male per i segni anche sopra da me deposti, cioè di essersi lei vestita, calata in Bottega, ed avendo intraprese subito le fatiche con prontezza, robustezza, senza veruno ajuto, e senza sentire alcun dolore, o minima molestia de' mali, che in quella stessa notte pativa più acerbamente delli altri giorni, e notti, come se mai avesse patito di detti mali, da' quali in quel punto si sorse*; Et recenset Testis XII. Medicus de auditu ab ipsamet Sanata *Summario pag.75. in fin., & pag.76. in princ.* = *Quanto il medesimo Servo di Dio li annunziò circa la salute di Antonia Niglio sua Moglie, tutto fu verificato, come ella stessa mi disse, nello stesso punto, che il Marito le raccontò la visione, ed io già la viddi quella mattina perfettamente sana, mentre poneva un gallone ad un cappello, e poi la viddi alzata nel suo perfetto colore, e carnagione sana, nella quale, mentre stava in letto era molto smagrata, e decolorata, e poi la viddi alzare dalla sedia, e caminare per un servigio, che aveva da fare nella Bottega senza l'inferior debolezza, ò incommodo, ò dolore, senza ajuto, e senza bastone, ed io avendole anche osservati li polsi, la viddi libera da ogni ombra di febre* =. Idipsum

sum deponunt Testis XIII. *Summ.pag.79. §.* 109 *&* 110., *pag.*83. *§.*129. *&* 130., Testis XIV. *Summario pag.86. §* 147. *ad §* 149., *pag.*88. *§.*159. *&* 160., Testis XVII. ex officio *Summario pag.* 89. *§.* 170., *pag.* 90. §.171. *&* 172.

16 Augetur, & crescit hoc secundum Miraculi Extremum, quia tam subita, tam insperata, & tam perfecta sanatio evenit nulla prorsus præcedente, vel concomitante crysi, ut deponit Testis X. Sanata *Summario pag. 63.* §.31., Testis XI. Maritus Sanatæ *Summario pag.69.* §. 60., Testis XII. Medicus *Summario pag.76.* §. 96., Testis XIII. *Summar. pag.*83. §.182., Testis XIV. *Summario pag.*88. §. 161. Et Sanitas ita subitò, & instantaneè adepta, nec relapsui, nec recidivæ unquam obnoxia fuit, sed constans, & perseverans duravit, & durat absque ullo vel doloris, vel incommodi, vel molestiæ vestigio, ut recenset ipsa Sanata Testis X. *Summario pag.*64. §.33. = *Sin dal punto, che io ebbi la sopramentovata Grazia fino ad oggi, per misericordia di Dio, hò goduto sempre di una perfetta salute, senza esser incorsa più nello stesso male ò Colico, ò Sciatico, ò Febre, ne in altri malori, ne hò presa fra tutto questo tempo sorte di medicamento alcuno per preservarmi da sudetti mali, ò da qualunque altro*, & concordant Testis XI. Maritus Sanatæ *Summario pag. 69. §. 61.*, Testis XII. Medicus *Summario pag.* 77. §. 97., Testis XIII. *Summario pag.* 83. *in fin. & pag.* 84. *in princ.*, Testis XIV. *Summario pag.* 88. §.162., Testis XVII. ex officio *Summario pag.* 90. §. 175. Profectò pessimum ægræ Mulieris statum in optimum illico, & incontinenti redactum, nonnisi per mutationem dexteræ Excelsi, mediante validissima intercessione Ven. Francisci Caraccioli, fuisse omnes cognoverunt, Testis X. Sanata *Summario pag.*64. §.35. §.36., Testis XI Maritus Sanatæ *Summario pag.* 70. §.66., Testis XII. Medicus *Summario pag.*77. §.99., Testis XIII. *Summar. pag.*84. §. 135., Testis XIV. *Summario pag.*89. §.163. Testis XVII. ex officio *Summario pag.*90. §.174.

De Relevantia.

17 SAnè hoc tam insigne Miraculum, ejusque Relevantiam quis poterit in discrimen adducere? Re vera Ischiadis morbum inter articulares affectus *esse molestissimum, & solutu contumacissimum* firmat Cels. *lib.*4.*Sum. medic. cap.* 22., Avicen. *tract. 2. cap.* 5., quos sequitur Zacch.*quæst. medic. legal. cons. 6. n. 2. tom. 2.*, quia cum talis morbus causam sumat ab humore frigido, qui articulum ossis Sciæ occupat, idemque articulus sit valde debilis, & minimum habens calorem, hinc fit, quod difficiliter curationem admittit, ut prosequitur Zacch. *dicto cons. 6. num.4. tom.2.*; & Zacut. Lusitan. *lib.3. histor.* 19. *pag.*560. dicit, *quod hic affectus rebellis sit, humorque crassus, & contumax lateat in profundo, & immani dolore corpus excruciet, debilitet, & sæpe interficiat*: Quaptopter ubi similis morbus, qui in casu nostro Ægram diu ineptam ad motum reddiderat, in instanti recessit, de Miraculo dubitari non licet, ut concludit idem Zacch. *loco mox allegato num.4. in fin.*, ubi ait, hunc morbum *habere omnimodam suæ sanationis repugnantiam in via naturæ, firmandum est, cum tam arti, quàm ipsi naturæ omnis præcisa via sit tales morbos superandi.*

18 Eòque certius si advertatur ad diram malignitatem colicæ affectionis, & ad ea prava symptomata, quæ morbum concomitabantur, & quæ deploratum Ægræ statum reddiderant præ eorum acerbitate, & conatu semper majori, & contumaci usque ad tempus obtentæ miraculosæ sanationis;

Eò ipso, quod orante Muliere, & implorante intercessionem Servi Dei, exaudita fuit oratio illius per subitam dolorum cessationem, & instantaneam omnium malorum Symptomatum expulsionem, ita ut Mulier perfectè in instanti sanata, imposterum plena, & optima usa sit valetudine, nemo non videt opera Dei manifestata in hac miraculosa sanatione ope Ven.Francisci Caraccioli obtenta, quia qualiscunque sanatio, quæ in instanti fit, vires naturæ semper excedit, ac per consequens miraculosa censetur, S. Thom. *in Summ. part.* 1. *quæst.* 110. *art.* 4. *&* 2. 2. *quæst.* 105. *art.* 8., Castellin. *de Canonic. Sanctor. quæst.* 4. *art.* 1. *num.* 2. *&* 9., *& quæst.* 6. *art.* 3.

19 Fortiùs quia ex Depositionibus tam Medici, quàm cœterorum Testium constat, nullam in casu, de quo agitur intercessisse crysim, aut evacuationem; Exclusio enim cujuscunque crysis, aut evacuationis manifestè probat, & convincit Miraculi veritatem, ut in præcisis terminis sanationis Ischiadis tradit supracitatus Zacch. *cons.* 5. §.10. ibi = *Si quæ ergo instantanea sanatio in tam difficili morbo successerit, nequaquam persuaderi possumus, naturam quicquam in ea sanatione operatam fuisse, primò quia nulla in hac sanatione crysis successit, ut de necessitate debere succedere in subitis sanationibus probavimus; secundò, quia nulla facta est insignis excretio, nullusque apparuit motus, qui naturam operantem commonstrare potuerit.*

Epilogus.

20 HÆc sunt, Bme Pater, indubia veritatis Signa, quibus Ven. Servi sui Erancisci Caraccioli Sanctitatem Deum contestari dignatus fuit. Hæc sunt magnalia, & mirabilia, quibus loquutus est, ad hoc ut gloria ejusdem Famuli sui palam fiat in Terris. Igitur S. V., cui gloriam Sanctorum toti Ecclesiæ revelandi potestas concredita de Cœlo est, aperiat os in benedictionibus per approbationem eorumdem Miraculorum, quæ propter eorumdem subsistentiam, & relevantiam meritò approbanda confidimus, prout Causæ Postulatores iterum, atque iterum deprecantur.
Quare &c.

Dominicus Musacchus.

REVISA

Joannes Prunettus Sub-Promotor Fidei.



NEAPOLITANA
Beatificationis, & Canonizationis
VEN. SERVI DEI
FRANCISCI
CARACCIOLI
Fundatoris Religionis Clericorum Regularium Minorum.
SUMMARIUM
SUPER DUBIO
An, & de quibus Miraculis constet in casu &c.
SUMMARIUM
Miraculi Primi

Repentinæ Sanationis Caroli de Vivis Religionis Clericorum Regularium Minorum à copioso, & immodico sanguinis effluxu, ac pravis symptomatibus, quæ eum ad deploratum statum redegerant, cum instantanea, & perfecta deperditarum virium recuperatione.

EX PROCESSU APOSTOLICO NEAPOLITANO ANNI 1753.



Rimus Testis. *Pater Carolus de Vivis Religiosus Professus Religionis Clericorum Regularium Minorum ætatis annorum 22.* Sanatus.

Juxta 11. *Interrogatorium Proc. fol. 95. ter.*

Respondit. Per sodisfare alle domande, che mi si fanno nel presente Interrogatorio, racconterò per ordine sin dal principio l'incominciamento della mia Infermità, il suo progresso, ed il suo fine con tutte le circostanze richieste, essendo io stato per

§. 1. *Erat debilis, gracilis, ac pravi coloris tam ante, quàm post ingressum in Religionem.*

§. 2. *Recenset morbos, quibus vexari cæpit de mense Martii 1750.*

§. 3. *Et remedia per Medicum applicata, & inter usum lactis, à quibus licèt aliquod expertus fuerit levamen, remansit tamen major difficultas respirandi, & pulsatio pectoris.*

§. 4. *Insequenti anno 1751. reincidit in eosdem morbos cum vehementiori febri.*

§. 5. *Præscriptio medimentorum, eorumque inutilitas, ob quam denuò mittitur ad respirandum aerem salubriorem cum eodem usu lactis.*

§. 6 *Levamen, & respectivè morborum reliquiæ.*

§. 7. *Recenset causam reincidentiæ in eosdem morbos cum majori sævitia.*

il passato anche prima di entrare nella Religione di una complessione debole, e gracile, e di mal colore, continuando così dopo l'Ingresso, che sono in oggi sette anni in Roma; Venuto poi in Napoli nel 1748. nel giorno di S. Lucia continuai nella stessa mia gracilità, fino che nel mese di Marzo del 1750. sorpreso da un gravissimo dolor di petto cagionato da un catarro con gran difficoltà di respiro, tosse, e pulsazione grande nel petto, che mi avanzava molto più nel salire, che Io facevo per le Scale, anche essendo vessato da una picciola febbre con qualche espurgazione, rara però, e picciola di sangue di bocca nell'atto del tossire, e per una tal'indisposizione sopravenutami mi fù mandato per ordine del Preposito di questa Communità il Medico ordinario della Casa Signor Don Vincenzo Jorio, il quale prima attese a curarmi con alcuni Brodi medicati a me ignoti, con unzioni, anche a me ignote nel petto, ma perche si riconobbe pertinacia nel male, ordinò, che avessi preso l'uso del latte, che già mi fù applicato, e lo presi nella Massarìa di questa medesima Casa sopra S. Gennaro de' Poveri nel Soborgo di questa Città ordinatami dal Medico stesso, ed ivi essendomi trattenuto circa tre mesi, si calmò il male, cioè la febbre, e la tosse, ma mi rimase la difficoltà del respiro, ed il battimento del petto, che mi molestava più del solito, quando salivo le Scale, nel qual stato continuai a stare fino al principio dell' Està dell'anno sosseguente 1751., nel qual tempo ricadei nello stesso male dell'anno precedente con una circostanza di più, che come nella prima caduta la febbretta era lenta, in questa recidiva la febbre si accresceva verso il declinare del giorno, ed avendomi lo stesso Medico prescritti simili medicamenti di Brodi, e di unzioni, nè ritrovandovi sollievo, e miglioramento alcuno, ordinò l'uso stesso del latte, ma che dovessi andarlo a prendere in un'aria più grossa, com'è quella della Terra, o sia Casale di S. Maria di Capua, dov'è un'Ospizio di questo stesso nostro Ordine, ed ivi portatomi, e trattenutomi per due mesi in circa, feci uso del latte, ed essendomi riavuto da tutti detti sintomi, alla riserva solamente di un poco di affanno, che mi rimase, e di pochissimo dibattimento di petto, me ne ritornai in questa Casa, dove ripresi i miei Studij, e le mie applicazioni de' Chierici professi. Prosequendo in questo stato i miei Studii, ma con abito macilente di Corpo, ebbi l'ordine dal mio Lettore il Padre Giovan Battista Gomez verso la fine di Maggio 1752. di sostenere una pubblica Conclusione di Filosofia in questa medesima Casa, ed Io assumendomi l'Impegno, ed applicandomi con maggior fervore allo Studio, alcuni giorni prima della Conclusione mi si rinovò l'antica febbretta congiunta colli stessi sintomi rimastimi; Sostenni la Conclusione, ma con gran mio sforzo, attesa la febretta, nella quale mi ritrovavo nel giorno 16. di Luglio, ed il giorno immediatamente appresso, perche mi si risvegliò anche l'affanno, ed il dibattimento di petto, che si accrebbe, come anche la difficoltà del respiro, mi dovei ponere al letto, e nella sera dell'istesso giorno d'ordine del medesimo Superiore fù chiamato lo stesso Medico Jorio, perchè fosse venuto la mattina seguente de' 18. a visitarmi, ma prima del suo arrivo, precedente

dente una Tosse più grave del solito, buttai con affluenza molta quantità di sangue, fra il quale vi ci erano molti pezzetti glutinosi, accrescendomisi la febbre, e tutti gl'altri sintomi, e venuto il Medico, veduta la gran quantità di sangue, che buttata da me precedentemente dentro un Bacino, ed in terra, giudicò esser sangue corrotto, e dicevano tutti i Circostanti, ch'era puzzolente, mi fece due volte salassare per quanto mi ricordo dal Barbiero di Casa al braccio sinistro per fare alleviare il dolore, che Io dicevo di avere in quella parte del petto, e la seconda al piede sinistro, e poi mi pose alla cura dell'acqua con qualche poco di Condito, che dovei prendere ogni ora in circa per più giorni, ma nell'atto, che prendevo l'acqua con detto Condito, in ogni volta la vomitavo meschiata con altro sangue, e riconoscendo il Medico, che tal'uso niente giovava, prese a darmi per bocca altri medicamenti balsamici, come disse, che li presi per molti giorni, e con tal'uso si vidde, che non più mi compariva il sangue, la febbre andò cessando, essendomene rimasta pochissima, che lentamente mi sorprendeva verso la sera senza però grave mia inquietitudine, tanto che avendomi Io stesso Medico veduto in questo grado, mi permise, che fossi la mattina escito a sentir la Messa in questa Chiesa, ed al Refettorio, e poi mi fossi ritirato senza darmi licenza di andare in altro luogo per non far maggior moto, e avendomi proibito qualunque minima applicazione di Studio. Così avendo Io proseguito il sistema di vivere fino al giorno otto di Agosto del medesimo anno prossimo passato mille settecento cinquantadue, nel quale essendo calato al solito con tutta la Communità nel Refettorio nella sera, nell'atto, che Io stava per refocillarmi con un'ovo, mi venne tal sconvolgimento di stomaco, e di viscere, dolore di petto, e di testa, ed affanno con tutti gli altri precedenti sintomi, che mi sentivo soffocare, mandai a prendere licenza dal Superiore per ritirarmi in Camera, e concedutamisi me ne ritirai con gran stento, ed ivi giunto immediatamente ebbi un butto tale di sangue, che sporcai li lenzuoli, il pavimento, e preso anche un Bacino per l'osservazione, che dovevasene fare dal Medico, seguitai a buttarne anche gran copia nello stesso Vaso, che mi durò circa un mezzo quarto di ora con gran affanno, soffocazione di gola, e dolor grande di Capo con tosse profonda. In questo stato cercando ajuto sopravenne alla mia stanza il Padre Giuseppe Ricci, ed il Padre Filippo Maria Ruoti, uno de' quali essendo andato a chiamare il Sotto Infermiero Fratello Carlo Porcelli, accorso ancor questi alla mia stanza, mentre Io stava steso sul letto supino, ed affannoso, perche non potevo star riposato di lato, in presenza di tutti e tre detti Religiosi. Se ne partirono i primi per andare a prendere un poco di acqua vita per riparare il puzzore, che dava il mio sangue buttato dentro la stanza, e mentre vi era rimasto il solo Sotto Infermiero, avanti di lui mi rinovò il butto di sangue, che buttai bocconi sul pavimento accanto il mio letto, anche in gran copia, ma minore della prima volta;

§. 8. *Effluxus sanguinis pessimæ qualitatis, & fætoris cum pravis symptomatibus.*

§. 9. *Bina sanguinis emissio.*

§.10. *Medicamenta inutiliter applicata.*

§.11. *Alia medicamenta, ex quibus aliquod recepit levamen.*

§.12. *Prohibitio motus, & studiorum.*

§.13. *De sero diei 8. Augusti 1752. magni sanguinis vomitio cum lætalibus symptomatibus superaccessit.*

§.14. *Fætor vomiti sanguinis, ejusque pessima qualitas.*

§.15. *Alia magna sanguinis vomitio.*

Ritornati poi i medesimi due primi Religiosi per qualche nuovo accidente mandarono il Sotto Infermiero dal Superiore per farli il racconto dell'accaduto, e questi, siccome mi fù detto, ordinò, che fusse andato a prender consiglio da qualche Medico più vicino di ciò, che si doveva fare, e ritornando l'istesso Sotto Infermiero, interrogato da' primi Padri, raccontò, che fosse stato consigliato da un Medico, che ritrovavasi casualmente qui vicino, che dovessi sagnarmi al piede, e che mi dassero a bere dopo il salasso dell'acqua fresca ogni mezz'ora la volta, e di fatto dopo qualche poco di tempo sopravenne nella mia stanza il Barbiero della Casa nominato Orlando Sirignano, ma prima di esso accorse il Padre Gio: Pignelver primo Infermiero, ed in presenza di tutti costoro fui salassato al piede destro; Nell'atto del quale salasso, ebbi un deliquio, che mi tolse la Vista, ed anche i sentimenti, e poi datosi principio all'uso dell'acqua ordinatami a capo di un quarto d'ora dopo picciolo spazio di tempo, che l'aveva sorbita la restituiva mescolata con sangue, anche puzzolente, e così reiteratosi l'uso per tre, o quattro volte in appresso sino le tre ore, e mezza in circa di notte, e ributtando l'acqua nella medesima maniera, fù sospesa di darmesene più, per non irritare maggiormente il sangue, ed il dolore di petto, e la tosse. Dopo di che licenziatisi i Religiosi, essendosi però partito prima dopo il salasso il detto Barbiero, Io solo rimanendo per voglia, che avevo di sgravare il basso ventre, mi alzai, e mi posi su la Cassetta, e sentii un gran brugiore nell'orificio dell'ano, e scaricato il Corpo mi riposi di nuovo sul letto, ed in tutto il corso di quella notte, senza esser veduto da persona veruna, ma con lume acceso, che mi rimasero, interrottamente fra un'ora, e un'ora, e mezza per volta ributtai sangue di nuovo entro lo stesso Bacino, che mi posero accanto i detti Religiosi quando se ne partirono, continuando l'istessi dolori, e battimento di petto, e di testa, e l'affanno, non potendo affatto quella notte riposare. Venuto poi ben mattino il sudetto Medico della Casa Vincenzo Jorio, toccatomi il polzo, disse anche in presenza del sudetto Infermiero maggiore, e di altri miei Compagni Professi, e del Prefetto, che Io era acceso di una gran febbre, ed osservato il sangue da me buttato, specialmente nel Bacino di color nero aggrumato, ed anche con qualche pezzetto bianco di membrana, come disse, e giudicò, che fosse porzione della pellicola del polmone, ed avendoli anch'Io raccontato il brugiore grande, che intesi la notte, che andai a fare i miei bisogni corporali, in disparte volle vedere il Vaso, e disse, che ci aveva anche ritrovato miscela di sangue con mucchi, e poi ordinò, che mi fossi di nuovo sagnato nell'altro piede, come seguì dopo la sua partenza per mezzo dell'istesso Barbiero, che venne poco dopo. Così restando in letto salassato, à capo di un'altro ora, e mezza in circa mi sopravenne nuovo butto di sangue meschiato con acqua, che Io credei essere qualche residuo dell'acqua presa la sera, avendolo rover-

§.16. *Nova sanguinis emissio, & usus aquæ gelidæ, sed inutiliter, immo cum magno Patientis detrimento.*

§.17. *In eadem nocte pluriès sanguinem vomit cum persistentia lethalium symptomatum.*

§.18. *Narratur id, quod Medicus insequenti manè dixit, observavit, ac præscripsit.*

§.19. *Post alteram sanguinis emissio-*

versciato sul pavimento accanto il letto colli stessi sintomi di tosse, e di altri dolori di petto, e di testa, e di battimento del Torace, che mai mi avean lasciato, e nell'atto, ch'Io roversciava detto sangue venne lo stesso P. Lettore Gio. Battista Gomez, che mi vidde in quello lacrimevole stato. E stando Io così nella mia stanza fino alla sera verso le 23. ore, ritornò il Medico, ed avendo saputo il nuovo accidente occorsomi, disse, che fossi Io trasferito in altra stanza separata dal Professorio per evitare il pericolo dell'infezione degl'altri miei Compagni, e senza aver'ordinato altro in mia presenza, per quanto mi ricordo, se ne andò via, e dopo i Padri mi trasferirono a gran stento in un'altra stanza lontana, e fuori del Professorio il giorno seguente per evitare il pericolo d'infettare gl'altri miei Compagni, in esecuzione di quel che la sera precedente lo stesso Medico aveva già prescritto, ma crederono di non doverlo eseguire, attesa la gran copia di sangue da me precedentemente buttata, ed i Salassi due volte patiti, e trasferito già nella nuova stanza, verso una mezz'ora di notte, mi confessai, come lo stesso Medico fin dalla mattina precedente l'aveva ordinato, e non volle, che si fosse da me preso il Viatico per riverenza, e per evitare il pericolo di ributtarlo. Vedendomi già in questo pessimo stato, richiesi l'Effigie di carta del Venerabile Padre Francesco Caraccioli, che teneva nella prima mia stanza, quale mi fu poi portata la mattina seguente, raccomandandomi vivamente a lui per la mia salute, stante che il Medico già mi aveva fatta la sentenza di morte, e continuando li stessi sintomi di sopra descritti alla sola riserva del sangue, che più non mi comparve per bocca, benchè avevo de' stimoli grandi, e suffogazione, e voglia di roversciare, ebbi nondimeno due, o tre volte l'emissione del sangue con feccia per secesso in quella notte trà li 10., e li 11. di Agosto, e ritornato ben per tempo la mattina delli 11., confermandomi il giudizio di non esservi più speranza di vita per me per i segni de polsi, ed altro, che Io non sò, ma Io ben mi sentiva indebolito, ed affatto destituto di forze, oltre i sintomi già detti, con maggior fervore mi raccomandai a detto Venerabile mio Fondatore Padre Francesco Caraccioli ponendomi la sua figura sul petto, mi feci portare la polvere, che si grattò sopra il suo Sepolcro, e me la presi per bocca in presenza del Padre Giovanni Pignelver, e del Fratello Laico Carlo Porcelli, ed altri Religiosi, che non mi ricordo, e di poi essendo Io preso da una sonnolenza, della quale se ne accorse l'istesso Fratello Laico sotto Infermiero Porcelli, chiuse le fenestre di quella stanza dove fui trasportato, ed indi prendendo Io sonno profondo, fra quel tempo in sonno mi comparve il Venerabile Padre Francesco Caraccioli con il sembiante simile a quello, che Io ne aveva l'idea al Ritratto della nostra Casa in S. Lorenzo in Lucina di Roma, dicendomi: *Tu mi hai chiamato, eccomi, che ti occorre*, ed Io nell'istesso sonno li risposi: *La salute del corpo, se a voi piace*, ed egli mi replicò: *Sappi, che il tuo male era mortale, ma al presente sei sano, su alzati obbedisci*, e nello stesso punto sveglian-

nem, nova supervenit sanguinis vomitio cum pravissimis symptomatibus.

§.20.
De ordine Medici in aliud transfertur cubiculum, ne Consocios inficeret.

§.21.
Et de ejusdem mandato sacram emisit exomologesim absque sumptione SS. Viatici ob periculum ejectionis.

§.22.
Infirmus jam à Medico proclamatus recurrit ad intercessionem V. S. D. Francisci Caraccioli.

§.23.
Qui eidem in somno apparuit cum nuncio perfectæ sanitatis.

gliandomi, e volendo fare esperimento se fosse stata vera Visione in sonno, o effetto della mia fantasìa, colla quale avevo principiato a dormire per le veementi preghiere, che precedentemente avevo drizzate al Venerabile Padre Francesco Caraccioli per la mia salute, mi alzai, e senza più sentire il dolor di testa, molto grave, che prima avevo, senza verun affanno, senza battimento di petto, e senza veruno de' precedenti sintomi, anche della febbre, ma così vegeto, come se non avessi patito il minimo male, mi vestii, uscii di stanza per andare a chiamare il sudetto Padre Filippo Ruoti, quale già chiamato venne immediatamente appresso a me, e ritiratici tuttidue nella medesima stanza, ove Io allora stava, li raccontai tutto il fatto accadutomi, ed egli ammirandosene, anche perche mi vedeva più vermiglio dell'antico colore, per maggior prova avanti di lui scopai la detta stanza, ed essendosene poi già uscito per spargerne la notizia a tutti li Religiosi, sopravenne poi immediatamente il sudetto Fratello Carlo Porcelli, a cui raccontai lo stesso, e questi sorpreso dalla stessa meraviglia, mi confermò quanto precedentemente il Padre Ruoti mi aveva detto, che Io ero sano, perche aveva ripreso il colore naturale, ed Io avendo spiegato il mio pensiero, che volevo calare a questa Chiesa al Sepolcro di detto Vener. Padre per ringraziare Iddio, e lui della grazia fattami, esso mi disse, che questo non poteva permetterlo, perche poteva essere anche una fantasìa mia, e che voleva prima dirlo al Padre Provinciale, e così partendosene. Venne poi in mia stanza il Fratello Chierico Domenico Messina, al quale raccontai l'istesso nell'atto, che già egli entrando mi alzavo il letto, e per maggior sicurezza avanti il medesimo alzai un matarazzo, e lo battei, ed egli mi disse, che veramente stavo bene. Dopo di questo veniva or' un Religioso, ed ora un'altro, o uniti, o separatamente, e mi toccava ad ogni uno di far lo stesso racconto, e fra questo mentre ritornò il sudetto Fratello Procelli sotto Infermiero, e mi disse per parte del PadreProvinciale, che non fossi escito di stanza, se non fosse prima venuto il Medico, come di fatti essendomi Io già trattenuto in stanza, secondo l'ubbidienza del Padre Provinciale aspettando il Medico, questi se ne venne al medesimo giorno, ed avendoli raccontato per ordine, e con distinzione il modo, e le circostanze, colle quali Io ero miracolosamente guarito, egli mi guardava con molta maraviglia, e poi avendomi osservato il polso, toccato colle sue mani il mio petto, le gote, mi domandò, se Io sentivo più affanno, e difficoltà di respiro, ed Io avendoli replicato, che niente più sentivo de' precedenti sintomi, anzi mi sentivo vigoroso, volle inoltre andare ad osservare le mie feccie nel vaso, dove l'avea deposte subito, che mi svegliai dal sonno, e disse, che l'aveva ritrovate naturalissime, senza neppure un'ombra di tintura di sangue, come erano state le precedenti tinte, e che d'allora in poi Io non avevo più buttato sangue dalla bocca, onde restando sorpreso, benche avesse detto, che il caso non era di ascriversi a mia fantasìa, perche come possono accade-

§.24. *Quae integre, & totaliter ab omnibus morbis secuta fuit cum plena virium recuperatione.*

§.25. *Experimenta integre, & perfectae sanitatis.*

§.26. *Reiterata experimẽ. a perfectę sanitatis*

§.27. *P. Provincialis inhibet egressum è cubiculo usque ad adventum Medici.*

§ 28. *Qui eodem die adveniens, facta observatione perfectae sanitatis, obstupuit.*

re

habens colorem, referri debet non ad Hæmoptysim, sed ad facilè curabilem Hæmorrhagiam Ventriculi, cui non adversatur tussis, palpitatio Cordis, & difficilis anhelitus propter consensum inrercedentem inter Thoracis, & imi ventris viscera. E contra qui ex fracta Pulmonum substantia proditur sanguis, floridus est, & coccineus, cumque subita Tussis illum protrudat ex fractis Pulmonum Vasibus, necesse est ut erumpat rubicundus, & propter intermixtum aerem spumescat, quemadmodum observat Hoffman *de Hæmorrhag. cap. 2. & 3. §. 1.* ibi = *Sicut in Hæmoptysi Sanguis subinde spumosus, tenuis, ac floridus cum Tussi ejicitur, ita ex ventriculo cruor concretus ex atro-rubescente colore tinctus per vomitum exturbatur* = Georgeus Coschrvitz in suo Opere Mechanismi, & Organismi Hominis vivi *par. 2. sect. 1. cap. 3. de Hæmorrhag.*, differens *sub §. 7.* de sanguineo Vomitu orto à Pulmonibus, hæc habet = *Hæmoptysis est sanguinis floridi & fluidi è Pulmonibus sub Tussi facta excretio, à ruptura vasculi cujusdam sanguiferi, sive arteriosi, sive venosi oriunda* = Aliter tamen sentit idem Author de sanguine grumoso, & compacto, prodeunte à ventriculo, & ab Ægro per os egesto, ut legere est *in sequenti §. 13.* = *Vomitus cruentus dicitur excretio sanguinis sinceri, sive fluidi; sive & quidem, UT PLURIMUM GRUMOSI, EX VENTRICULO PER OS VOMITU CONTINGENS* = *& in sequenti Schol.* addit = *Hoc modo distinctam reddimus hanc sanguineam excretionem à mox præcedenti, Licèt enim per os quoque contingat; Nihilominus tamen non ex Pulmonibus, sed è ventriculo, neque per Tussim, sed per vomitum procedit; Et sanguis ipse, ut plurimùm grumosus, & coagulatus reijcitur, aut si aliquando fluidus deprehendatur, tamen neque floridus, neque spumidus existit* = His consentaneè tradiderunt Boheravv *de cognit. Morb. aphorism.* 1199. De Horter *practic. Medic. System. tract. 334. num. 1.*, alijque Medici Scriptores, quorum unanimis, & immota opinio Te non latet Beatissime Pater, qui *lib. 4. par. 1. cap. 16. num. 4.* ita Nos edoces = *Si sanguis floridus & spumans per tussim ex Pulmone fertur; Hemorrhagia hæc in Medicorum Scholis appellatur Hæmoptysis. Si ex Ventriculo cruor CONCRETUS COLORE QUODAM ATRO TINCTUS, & cum phlegmate insipido, accido, aut viscido mixtus per vomitum eijcitur, HÆMORRHAGIA HÆC DICITUR VENTRICULI.*

13 Clariùs idipsum evincunt duæ circumstantiæ, quarum prima est, quod aqua gelida epota ab Infirmo, illicò visa est irritare, & convellere fibrás musculares Ventriculi, & excitare vomitum, quo ejecta fuit ipsa aqua, fætido sanguini immixta *Sum. pag. 4. §. 16. & seq.* = *E poi datosi principio all'uso dell'acqua ordinatomi, a capo di un quarto d'ora doppo piccolo spazio di tempo, che l'aveva assorbita, la restituiva MESCOLATA CON SANGUE ANCHE PUZZOLENTE, e così reitiratosi l'uso per tre ò quattro volte in appresso, fino alle tre ore, e mezza in circa di notte, e ributtando l'acqua nella medesima maniera, fù sospesa di darmesene più, per non irritare maggiormente il sangue, e il dolore di petto, e la Tosse* =

14 Altera circumstantia est, quod Sanguis corruptus eijciebatur cum alvi dejectionibus, ut prosequitur idem Sanatus *dicta pag. 4. §. 17.* ibi = *Io solo rimanendo per voglia, che avevo di sgravare il basso ventre, mi alzai, e mi posi sù la cassetta, e sentij un gran brugiore all'orificio dell'ano, e scaricato il Corpo, mi riposi di nuovo sul letto &c. Venuto poi ben mattino il Medico &c., in disparte volle vedere il vaso, e disse, che ci aveva anche ritrovato miscela di sangue con mucchj &c.* = Porrò hæc contemporanea fætidi sanguinis, & fæcis excretio referenda videtur ad salutarem crysim, & argu-

argumento esse debet, effluxum sanguinis non à pulmone, sed à ventriculo originem habuisse.

15 Nec interest, quod sanguis niger, fœtidus, & spissus excretus, aliqua videretur habere membranea filamenta, ut dubitativè, & quasi per similitudinem, & imaginem deponit Medicus = *Contenendo ancora alcuni filamenti, che PAREVANO membrane, provenienti dalla sostanza del Polmone* = Cruor enim in ventriculo stagnans, morâ, calore loci, & Febris, admixtione ingestorum, & beneficio sensim deglutiti aeris, colorem facilè mutat, & in albam crustam, *fungum* dictam, membranam emulantem, concrescit.

16 Nec item interest, quod ardor Febris Ægrum adureret; Hæc enim lethalis dici non poterat, sed decrescere suapte natura debebat, decrescente per Hemorrhagiam materiâ in stomacho aggestâ.

17 Advertendum quoque est, quod si juxta Medici Jorij judicium, sanguis evomitus erupisset ab aliquo magno vase sanguifero, discisso, aut ex substantia Pulmonum læsâ aliquo ulcere; hoc casu sanguis, qui rapido motu per venas circumducitur, prosilere debuisset ab occurrentibus hiatibus vel continuò, aut saltem identidem, quemadmodum innuere videtur ipse Medicus, dum inquit = *era necessità di giudicare, che il Vaso aperto, ò pur rotto, fosse ben grande, e questo essendo situato nella propria sostanza de Polmoni, ne più da bronchi, come io giudicava &c. era impossibile à potersi rimarginare, e fermarsi il Sangue* = Attamen constat in facto, quod evomitiones cruentæ non continuarunt per totam periodum quarti temporis, quo morbus reciduus Ægrotum vexavit usque ad obtentam sanationem; Sed per horas 48. ante illam (ut infra suo loco demonstrabimus), cessavit prorsus quæcumque Sanguinis excretio; Proindeque non temerè, sed optimo jure Sanguinis evomitio ad Ventriculi hæmorrhagiam, non autem ad Hæmoptysim est referenda.

18 Constitutâ natura Morbi in Hæmorrhagia Ventriculi, clamant Medicæ Facultatis elementaria principia, illam proponi non posse pro subjecto Miraculi, cum accretio sanguinis fieri possit in Ventriculo, & à Ventriculo expelli per vomitum spontaneum, & non violentum, prout in casu, SALVA ET INTEGRA EARUMDEM PARTIUM SUBSTANTIA, quemadmodum doctè tradit Coschrvitz *in citato Opere* = *In spontaneo autem affectu Vasa sanguifera venosa, Ventriculi fundum potissimum perreptantia, à sanguine restagnante infarciuntur, ac dilatantur, quo ipso simul tunica Ventriculi interioris distenduntur, ut spatium inter illas acquirat Sanguis, venas turgefaciens. Sicut autem in principio adfectus utriusque tunicæ laxitas, & atonia concurrit, ita remanente illa laxitate in tunica interiore nervea, musculosa Ventriculi tunica, subaffectus ulteriore progressu, & accedentibus motibus vomitorijs, & excretorijs, spasticè contrahitur, quà ipsa spastica contractione ex una parte sanguinis regressus à ventriculo impeditur, & sanguis incarceratus hæret; Ex altera verò parte, non resistente tunica nervea, actu in Ventriculi cavitatem impellitur, atque excernitur, SALVA TAMEN MANENTE ET INTEGRA STRUCTURA, ATQUE SUBSTANTIA VENTRICULI; Itaut partim atonia, partim infarctus, partim denique constrictio spastica in hoc effectu circa Ventriculum concurrant* =.

19 Præterea, licèt exempla non desint eorum, qui ex cruento impetuoso vomitu interierunt; Alia tamen in oppositum non desunt exempla, quibus ex Vomitione cruenta non interitus, sed salus obvenit, quemadmodum testatur *Hoffman* de Vomitu cruento Matrisburgi anno 1736. epidemicè quo-

quodammodò graffante, quo i licèt cruor bruno-nigricans ad aliquot mensuras in Fæminis æquè, ac Viris eructaretur, vita tamen fuit superstes. Idque ipsum afferit hoc *eodem Tract. de Sanguin. Vom. §. 12.*

20 Inutili conatu Postulatores, moti fortasse aliquorum Testium dicto, Morbum referent, aut ad *Phtysim*, aut ad *Sphacelum*. De primo Morbo altum est silentium apud Medicum Jorium curantem Ægrotum, qui non asseruit, illum hoc morbo laborare, sed timuit in hoc ultimo tempore, ne Morbus in Physim tractu temporis degeneraret; Inquit enim = *Non poteva veruna evacuazione, ò crisi rimarginare repentinamente i Vasi medesimi; MA BENSI VI ERA IL PERICOLO DI PASSARE L'INFERMO ad un male peggiore di TISICCIA, con isparger Marcia da medesimi vasi* = . De secundo Morbo idem est silentium apud eumdem Medicum, si à principio ad finem integrè legatur ejus depositio. Solummodò Testis IV. *de auditu* ab eodem Medico deposuit *Sum. pag. 31. §. 172.* = *Pronunciò con me, e con altri Padri, che questo era un Sfacelo irreparabile, e peggiore dell'Infermità dell'altro Chierico Ignazio Guardati, ultimo morto precedentemente con l'istesso male* = .

21 Sed quidquid fortasse malè audiverit iste Testis, qui refert ea, quæ Medicus sub Interrogatorijs non deposuit, tota series Morbi, quo Infirmus angebatur, longè distat ab asserto Sphacælo, qui est *totalis partium solidarum, qua mollium, qua durarum mortificatio, quando scilicet corruptione perfecta emoriuntur sensu, motu, vitaque omni destituta, propter Caroris vitalis extinctionem, cum putredine totali humorum conjunctam, cujus curatio, aut nulla, aut in sola amputatione quærenda* = , ut uno ore tradunt Sennert. *pract. lib. 5. par. 2. cap. 19.*, Hjeronym. Fabric. ab Aquapendente *Pentatheutici lib. 1. cap. 19.*, Paulus Ægineta *lib. 4. fenom. 3. tract. 1. cap. 15. pag. 117.*, Castell. *Lexic. Medic. Verb. Sphacelus*. Sanctissimus D.N. *lib. 4. par. 1. cap. 17. num. 21.*

22 Adversatur gravitati Morbi parva quantitas Sanguinis, à Sanato ejecti in hac ultima recidiva. Ortum habuerunt excretiones Vespere diei Martis, nocte immediata, & mane diei sequentis, in qua, ut inferiùs videbimus, cessarunt evomitiones. Medicus ad curandum Ægrum accitus, superveniens die Mercurij *9. Augusti* 1752. declarat in suo examine, quæ fuerit quantitas sanguinis excreti, inquiens in *Sum. pag. 21. §. 120.* = *Di più viddi il sangue buttato in quella notte, siccome mi fù riferito, in un bacile, che mi pareva giugnere ad'una libra di Sangue, ed'altra porzione del medesimo sangue la viddi sparsa sul pavimento della stanza, ed'intinte le Tovaglie, che aveva sul letto* =. Concedatur itaque Postulatoribus facili liberalitate, quod si sanguis in pelvim exputus, *pareva giungere ad'una libra,* sanguis in linteolum, & in pavimentum ejectus, duplo majorem quantitatem attingat, itaut tota ejectio identidem facta, tres libras attigerit. Hoc posito, quis Hæmorrhagiam adeo tenuem, læthalem afferat in Juvene viginti annos nato, & libras ad minùs 24. sanguinis habente? Quis ex ista quantitate actum de salute pronunciet? Quis sanationem non viribus naturæ, sed Miraculo evidenti adscribat, ut Nostro Venerabili, infallibili judicio, Altarium decernantur honores?

23 Abhorrent certè ab hac Sententia practica exempla, a Medicis relata. Bartholinus *in Anatome lib. 2. pag. 375.* refert *de visu* Spleneticum per vomitum excrevisse libras 16. sanguinis. Waldscmit. *pag. 395.* testatur, se curasse immoderatam Narium Hæmorrhagiam. Nicolaus Tulpius *fol. 2. pag. 195.* adstruit, octiès secuisse venam Puerperæ, cui insuper ingens alvi profluvium supervenit, vita superstite. Zacutus Lusitanus *in Praxi Medi-*

ra narrat, se curasse Mullerem, quæ intra septem dies libras 30. sanguinis emiserat, Gotlanus *Pract. Medic. lib.* 2. ex Scribentium sententia statuit, quod ejectio Sanguinis, nisi saltem ad 8. libras ascendat, pessima non dicitur, ibi = *Qua autem quantitate, & pondere sit evasurus sanguis, ut malum, vel mortem minetur, non potest absoluto sermone proferri; Nam multùm sanguinei, & florenti pollentes ætate, longiores sustinent evacuationes sanguinis, quàm imbelles, & minori copia redundantes. Aliqui doctissimorum dixere, quod Sanguis effusus ad quatuor libras, malus; ad octo pessimus; ad viginti irreparabilis. Sed credo pauca esse Corpora, quæ ad tantam sanguinis deperditionem cum vita possint pervenire.* =

24 Consona quoque est Sac. hujus Congregationis Praxis, quæ Hemorrhagiæ tantùm diuturnæ, & ultra modum copiosæ, Miraculo accenseri consueverunt. Duo damus exempla: Alterum *Approbationis*, alterum *Rejectionis* Miraculi, cæteris omissis exemplis, quæ Sapientissimos Suffragantes non latent. In Causa Hispalen, seu Marochitana tunc Ven., nunc Beati Joannis de Prado rescriptum fuit = *Constare de repentina Sanatione Melchiorris de Loaissa à copioso, & immoderato sanguinis effluxu, cum instantanea Virium deperditarum recuperatione in tertio genere* =. Fundamenta Resolutionis jacta fuerunt *in magna copia sanguinis*, quem Testes probarunt excrevisse *Sacerdotem provectæ ætatis per octo dies continuos in quolibet horæ quadrante*. Medicus Emanuel Lopez in sua Consultatione, super hac Hæmorrhagia exarata §. *Equidem in nostro* gravitatem repetit = *ex nimia sanguinis profluentis copia, tum ratione profusionis cujuslibet, & quali bet vice, tum ratione durationis* =. Doctè, ac disertè de more idipsum declaravit bo. me. Joannes Maria Lancisius *in suo Voto, edito pro veritate* = *Sed longè magis* [inquit ille] *augetur Morbi periculum ab ea circumstantia, quam hic præterire non licet, nimirum, quod rejectus Sanguis non fuerit semel, & modicus, verùm per octiduum singulis horæ quadrantibus longè continuatus &c. Cum verò larga copia, nec semel tantùm sanguis effluit, tunc quidem non à venis, sed ab arterijs prodire asserunt Willisius de Medic. oper. par. 2. sect. 1. cap. 7., & Ettmullerus tom. 1. tit. Hæmorrhag. Hæc verò res morbum graviorem reddit; Quia cum sanguis ab Arterijs faciliùs fluat, quàm à venis, difficiliùs sistitur: Quare sanguis nostro in Presbytero ab arterijs uberrimè rejectus, novum periculum minabatur, mortis nempe, quæ ex Vitalis hujus liquidi penuria in animalibus oriri solet, & cujus exempla nusquam non occurrunt* =. Quantùm præmissa facti species distet à nostra, judicent ea, qua pollent mentis acie, Sapientissimi Suffragantes.

25 Ex opposito in Causa Limana, tunc Beati, nunc Sancti Turibij, adscribi non meruit inter Miracula Hæmorrhagia Narium, quam passus est Adolescens, quia ex oppositione bo. me. Prosperi Bottini, facem mihi doctrina sua præferentis, constitit = *spatio octo, vel decem horarum, ex naribus non effluxisse, nisi tres libras sanguinis, & hanc quidem quantitatem esse exiguam, cum ageretur de Adolescente*. Et quamvis Paulus Manfredus in sua Consultatione Medico-phisica, gravem putaverit hanc ejecti Sanguinis quantitatem, secutam in Adolescente prostrato usque ad animi defectum, quia gravitas est mensuranda non à quantitate, sed à viribus Patientis, juxta effatum *Celsi* = *Non quæ ætas, sed quæ vires*; Diversimodè tamen censuit Medicus Fossombroni pro veritate scribens, & Promotori Fidei consentiens, Sanationem non ad opem supernaturalem; sed ad naturæ molimen, putavit esse referendam.

26 Quod si Postulatores Morbum adstruant læthalem ex prostratione Virium Caroli de Vivis, respondeo, hanc prostrationem debere esse extremam, ut mox vidimus in exemplo allegato, usque ad animi defectum. Id genus prostratio non concurrit in casu, de quo agitur; Esto enim, quod Testes dicant, quod Infirmus de Sero *diei Martis* 8. *Augusti* 1752. post ejectum Sanguinem = *Stava abbandonato sul letto &c.*, *come un Agonizante* = *Sum. pag.* 12. §. 58.; Eadem tamen nocte idem Infirmus in Cubiculo absque custodia relictus, potuit per tres vices solus è lecto surgere, alvi pondus egerere, & denuo lectum solus repetere *Sum. pag.* 4. §. 17., *& pag.* 5. §. 22. = *Io solo rimanendo per voglia, che avevo di sgravare il basso ventre, mi alzai, e mi posi sù la cassetta, e sentij un gran brugiore nell'orificio dell'ano, e scaricato il corpo, mi riposi di nuovo sul letto, ed'in tutto il corso di quella notte senza esser veduto da Persona veruna &c.* =; *Ebbi nondimeno due, ò tre volte l'emissione del sangue con feccia per secesso in quella notte tra li* 10. *e* 11. *d'Agosto* = Fieri ista à se solo non consueverunt à proximè morituro, & à decumbente, *che stava abbandonato sul letto come un Agonizante*, ut inquiunt Testes.

27 At præ omnibus alijs motivis adversatur potissimùm Miraculo defectus primi extremi, scilicet defectus Morbi principalis, jam sedati ope Medica ante invocationem. Statuunt Postulatores Morbum principalem in excretione copiosi sanguinis, ut legere est *in Inscriptione, & Titulo Miraculi ejusdem*; Idque ipsum confirmant *in eorum Informatione pag.* 5. *num.* 9. ibi = *Ex omnibus Morbis, quibus vexatus, agitatusque fuit Clericus de Vivis, gravissimus fuit immodicus effluxus sanguinis ex ore &c.*; *Siquidem Morbus hic, consistens in Sanguinis fluxu ex Pulmonibus, & in vomitu cruento &c.*, *omnimodam impossibilitatem ad sanationem dicebat &c.* =

28 Itaque, ut inoffenso pede procedatur, peto, instanter adverti quoad quartam, & ultimam Recidivam, quo præciso tempore sanguinei vomitus incæperint; quamdiù perduraverint, & quando secuta sit ultima sanguinis ejectio. Primus vomitus evenit serò post cænam diei Martij 8. Augusti 1752. *Sum. pag.* 3. §. 13. Continvarunt identidem cruentæ vomitiones nocte insequenti. *Sum. pag.* 4. §. 17.; Mane autem diei Mercurij 9. dicti Mensis Infirmus alteram ex ore sanguineam excretionem passus est, quam ultimam fuisse certò affirmare debemus, cum illa probetur ex jurata depositione ipsius Sanati, qui post accessum, & discessum Medici Jorij eodem mane secutum, novum sanguinem pro ultima vice profudit, aqua intermixtum *Sum. pag.* 4. §. 18. *& seq.* = *Venuto poi ben mattino* [nempe diei Mercurij 9. Augusti] *il sudetto Medico della Casa Vincenzo Jorio &c.*, *ordinò, che mi fossi di nuovo sagnato nell'altro piede, come seguì dopo la sua partenza &c.*; *Così restando in letto salassato, à capo di un altr'ora è mezza in circa, mi sopravvenne nuovo butto di sangue meschiato con acqua &c.* Ultimus, ut ajebam, hic fuit sanguinis vomitus. Infirmus enim narrare prosequens alia symptomata, quibus dicta die 9. & 10. vexatus fuit, non solùm præterit vomitus cruentos, sed eos rotundis verbis disertè excludit *Sum. loco proximè citato* ibi = *E stando Io così nella mia stanza verso le* 23. *ore* [nempe diei 9.], *ritornò il Medico, ed'avendo saputo il nuovo accidente occorsomi*, (ultimam scilicet Sanguinis vomitionem aqua immixta), *disse che io fossi trasferito in altra stanza separata dal Professorio &c.*. *E dopo i Padri mi trasferirono à gran stento in altra stanza lontana, e fuori del Professorio*; *Il giorno seguente* (nempe die 10.) *per evitare il pericolo d'infettare gli altri miei Compagni, in esecuzione di quel, che la se-*

la sera precedente, (idest diei 9.) *lo stesso Medico aveva già prescritto. Ma crederono di non doverlo eseguire, attesa la gran copia di sangue da me precedentemente buttata* (hoc est mane diei 9.), *ed' i salassi due volte patiti. E trasferito già nella nuova stanza verso mezz'ora di notte* (diei 10.) *mi confessai come lo stesso Medico fin dalla mattina precedente aveva ordinato &c. Vedendomi già in questo pessimo stato, richiesi* (vespere ejusdem diei 10.) *l'effigie di carta di esso Ven. P. Francesco Caraccioli &c., quale mi fù portata la mattina seguente, e continuando l'istessi sintomi di sopra descritti* (notentur quæso sequentia verba) *ALLA SOLO RISERVA DEL SANGUE, CHE PIU' NON MI COMPARVE PER BOCCA, benche avevo de stimoli grandi, e suffocazioni, e voglia di roversciare, ebbi nondimeno due, altre volte l'emissione del Sangue con feccia per secesso in quella notte tra li 10. e 11. di Agosto* =. Si benè itaque distinguantur tempora, dies, & horæ, quod fieri potest ex accurata lectura totius contextus Depositionis, facilè Legenti persuasum erit, quod ultima sanguinis evomitio contigit mane *diei 9.*, & asserta miraculosa sanatio mane *diei 11. Augusti*; itaut à cessatione vomitus sanguinei ad prætensam Miraculosam Sanationem, intercesserit tempus *quadraginta octo* horarum. Videat itaque oculatus quisque Suffragator, quid detrahant Miraculo hujusmodi induciæ Morbi principalioris, cautèque inquirat, an tempore immediato ante sanationem, Morbus idem principalior perseveraverit in sua gravitate, vel potiùs sola ope naturæ, & solo adjumento remediorum proximè abhibitorum, cessaverit. Maximè quia Vomitiones sequutæ die octava, nocte sequenti, & mane diei nonæ Augusti, nusquam adeo diuturni temporis intercapedinem passæ sunt, sed identidem contigere *frà un ora, e un ora e mezza per volta Sum. pag. 4. §. 17.*

29 In Sanationibus Hæmorrhagiæ, quæ à Sac. Rituum Congregatione habitæ sunt pro Miraculosis, & supra vim naturæ, ejectio Sanguinis probata fuit vel in ipso actu Invocationis, vel proximè ad illam. In Bulla Canonizationis S. Joannis de Deo, relata à *Justo Fontanino in suo Codice pag.486.* accensetur Miraculo Sanatio Puellæ quatriennis per Nares, & per os sanguinem eijcientis, & dicitur *Sanguinem stetisse*, ut primùm Infirmæ admotus fuit pulvis Domus ejusdem Sancti; Et Postulatores Causæ luculenter demonstrarunt in Facto, quod Puellæ *penè animam agenti, statim ut exiguum pulveris è Domo Joannis acceptum, Naribus admotum fuit, sanguis, & vita stetit*. In altera Causa supra relata B. Joannis de Prado, compertum est, Sanguinis effluxum cessasse non ante, sed in eodemmet instanti imploratæ Intercessionis = *E nel medesimo istante cessò l'accidente sopradetto*, nempe Sanguinis fluxus *Summ. Posit. Magn. ejusdem Causæ pag. 11. lit. I.*; Et consentaneè in Decreto approbationis ejusdem Miraculi dictum fuit = *Constare de repentina Sanatione Melchiorris de Loaissa à copioso, & immoderato Sanguinis effluxu*.

30 Nec reponant Postulatores, quod excretiones sanguineæ perduraverint in Infirmo etiam diebus nona & decima, & fortasse etiam mane diei undecimæ, quando contigit sanatio, quia Medicus Jorius post primum accessum ad Infirmum, peractum mane diei nonæ, hæc habet *Sum. pag. 12. §. 125. Dopo la detta prima visita, per quanto mi posso ricordare, lo stesso Chierico continuò à buttar sangue dell'istessa qualità per due, ò tre altre volte, oltre quello, che buttava con raschj* = Cautè enim accipienda sunt verbe dubitativa, à Medico prolata, ibi = *per quanto mi posso ricordare*; Cautiùs verò, cum agatur de Vomitionibus, quæ post ejus discessum,

B 2 ipso-

ipsoque non vidente contigerunt; Cautissimè demum, quia Sanatus deponit non de iterato, sed *de unico* tantùm Vomitu Sanguinis, qui contigit post discessum Medici. Inquit enim = *Mi sopravenne nuovo butto di sangue*. Sed quatenus etiam contra Juris principia, plus valeret dictum Medici absentis, & dubitativè deponentis, quàm dictum Sanati de facto proprio testantis, adhuc evomitiones à Medico narratæ, accipiendæ sunt relativè ad proxima, nempe ad eamdem unicam diem nonam Augusti, firmis remanentibus inducijs Morbi per totam diem decimam, noctem sequentem, & partem diei undecimæ ejusdem Mensis.

31 Minusque suffragatur Postulatoribus, quod Infirmus, referens Medico Invocationem Ven. Caraccioli, & Sanationem ab eo reportatam, dixerit = *d'allora in poi Io non avevo più buttato sangue dalla bocca* = *Summ. pag. 6. sub* §. 28. Hæc enim verba, benè legenda in toto textu depositionis probant quidem, quod à Sanatione nusquam contigerit aliqua sanguinis ejectio in Infirmo sive sursum, sive deorsum, sed non coarctant, quod idem Infirmus sibi contradicens, asseruerit easdem Sanguinis ejectiones continuasse usque ad tempus immediatum ante sanationem. Siquidem reminisci oportet, quod Sanatus, enumerans de Vespere diei decimæ Augusti symptomata, quæ patiebatur, exclusit vomitionem sanguinis per verba clara, hìc opportunè repetenda, *e continuasse gl'istessi sintomi di sopra descritti, alla sola riserva del sangue, che più non mi comparve per bocca* = Et in hoc naturali, & accommodo sensu. Accipienda sunt alia verba ejusdem Sanati in *Sum. pag. 9.* §. 42. = *Ripeto, che la Sanità restituitami, fu perfetta, e compita in tutte le parti, e capi, perche immediatamente dopo svegliatomi, non sentij più febbre, non più tosse, e non più affanno, non più difficoltà di respiro, non più dibattimento di petto, non più evacuazioni di sangue* =.

32 Nec dicant demum ijdem Postulatores, quærendum non esse inutili indagine de perseverantia effectuum ipsius Morbi ante sanationem, eo ipso quod perseveravit causa Morbi ejusdem, nempe = *il vaso aperto, ò pur rotto nella propria sostanza de Polmoni*, ut dixit Medicus in *Sum. pag. 22.* §. 126. Peccat enim responsio in supposito, cum ex supra animadversis constiterit, Hæmorrhagiam processisse à Ventriculo, juxta circumstantias facti superiùs enucleatas, & à Medicæ Artis, & Anatomes Magistris admissas.

33 Hucusque dicta urgerent etiam in hypothesi, qua nulla advocata fuissent Medicæ Artis præsidia; Sed in nostra Thesi validè Miraculum excludunt, quia à primo aggressu Morbi usque ad momentum Sanationis, nusquam fuit cessatum à remedijs, ex quibus Ægroto parta identidem fuit utilitas, & præsertim in primo, & secundo, & tertio quoque tempore, superiùs a Nobis distincto. Presè autem agendo *de quarto, & ultimo tempore*, constat in facto, quod Infirmo applicita fuerunt efficacissima remedia, nempe iterata sectio venæ, usus aquæ gelidæ, & quædam potio condita. *Posita autem applicatione Medicamentorum, pro regula statui potest in judicio ferendo, sanationem non Miraculo, sed viribus medicamentorum esse ad scribendam, dummodò tamen medicamenta fuerint apta, & potuerint proficere* = Sunt Aurea Verba Sanctitatis Vestræ *lib. 4. par. 2. cap. 8. num. 9.*

34 Quod autem in casu nostro consona, & proportionata Morbo fuerint adhibita remedia, negari non potest. Collimat enim primo loco ad cohibendam Hæmorrhagiam iterata venæ sectio, quamvis in illius actu Infirmus passus fuerit deliquium = *Fui salassato al piede destro, nell'atto del qual salasso ebbi un deliquio, che mi tolse la vista, ed'anche i sentimenti* = In citata enim

ta enim Causa S. Alphonsi Turibij Tu ipse Beatissime Pater dicto *cap.* 8. *num.* 20. commendas vigilem Fidei Promotorem Bottinum, quod huic remedio, tametsi conjuncto cum animi deliquio, tribuerit naturalem sanationem ibi = *Addidit, plura adhibita fuisse medicamina unà cum geminata venæ sectione; Ægro deliquium supervenisse, & tàm venæ sectionem, quàm Animi deliquium fluxum sanguinis naturaliter cohibere, juxta Riverium in prax. Medic. lib. 4. cap. 7. §. Ac primum sanguinis, & §. Sed multo, & lib. 2. cap* 8. idem Riverius ad reprimendam Hæmorrhagiam, venæ sectionem primo loco putat adhibendam ibi = *Ac primùm venæ sectio statim celebranda est parca manu, & repetitis vicibus* =.

35 De potu aquæ gelidæ, adhibendo in vomitu sanguinis, innumera sunt testimonia Alexandri Pascoli in suis Observationibus practicis, in quibus affirmat, à se sæpè cum fructu propinatam. Nec dissimile judicium ferendum est de condito varijs quà liquidis, qua solidis Medicamentis præparato, & descripto à Medico in *Sum. pag.* 22. *§.* 128. *di più ordinai una Mistura da prenderfela a cucchiaro à cucchiaro, composta dall'acqua di Piantagine, ove sia sciolto un acinelli del Nepentes, Quercetano coll'aggiunta della Pietra Ematide e polvere di coralli rossi* = Franciscus Sylviat. *lib.* 1. *prax. Medic. cap.* 9. *§.* 20. refert historiam Vomitus Sanguinis, curati cum aqua Plantaginis, Laudano, Nepentes, & Corallis rubris. *Rondeletius*, & *Lazarus Riverius*, eum referens *lib.* 9. *cap.* 8. commendant Aquam Plantaginis, lapidem Ematitidem, & Corallia rubra pro arcendo vomitu sanguinis; Eisdemque consentit Michael Ettmullerus *tom.* 1. *cap.*6. *de remed. contra vomitum Sanguinis, & tom.* 2. *tract. de vomit. cruent. pag.* 76.

36 Validius insuper obstaculum habet Sanatio, quæ à Postulatoribus Miraculosa proponitur, si ultra efficaciam & continuationem adhibitæ medelæ, reiteratas crises inspicias. Quæ enim admixtam habent crisim, etsi in instanti fiant, naturaliter fieri dicuntur, juxta tritum Galenicum principium, de quo Zacchias *quæst. Medico legal. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 8. ibi = *Si ad naturæ opus referri sanatio possit &c., ut quæ per insignem aliquam evacuationem fiat, nempe per Vomitum, per Hæmorrhagiam, per Alvi fluorem, per sudorem, per urinam, aut aliam quamcumque evacuationem; Has enim ego Sanationes neque promptè, neque libenter pro Miraculis admiserim, nisi abundè id constet, etiamsi aliàs dubitandi aliqua occasio urgeret, etiamsi illicò & quasi in instanti fierent, Nam ut ex Galeno elicitur* 3. *de crisibus cap.* 9. *aliqui interdum subitò, & quasi instantaneè à morbo evadunt, hoc autem numquam fit sine crisi, cum id naturaliter succedit. Itaque Crises, præsertim quæ per insignes evacuationes fiunt, maximè ostendunt, sanationem naturæ vi successam.*

37 Carolus de Vivis primam expertus est Crisim nocte intermedia inter diem octavam, & nonam Augusti per sanguinis hæmorroidalis ejectionem, ut testatur ipse *Sum. pag.* 4. *§.* 18. = *Dopo di che licentiatisi i Religiosi, essendosi però partito prima del Salasso il detto Barbiere, Io solo rimanendo, per voglia, che aveva di sgravare il basso ventre, mi alzai, e mi posi su la cassetta, e sentij un gran brugiore nell'orificio dell'ano; e scaricato il Corpo, mi riposi di nuovo sul letto &c. Venuto poi ben mattino il sudetto Medico della Casa Vincenzo Jerie &c., avendoli raccontato il brugiore grande, che intesi la notte, che andiedi a fare i miei bisogni corporali, in disparte volle vedere il vaso, e disse, che ci aveva anche ritrovato miscela di sangue con mucchj* =; & hæc salutaris excretio non fuit modicæ, sed magnæ quantitatis, ut testatur Fr. Porcelli Subinfirmarius *Sum. pag.* 12. *§.* 65. = *Il sudetto Signor*

D. Vincenzio Jorio andò anche a vedere il vaso, dove disse il Chierico di esserſi andato a ſcaricare la notte, ed'osservatoſi anche in mia preſenza dallo steſſo Medico, ambidue viddimo IN NOTABILE QUANTITA' *il ſangue ivi ſcaricato dell'iſteſſa, anzi di peggior qualità di quello buttato per bocca* =. Nec permittit idem Medicus Jori, poſſe dubitari, an Hæmorroides Sanguinem, in Vas profuderint, cum id diſertè teſtatus fuerit in *Sum. pag.* 22. *§.* 126. = *l'Infermo patendo di Morici, come lo n'ero inteſo, nella commozione, che ebbe tutta la Maſſa del ſangue nell'impeto della rottura de vaſi del Polmone, violentò anche le Morici, che aperte fecero quell' emiſſione di ſangue veduto da me, e da altri nel vaſo ſtercorario* =. Mirari ideircò nemo debet, ſi Infirmus poſt inſignem hanc evacuationem ſanguinis corrupti,& nigricantis, nullam poſtea paſſus ſit excretionem Sanguinis per os à mane diei nonæ uſque ad ſanationem, quod idem eſt, ac dicere, ſtetiſſe Morbum principalem biduò ante illam.

38 Primi huic criſi ſuccedunt aliæ, quæ contigere extremâ nocte, ſanationem præveniente, & media inter diem decimam, & undecimam Auguſti, de quibus teſtimonium fert ineluctabile idem Sanatus *Sum. pag.* 5. *num.* 22. ibi = *Continuando gl'iſteſſi ſintomi di ſopra deſcritti, alla ſola riſerva del ſangue, che più non mi comparve per bocca, benche avevo ſtimoli grandi, e voglia di roverſciare; Ebbi nondimeno due, ò tre volte l'emiſſione del ſangue con feccia per ſeceſſo in quella notte trà li* 10. *e* 11. *di Agoſto* =. His ita in facto ſuppoſitis, arduam aggredi provinciam videntur Poſtulatores, referentes Miraculo ſanationem Infirmi, numquam ceſſantis à remedijs proportionatis, & obnoxij beneficio iteratæ ſaluberrimæ criſis, eamdem ſanationem immediatè præcedentis. Inquit enim Galen. *in* 3. *de criſibus cap.* 7. = *Si quis ſubitò Morbo liberatur, omninò huic aliqua evacuatio effatu digna contigit, vel per vomitum, vel per ventris exonerationem, vel ſudores, vel urinas, vel ſanguinis è Naribus effluvium, aut ex* SEDE PER HÆMORROIDES =; Et aptiùs quoque tradit Sennert. *Medic. practic. libro* 3. *part.* 2. *ſect.* 2. *cap.*13. *de hemorroid. tit. prognoſt. num.*1. = *Hemorroides moderatè, & congruenti tempore fluentes, à multis morbis Homines præſervant, & à præſentibus liberant.* =

39 Solerter quoque advertant Sapientiſſimi Suffragantes, an ultra incertam Morbi cauſam, ultra remedia aptè adhibita, ultra denique geminatas Criſes, aliquid detrahere poſſit Miraculo vehemens imaginatio Sanati, à qua certum eſt, plures ſolere Morbos propelli, ut advertunt Arauxo *in ſuis deciſ. tract.* 3. *quæſt.* 23. §. 5. *num.* 84. *& ſeq.* Thomas à Vega *in Commentar. in Arte Medic.*, Marcel. Donat. *de Medic. hiſtor. Mirabil. lib.* 2. *cap.* 1., Zacchias, *lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 10. Ludovicus Murator *in Philoſoph. Moral. cap.* 6. *§. Il Cardinal Federico Borromeo, verſicul.* = *E a tutto queſto ſi puol'aggiungere* = *fol. mihi* 67. *edit. Veronen.* 1735. Sanatus proximè dormiturus, erecto animo in Ven. Caracciolum, & certa inflammatus (ut ipſe inquit *Sum. pag.* 8. *§.* 39.) ſpe obtinendæ ſalutis ejus interceſſione, refert apparitionem in quiete ſibi factam; Sed expergefactus, non illicò certum judicium protulit de viſione ſecuta; ſed animo fluctuanti dubitavit, an eſſent imaginata, ſeu vera viſa per ſomnium *Sum. pag.* 6. *in princ.* ibi = *Svegliandomi, e volendo fare eſperimento, ſe foſſe ſtata vera viſione in ſonno, ò effetto della mia fantaſia, colla quale avevo principiato a dormire per le veementi preghiere, ch'e precedentemente avevo dirizzato al Ven. P. Caracciolo per la mia ſalute* = In id quoque recidunt Verba prolata à Subinfirmario, reſiſtente Clerico de Vivis, ne è lecto ſurgeret,

geret, & in Ecclesiam se conferret *Sum. pag. 6. §. 25.* = *Avendo spiegato il mio pensiero, che volevo calare à questa Chiesa al Sepolcro di detto Ven. Padre per ringraziare Iddio, e lui della grazia fattami; Esso mi disse, che questo non poteva permetterlo, PERCHE POTEVA ESSERE ANCHE UNA FANTASIA MIA, e che voleva prima dirlo al P. Provinciale.*

40 Affirmat Medicus, non inficior, in concreto casu phantasiam tanti valere non potuisse; Sed animus non acquiescit rationibus ab ipso allegatis. Inquit enim *Sum. pag. 28. §. 156. E quando anche il sangue buttato dal sudetto Chierico si volesse contro ogni regola dell'Arte, e contro i segni riconosciuti da me, e dagli altri Religiosi, che non derivasse da Polmoni, ne da Vasi rotti, o da Bronchi, o dalla sostanza di essi, ma da qualunque altra parte del Petto non già per rottura, ma per apertura de Vasi. CHE LA FANTASIA UNITAMENTE COLL' AJUTO DELLA NATURA AVREBBE POTUTO TORNARE A CHIUDERLI, pure ci sarebbe stato bisogno del lungo tempo dell'applicazione de medicamenti per curarli, e non si sarebbe il detto Chierico veduto restituito alla pristina sanità &c., perche per potersi mantenere chiusi i vasi aperti, la natura non può indurre la cicatrice in istanti per non farli buttare più sangue, mà coll'ajuti sudetti, ed'anche con la privazione del moto esteriore, e del parlare, hà bisogno di molto tempo per fare una tal operazione &c.* = ; Non inquam acquiescit, quia quæstio petit semper suum principium, quod signa Morbi non concludunt, illum processisse ex ulcerata Pulmonis substantia, sed tantùm ex sanguine in Ventriculo aggesto, qui statim ac ejectus fuit, naturaliter, & ope remediorum per benignas crises, in instanti naturaliter debellari potuit, etiamsi Infirmus percitus viribus phantasiæ, credere potuerit sanationem supernaturaliter contigisse.

41 Tandem ne quid intactum relinquatur, observandum est, an sanatio constans fuerit, & adhuc perseveret. Non adversor Testibus asserentibus concordi dicto, Carolum de Vivis à die obtentæ Sanationis usque ad tempus examinis, constanti usum fuisse valetudine; At cum examen subierint in Mense Martio anni 1753., & usque ad præsens tres tantùm effluxerint anni, non videtur aliquid certi statui posse per tempus adeo breve in sanato ab Hæmorrhagiâ Ventriculi, quæ indole sua est reversiva, etiam post plurium annorum decursum, quemadmodum ex Phisicorum testimonio doctè nos edoces Beatissime Pater in insigni tuo Opere *lib. 4. par. 1. cap. 16. num. 19.* ibi = *Idem judicium fertur de vomitu cruento, seu de ventriculi Hæmorrhagia, quam Practici observant reverti etiam post annorum decursum: Per sanguinis quippe effusionem partes debilitantur; Cumque ipsi copiosius, & validiùs affluenti resistere non possint, pristinas servat vias, subsistit, & tandem erumpit.*



SE-

SECUNDUM MIRACULUM

Repentinæ Sanationis Antoniæ Niglio ab immanibus Doloribus Ischidiaco, motum omnem inhibente, & Colico, adjecta gravi, continuaque Febre, alijsque gravibus Symptomatibus, Viribus illicò integrè restitutis.

42 EX serie Facti relata à Postulatoribus, & à me non repetenda, assequor, levem admodum fuisse Morbum, quo conflictata est Antonia Niglio, sive spectentur illius initia, sive progressus ad menses quindecim, sive demum severiori indagine inquiratur ultimus Morbi status, nempe viginti illi dies, qui intercessere à decubitu ad Sanationem. Lectura totius Summarij sedulo, quo par est studio evolvendi, apertè demonstrant, quod Mulier in florente adhuc ævo constituta, nec excedens quadragesimum sextum annum ætatis suæ ad Menses quindecim in superiori Coxæ Articulo passa est dolorem non continuum, sed interpolatum, modò levem, modò acerbiorem, quem Vulgus *passionem Ischiadicam* nuncupat. Constat quoque ex historia Facti, Partem affectam apto remedio fuisse identidem curatam, & pluries delinitam Oleo lumbricato, cujus usum tamquam singularem in Morbis nervosarum partium commendant Schrod. *lib. 5. cl. 4. num.* 108. Hoffman *in clavi ad h. l.*, & alij passim. Nec passio facilè domabilis restitit remedio aptè comparato, cum Mulier in hac prima Morbi periodo, etsi perfectè non convaluerit, experta tamen fuerit quandoque menstruas, quandoque bimestres inducias, in quarum cursu valida & potens vacare potuit domesticis quibusque officijs, quæ omnino intermissa non fuerunt eo quoque tempore, quo supradicto dolore angebatur *Sum. pag. 64. §. 3.*

43 Devium itaque prorsus est à regulis, quibus innititur Apostolicæ Sedis disciplina, quod spectato hoc primo quindecim Mensium spatio, proponatur pro subjecto Miraculi hæc levis Passio Ischiadica, quæ ad longissimum tempus altas radices non figit in Infirma, quam Medicamenta demulcere potuerunt per unum, & duos quandoque menses, quæque demum comitem non habuit in hoc primo tempore symptomata gravia, ut solent esse perniciosæ Febres, nausea Cibi, stomachi dejectio, Virium prostratio, & alia hujusmodi; Potissimè quia certum est in facto, quod, decurrente hoc primo quindecim Mensium tempore, Mulier non decubuit, nec ullam imploravit opem Medici, tantùm acciti, (ut infra constabit) in ultima Morbi periodo. Si itaque nihil aliud potest esse subjectum Miraculi, nisi aliquod arduum, insolitum, & admirandum, quod contigit vel præter, vel contra Naturæ ordinem, Si morbi magnitudinem repetere debemus vel læsæ partis dignitate, vel ex vehementia Symptomatum, vel demum ex læsione facultatis Corpus gubernantis juxta famigerata principia, de quibus doctissimè Sanctitas Vestra *lib. 4. par. 1. cap. 8. num. 3. & 4.*; plus æquo sibi fidunt Postulatores, qui id genus putant esse levem dolorem Ischiadicum, qui pro primis quindecim Mensibus habuit circumstantias adeo oppositas, ut Mulier infirma inutile putaverit, Medici consilium adhibere, & infructuosum in lecto decumbere.

44 Hæc quoad Morbi initia, & progressum. Si verò spectes ultimos viginti dies

dies ante ſanationem, quibus Infirma conflictata dolore Iſchiadico acerbiore, coacta eſt decumbere, gravitatem Morbi inferunt Poſtulatores ab eodem dolore recrudeſcente, à ſupervenientia Febris acutæ, & ab alijs doloribus, quos Medicus accitus nimiùm animosè *Colicos pronunciat*, & quibus ſuccedere conſuevit ſomnus interpolatus, dictus à Medico non quies, ſed ſomnolentia morboſa, ut videre eſt in toto Summario.

45 Advertant tamen præliminariter Sapientiſsimi Suffragantes, quod Ægra Mulier donari non potuit per tres Menſes conſueto lunari tributo ante hanc noviſsimam malorum congeriem, ex qua decubuit ad dies viginti ante ſanationem *Sum. pag. 65. §. 41.* Quo quidem poſito concedere poſſumus Medico, quod putaverit, Infirmam Colica laborare, ſi eadem Colica vel accipiatur pro *Colica hyſterica*, quam Schola Medica paſsim admittit, vel accipiatur in ſenſu latiſsimo, nempe pro quocumque dolore in quavis Inteſtinorum parte excitato. Sed eidem Medico cæca fide non aſſentior, ſi Colicam accipiat in vero, & ſtricto ſenſu, quæ eſt *præternaturalis perceptio tactus in Inteſtino Colo proveniens à ſolutione continui Membranarum, & partium Nervoſarum, & ortum habens ab intemperie materiali diverſorum humorum, præſertim crudelis acetoſi acidi, tormina in eodem inteſtino gignentis*, ut benè corrigendo, & declarando *Bartholomæum Caſtellium in ſuo Lexico Medico verb. Colica* explicat *Adden.* ad eumdem. Porrò ſi in quovis indifferenti Ægro incertiſsima eſt conjectura veræ Colicæ ob Morbos affines, partes finitimas invadente, ita ut idem Caſtellius citato loco dixerit = *Difficile tamen eſt diſcrimen, adeout non modò Plebei, ſed Medici quoque non ſemper diſcernant, omneſque eos dolores ſive Renes, ſive Ureteres, ſive Menſenterium, ſive tenuia etiam inteſtina occupent, Colicon indifferenter appellent* = Longè difficilior, longè obſcurior eſt conjectura hujus veræ Colicæ in Fæmina menſtrua excretione, ut fieri debuit, non repurgata, adeout liceat concludere, ut quemadmodum non poteſt eſſe ſubjectum Miraculi dolor Iſchiadicus, ita neque jaci poſſint fundamenta Miraculi in hac abuſiva, & ſpuria Colicæ ſpecie.

46 Tantoque minùs ægra Mulier tunc temporis patiebatur Alvum vehementer adſtrictam, quæ poſtmodum excreta fæce, per opportuna remedia fluida facta eſt; Et ipſe Medicus non obſcurè Nobis declarat adeo hæc remedia profeciſſe, ut Infirma à proximo Mortis diſcrimine liberata fuerit *Summ. pag. 74. §. 84.* = *Tanto che, ſe coll'uſo del oglio &c. come anche de lavativi non aveſſe evacuata qualche piccioliſſima quantità in diverſe volte, ELLA NON AVEREBBE PASSATO IL SETTIMO GIORNO A' VIVERE. Oltre il detto oglio di Mandole dolci, che per più giorni ordinai a prendere per bocca, ed'oltre i lavativi da me ordinati per ajutarla a ſfecciare, e ſollevarla del pericolo più grave della Colica, ordinai ancora l'Unzione dell'Oglio lenitivo di Camomilla più volte il giorno ſul baſſo ventre, anche per poter ammollire, e rallentare quella parte per maggiormente ajutare la ſfecciatura, ed'alleviare il dolore* = *Sum. pag. 74. §. 84.*

47 Quòcumque igitur ſe vertant Poſtulatores, ſemper eſt in ancipiti, ſemperque nutat gravitas Morborum, qui proponuntur pro primo Miraculi extremo. Si Colicam ſpectes, ex dictis jam conſtat, quod Mulier veram, & abſolutam Colicam paſſa non eſt, quodque adhibita Medicamenta periculum vitæ, timendum ex illa, propulſarunt. Si verò ſpectes contemporaneum dolorem Iſchiadum, conſtitit ex ſupra recenſitis circumſtantijs, quod ille frequentes habuit inducias, leviſsimus fuit in extremo tempore, quodque in nullum vitæ diſcrimen Infirmam adduxit. Id benè no-

vit,

vit, & ingenuè fassus est in sua depositione Medicus Curæ, qui cum in ultima Morbi periodo versaretur inter duos hostes, nempe *Colicam*, & *Ischiadem*, sollicitus fuit expugnare primum, ex quo Mors inferri poterat, dilatâ ad aliud tempus profligatione secundi, à quo vitæ dispendium timeri non poterat = *Avvertendo Io, di non poter dare in un medesimo tempo Medicamenti per l'uno, e l'altro principal dolore, Colico, e Sciatico, che sarebbero stati contrarj all'uno, e all'altro male, pensai d'andare al riparo del primò, come più pericoloso di vita, CURANDOMI MENO DEL DOLOR SCIATICO, CHE AVENDO BISOGNO DI PIU' LUNGA CURA POCO IMPORTAVA, che avessi differito la Cura con medicamenti più efficaci a miglior tempo, dopo che L'INFERMA ERA ASSICURATA DI VITA.*

48 Nec hisce Morbis, à quorum remediis nusquam cessatum est, grave addit pondus Febris, quæ supervenit Ægrotæ; Symptoma enim hujusmodi non ad perniciem, sed ad salutem videtur referendum, cum ex illo discuti, & resolvi potuerit dolor Ischiadis, quo Ægra conflictabatur. Siquidem, cum Ischias nihil aliud sit, quàm species Artritidis superiorem Coxæ Articulum occupantis, & exquisitus iste dolor oriatur sine inflammatione, & tumore, à solutione continui facta in eodem Articulo per interjectas particulas salinas diversi generis acidas, & fluidas succi nervosi, & nutritii sibi invicem contrarias, & effervescentes juxta definitionem communi Phisicorum assensu receptam, potuit iste humorum aggressus dissolvi, & discuti per Febrim, quæ aptissima est ad plerosque Morbos depellendos, sed in specie valdè efficax ad triturandos, removendosque stagnantes humores, & reserandos Vasorum infarctus, & ad concoquendos succos crassos tum articulis, tum Nervorum ligamentis inhærentes, ut eruditissimè de more tradit Sanctitas Vestra *lib. 4. par. 1. cap. 18. num. 4.* = *Habet Febris vim attenuandi, resolvendi, & crassos succos concoquendi, NECNON LIGATOS, ET OBSTRUCTOS NERVOS VITALES SOLVENDI, dummodò tamen Febris nec adeo mitis, & levis sit, ut humores impactos, crassosque non diluat, nec valdè vehemens, aut diutius protracta qua vires infringat, & deprimat* = Et generaliter docent Sidnam *cap. 4. de Febr. contin. annor. 1660. & seq.* ibi = *Profectò enim est Febris ipsa natura Instrumentum, quo partes impuras à puris secernat; Hoc illa modo planè imperceptibili praestat* = Et Wansvieten *Commen. Aphorism. 546.* ibi = *Non ergo semper perniciosa Febris est; Errantque illi, qui hanc ubique omnis Artis Molimine debellandam credunt, cum sapè natura per febrim vincat tales Morbos, qui ad optima quævis remedia rebelles manet* = Toz. *par. 3. tom. 4. lib. 6. Aphorism 40. & 51.* ibi = *Tandem deducere licebit ex hoc aphorismo, non semper Febrim nocuam esse, sed sapè sapiùs salutarem, quemadmodum non hic solùm, sed alibi pluries idem Hippocrates testatus est.* =

49 Crescit ratio dubitandi de Miraculo, quia natura exercens hos conatus per se ipsam, ducta blandè fuit per continua, & apta remedia quò vergere videbatur. Nec ab iisdem cessatum est usque ad Sanationem; Inquit enim Sanata = *mi ordinò, che avessi preso per bocca l'oglio di Mandole dolci per ajutare il Corpo a sfecciare, che continuai a prendere per otto, o dieci giorni di mattina, e di sera* = *Mi ordinò parimenti l'unzioni dell'oglio di legno santo nella Coscia, dove Io pativa il dolore della sciatica, che Io me la faceva tre volte il giorno nella parte offesa; Di più mi ordinò altra Unzione non sò di che oglio nel basso ventre circa l'Umbilico per indolcire i dolori &c. Mi diede anche a prendere, come feci la Polvere del Conte Palma per tre, o quattro*

tro fere &c. In luogo dell'Unzione dell'oglio di legno santo, mi fece applicare a quella parte un Empiastro, che mi disse, essere de Rani unitamente col Mercurio, che continuai a tenerlo finche ebbi la grazia sudetta = *Summario pag.* 60. *§.* 13. Videbatur itaque apertè adversari elementaribus principijs, attribuere sanationem Miraculo, quoties remedia adhibita fuerunt usque ad sanationem, & quidem remedia efficacissima, ut est *Ceratum de Ranis cum Mercurio*, quod vi penetrantissima, & incomparabili, attenuare potuit, resolvere, & prorsus dissipare humores crassos parti affectæ impactos. = *Numquam potest asseri* (inquit Cardinalis de Lauræa in 3. lib. Sentent. tom. 4. disput. 20. art. 19. de Miraculis num. 857.) *ut Miraculosus eventus ille, pro quo obtinendo applicatur aliquod naturale medium, seu remedium, quod putatur efficax ad illum obtinendum &c. Etsi enim Deus, vel Sanctus aliquis invocetur ad eum effectum obtinendum, cum tamen medium illud putatum sufficiens, ad eum applicatur, dubium remanet, an à Deo, an ab illo medio effectus ille processerit* = His cohærent, quæ habet Zacchias *quæst. Medicolegal. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 8. *num.* 12., relatus à Sanctitate Vestra *lib.* 4. *par.* 1. *cap.* 8. *num.*8.

50 Nec officit, quod remedia videantur nullam Infirmæ opem tulisse, cum ipsa testetur = *Niuno di questi Medicamenti applicati mi diedero giovamento alcuno*. = *Summ. pag.* 60. *§.* 13. Imò affirmat, Morbos perseverasse usque ad noctem diei septimæ precum novendialium, quâ contigit somnum obrepere Mulieri Infirmæ. Duo enim advertantur: *Primum*, quod etiamsi dolor Ischiadis, & affectâ Colica, torquerent Ægram; Nemo tamen fuit, qui crederet illam in præsenti vitæ discrimine. Aliàs tàm Medicus, quàm Domestici, quàm ipsa Sanata solliciti fuissent de Sacramentis morituræ administrandis; Cumque in Summario nullum extet hujusce rei vestigium, optimo jure licet inferre, quod Morbi molesti quidem fuerint in ultimo statu, sed à quovis vitæ periculo immunes, Quemadmodum Tu ipse Beatissime Pater, Promotoris Fidei munere perfungens animadvertisti in Causa tunc Beati, nunc S. Alphonsi Turibij contra gravitatem propositæ Sanationis ab Hæmorrhagia Narium = *Addidi, non constare de repentina Sanatione, atque adeo ne de gravitate quidem Morbi. cum, excepto Sacramento Penitentiæ, Viri Religiosi in quorum Domo Æger manebat, alia Sacramenta eidem non administraverint, Sanctissimi videlicet Viatici, & Extremæ Unctionis* = prout refers *lib.* 4. *part.* 1. *cap.*16. *num.* 20.

51 Alterum, quod Morbi Mulierem torquentes, cum ortum haberent à Causa merè humorali, sæviores fieri potuerunt in ultima parte status, & in ipso Agone; quo natura, superatâ vi morbificâ, validior redditur, & Corporis actiones suo libito exercet. Tunc enim symptomata omnia fortiora sunt, itaut Ægri aliquando de Vita periclitentur; Quemadmodum ex Galeno benè infert *Zacchias* à Sanctitate Vestra relatus *lib.* 4. *par.* 1. *cap.* 8. *num.* 6.

52 Quæ si minùs fortasse vera comperiantur in casu nostro, quia nulla intercessit Crisis, sat erit, ut attentâ indole Morborum non gravi, & attentâ continvatione remediorum, Sanatio redacta dici possit ad statum dubitandi. In hoc enim themate nemo erit, qui illam supposito Miraculo non adscribat Causæ Secundæ, quæ operari potuit; Vel ad omne pejus tribuat sanationem simplici Gratiæ, ut benè ratiocinatur Bordon. *de Miraculis meditat.* 7. *num.* 27. ibi = *Cum Miracula non præsumantur, sed probanda sint, esse à solo Deo ex meritis Sanctorum; consequenter excludenda est omnis Causa secunda, à qua possit esse effectus; Nam si causa secunda locum*

habeat

habeat in Sanitate, jam sanatio non est Miraculosa, sed naturalis; Causa autem secunda est vel remedium, seu Medicina &c. =, & infra *num.* 33. ibi= *In dubijs tutior pars est eligenda, tutius est asserere, effectum esse gratiosum, quàm Miraculosum; Dum ex una parte constat, illum sanitatis effectum totaliter non procedere à Causa secunda, nec totaliter à prima, sed aliqua ratione misceri, ex ambabus.*

53 Libentiùs porrò id admittendum est in casu nostro, quia non solùm Mulier liberationem à Morbo, *gratiam* nuncupavit, sed etiam quia suam liberationem non credidit opus in instanti absolutum, & undequaque perfectum, ut est Miraculum; Non enim expergefacta amovit à parte affecta Ceratum, sed perseveravit in ejus retentione, quousque advenit Medicus, qui authoritate, & consilio suo eidem suasit, ut illud amoveret. *Sum. pag.* 63. §. 30. ibi = *Mi ricordo perfettamente bene, che la sera precedente ALLA GRAZIA SUDETTA, non presi, secondo le altre sere precedenti la polvere del Conte Palma; ma ben mi feci secondo il solito l'unzione al basso ventre, e teneva l'empiastro nella Coscia, come continuai a ritenerlo anche dopo, che fui guarita, fino che il Medico, avendo inteso il Miracolo, ed avendomi veduta così perfettamente guarita, mi ordinò, che me lo avessi levato, come io me lo levai* =.

Quæ dicta sint sub censura &c. Salvo &c.

Benedictus Veterani S. Consistorii Advocatus,
& Sanctæ Fidei Promotor.



NEAPOLITANA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

FRANCISCI CARACCIOLI

FUNDATORIS Religionis Clericorum Regularium Minorum.

RESPONSIO

AD

ANIMADVERSIONES

R. P. FIDEI PROMOTORIS

SUPER DUBIO

An, & de quibus Miraculis constet in casu &c.

BEATISSIME PATER.



1 QUod est in more positum institutoque istius Sac. Congregationis, atque *Animadversiones* in earum exordio ad præstantissimorum Suffragantium memoriam revocant, ut non nuda, ac fallaci conjectura, sed omnibus, quæ oportet, *morborum origine, progressu, ultimo statu, adhibitisque ad eos propulsandos remediis*, accurata consideratione circumspectis, suum de Miraculis judicium proferant: idipsum quidem hujus Causæ Postulatores non modo exoptant, sed magno opere ab iisdem sapientissimis PP. petunt: ad spem certam erecti, fore, ut quo magis hæc omnia in Causa, de qua agitur, usquequaque ratione, animoque lustrentur, eo clarius eniteat, propositas sanationes in Miraculorum numerum esse omnino adscribendas, prout humillime exoramus, ac nobiscum simul Ven. Religio C. R. Minorum lætam illam jamdiu expectans diem, qua eximio illorum Parenti sacri decernantur jam promeriti Beatificationis honores.

2 Ordiendoque à primo Miraculo, cui talis, qui sequitur, præfixus est titulus.

MIRACULUM I.

Repentinæ Sanationis Caroli de Vivis Religionis C. R. M. a copioso, & immodico sanguinis effluxu, ac pravis symptomatibus, quæ eum ad deploratum statum redegerant, cum instantanea, & perfecta deperditarum virium recuperatione.

3 Anteaquam ad Animadversiones refellendas aggrediamur, ut sapientissimi PP. omnia uno sub aspectu locata habeant, morbi incunabula, incrementum, ultimumque statum narrabimus, deinde ejusdem morbi diagnosin, & gravitatem expendemus; denique propositas objectiones refutabimus: omniaque *in tria*, facilioris studii ergo, distributa *Capita* breviter, quoad morbi magnitudo, ac duratio, ingensque Animadversionum cumulus sinent, perstringemus.

CAPUT I.

Facti narratio.

4 Adolescens Carolus de Vivis admodum imbecillam, macilentamque, ac prope cachecticam corporis constitutionem a natura fortitus = *una complessione debole, gracile, e di mal colore* Sum. pag. 2. §. 1., & pag. 9. §. 42. ibi = *era io antecedentemente di fievoli forze, di gracile complessione, e scolorito*, annum agens circiter decimumquintum Romæ Religioni C. R. M. nomen dedit: exactoque Probationis tempore, vix, atque studiorum cursum exorsus fuit, ob gracilem ipsius valetudinem gravia mala portendentem, Neapolim ad studia perficienda exeunte *anno* 1748. à vigilantissimis Superioribus missus fuit: sperantibus, mutato cœlo, & corporis quoque mutaturum temperamentum *pag.* 50. §. 276.

5 Sed spem fefellit eventus; Præter enim ejus corporis humorum dyscrasiam, morbosamque diathesin, quam etiam Neapoli externo corporis habitu demonstrabat, *pag.* 10. §. 43. *pag.* 17. §. 97., *pag.* 42. §.234.; Adolescens idem incautissimè infectionem contraxit ab aliis Correligionis adolescentibus *Phthisica affectione* laborantibus, quorum alter ex ea insequenti anno 1749.: alter vero aliquandiu postea decessit. Hinc sanguini, aliisque humoribus ad contagiosam hanc labem suscipiendam, ejusque activitati obsecundandum dispositis, simili intestino motu impresso, non multo post prava ejusdem incipientis morbi germina prodiere; Ineunte siquidem vere, seu *Mense Martio anno* 1750. gravi correptus fuit Pectoris Catarrho, cum ejusdem pectoris acerbissimo dolore, magnaque pulsatione ad motum aucta, vehementi tussi, quâ sanguinolentum quandoque sputum extussiebat, ac magna respirandi difficultate, lentaque febri, ut ipse de se testatur Sanatus *pag.* 2. §. 2. ibi = *nel mese di Marzo del* 1750: *sorpreso da un gravissimo dolor di petto cagionato da un catarro con gran difficoltà di respiro, tosse, e pulsazione grande nel petto, che mi avanzava molto più nel salire,*

che io facevo per le scale, anche essendo vessato da una picciola febre, con qualche espurgazione rara però, e picciola di sangue di bocca nell' atto del tossire; Quocum concordant *Medicus curæ*, aliique *Testes de visu pag.* 10. §. 44.; *pag.* 17. §. 96. *& seqq.*, *pag.* 29. §. 158., *pag.* 35. §. 202., *pag.* 42. §. 233.

6 Deque infectione a Phthisicis contracta deponunt *Infirmarius major* Testis IV. *pag.* 33. §. 188. ibi = *posso argomentare, che abbia probabilissimamente potuto dipendere la prima caduta dalla gracile complessione dello stesso Chierico, dall' applicazione a i studj, e dall'* INFEZIONE CONTRATTA DA UN ALTRO CHIERICO *chiamato di Casato Castagnola,* CHE SE NE MORI' TISICO MARCIO. Testis V. *pag.* 35. §. 202. ibi = *posso credere, che vi avesse contribuita l'istessa stagione, la sua inclinazione gracile, e l'applicazione allo studio,* MA MOLTO PIU' L'INFEZIONE, *che già era principiata nel Professorio, poiche il Chierico professo Castagnola,* DOPO LUNGO TEMPO DI MALE DI TISICO, GIA' SE N' ERA MORTO, *e nel tempo, che il Chierico de Vivis* (Sanatus) *cadde questa prima volta infermo,* VI ERA ATTACCATO DELL' ISTESSA INFERMITA' TISICA, *e di petto il Chierico Ignazio Guardati.* Testis IX. *Procesf. fol.* 268. ibi = *tanto più, perche il detto Chierico de Vivis* AVEA PIU' DI OGNI ALTRO *&c.* TRATTATO, CONVERSATO, ED ASSISTITO IN STANZA *di altro Chierico Castagnola* MORTO *alcuni anni prima* DI MALE TISICO, *probabilmente si ascriveva la contrazione di detto morbo a qualche attacco anche che avesse potuto aver origine dal male di detto Chierico defonto.*

7 Ad debellandum hunc morbum, qui tum ratione *causæ*, tum *sui ipsius* tum *partium affectarum*, tum *symptomatum*, quibus stipabatur, ac denique ratione *exitus*, magnus quippe, admodumque gravis erat = *fu veramente grave = ne feci conto, perche poteva degenerare, e far passaggio al male maggiore di Tisi,* ut totidem verbis Medicus curæ testatur *pag.* 17. §. 97., *&* 98., cui convenit Testis II. *pag.* 10. §. 44. ibi = *facendone molto caso il Medico*: omni studio, multisque remediis pugnatum fuit, sed jam inde a suo initio quanti esset ostendens, pertinaciter per plures menses vim suam exercere non destitit = *qual Catarro unito cogl' altri sintomi medesimi, che* DURO' LUNGAMENTE PER PIU' MESI: teste Medico *pag.* 17. *sub* §. 97., *&* §. *seq.*, cui consentiunt Sanatus, aliique *pag.* 2. §. 3., *pag.* 10. §. 45., *pag.* 29. §. 159. *& seq.*, *pag.* 42. §. 235., *& seq.*

8 Quamvisque, curatione diu protracta, præsertim verò diuturno lactis usu, & rusticani aeris clementia, tandem graviora ejusdem morbi symptomata remisisse visa fuerint, ut subjungunt Testes *proxime indicati*; At nihilominus tamen quia ipsius Adolescentis corporis habitus omnis aliò traducendus erat, atque homo integer nova quasi incude refingendus, morbus ipse omninò eradicari non potuit, sed *Pectoris pulsationem, & laboriosam, difficilemque, præsertim sub ascensu acclivium, spirationem reliquit*: symptomata porro non jam devicti, sed latitantis, moxque tacita vi obrepentis, prænuncia mali; prout testatissimum faciunt Sanatus *pag.* 2. §. 3. ibi = *ma perche ci riconobbe* (Medicus) *pertinacia nel male, ordinò, che avessi preso l'uso del latte &c., e lo presi nella Massaria &c., od ivi essendomi trattenuto circa tre mesi, si calmò il male, cioè le febre, e le tosse,* MA MI RIMASE LA DIFFICOLTA' DEL RESPIRO, ED IL BATTIMENTO DEL PETTO, CHE MI MOLESTAVA PIU' DEL SOLITO, QUANDO SALIVO LE SCALE, Testis II. *pag.* 10. §. 46. ibi = *dopo circa tre mesi si vidde da me, e da tutti i Religiosi ritornato già nella Casa molto megliorato,* SEBENE LI FOSSE RIMASTO IL BATTIMENTO

DEL PETTO, *com' egli meco se ne doleva*, E L'AFFANNO DEL RESPIRO *&c.*, *non lo sentiva più tossire, ma solo* VEDEVA, O SENTIVA L'AFFANNO, CHE EGLI PATIVA, *precisamente mentre saliva le scale*. Testis IV. *pag.* 29. §. 161. ibi = *sebene dall'uso dell'aria, e del latte, se ne fusse ritornato migliorato dal catarro, nondimeno* RIMASE IN LUI IL BATTIMENTO FORTE DI PETTO, E L' AFFANNO, O SIA DIFFICOLTA' DI RESPIRO, *precisamente nel salir le scale, siccome egli meco, e con altri Religiosi spesso si doleva*. ED IO, ED ALTRI CE NE ACCORGEVAMO, Et, omissis aliis, Testis XV. *pag.*43. §.237. ibi = *riceve qualche sollievo da suoi sintomi, siccome &c. io mi avviddi; ma non si era totalmente rifatto &c.*, LI RIMASE L' AFFANNO, E LA PULSAZIONE DEL PETTO, ANCHE CON QUALCHE DOLORE, *siccome lo stesso Chierico mi diceva, ed io* LO VEDEVO PIU' DEL SOLITO AFFANNOSO CON DIFFICOLTA' DI RESPIRO, *quando saliva per le scale*, & Testis XIV. *pag.* 30. §. 288.

9 In hoc meliorationis, seu verius ægritudinis statu Infirmus permansit ad initium usque æstatis insequentis anni 1751. = *nel qual stato continuai a stare sino al principio dell'està dell'anno sossequente* 1751., ut deponit Sanatus *cit.* §. 3. *in fin.*, cui conveniunt cœteri Testes *locis proxime allegatis*; Sed ex vetusta internæ infectionis radice, solidorumque labe, quibus non obstantibus sedulam studiis operam dabat, idem ipse, qui antea, morbus majores vires nactus temporis cursu, ac magna, & intrinseca familiaritate, quam idem Infirmus inconsultissimè habere perrexit cum alio Religioso Phthisi infecto ei jugiter adsistendo, ut *in Sum. p.*33. §.188., iisdem ipsis, imo longe gravioribus stipatus symptomatibus, denuo foras erupit = *ricadei nello stesso male* (inquit Sanatus) *dell'anno precedente* CON UNA CIRCOSTANZA DI PIU', *che come nella prima caduta la febretta era lenta*, IN QUESTA' RECIDIVA LA FEBRE SI ACCRESCEVA *verso il declinare del giorno pag.* 2. §. 4., *& Proc. fol.* 104. *super XV.* ibi = LA CAUSA *io non credo che avesse potuto esser altra se non quella, che* NASCEVA DALLA RADICE DELL' INFEZIONE INTERNA, QUAL NON OSTANTE IO CONTINUAVO I MIEI STUDJ. Testis II. *lo stesso Chierico ricadde* CON MAGGIOR GRAVEZZA *nel male del precedente anno, perche li sopragiunsero* PIU' GAGLIARDI LI SINTOMI DI TOSSE, AFFANNO, DIFFICOLTA' DI RESPIRO, BATTIMENTO DI PETTO, *come anco io più volte lo toccai con propria mano, e* CON UNA FEBRE CONTINUA &c. *pag.* 10. §. 47. Testis III. Medicus curæ *pag.* 18. §. 102., aliique Testes ibidem *pag.* 29. §. 162., *pag.* 43. §. 238., *& seq.*, *& pag.* 51. §. 279.

10 De ejusmodi morbi recursu Medicus curæ edoctus ab Hippocr. *de inter. affect. in princ.*, ubi = *morbus*, inquit, *reversionem faciens, magis quàm ab initio urget*, sequens protulit judicium = *feci giudizio, che fusse peggiore del primo, perche questi mali, che han cagionata qualche offesa nel petto fanno rimanere dell' impressione, che poi nelle recidive sogliono risvegliarsi più gravi*, *pag.* 19. §. 103., & patet ex Testibus modo relatis; Eaque propter plura præscripsit remedia, ac inter cœtera, reiteratum lactis usum, aerisque mutationem, quibus diu continuatis, delituit quidem morbus, seu graviora ejus symptomata remiserunt, sed ipsius morbi adhuc hærentis in corpore, ac pejora molientis, phænomena remanserunt pectoris pulsatio, anxietas, seu spirandi difficultas, externusque ipsius Adolescentis corporis habitus macilentus; prout deponunt *Sanatus*, *alique Testes*, quorum Dicta brevitatis causâ solummodo indicamus, nem-

pè

Sum. pag. 2. §. 5. *&* 6. , *pag.* 10. *in fin. & seq.* , *pag.* 19. §. 107. , *& seq. pag.* 29. §. 164. , *pag.* 43. §. 242. , ubi de perseverantia etiam doloris pectoris , *& pag.* 52. §. 283.

11 Cum autem idem Adolescens ejusmodi fallaci morbi levamine deceptus intermissum studiorum cursum instaurasset, denuo sensim extenuari , & contabescere cœpit in dies: externa specie ostendendo , quàm magnum malum ferme nesciens intus gereret in corpore = *si vedeva da me , e dagli altri Padri di nuovo a decadere pian piano nel volto , e nelle carni* . Sum. pag. 29. in fin. = *in tutto questo tratto di tempo , che io alquanto mi riebbi ben ne parlava col Medico , e coll' Infermiero , ed altri Religiosi , i quali per altroani replicavano , che non troppo li piaceva il colore , che malamente avevo nel volto , precisamente nel riprendimento de' Studj , che feci fra quelli intervalli tra un male , e l'altro , ne' quali comparivo di volto anche più macilente di prima* . Proces. *fol.* 103. *ter.* Magis verò, quia nedum mense Majo 1752. laboriosam aggressus provinciam sustinendi publicas Philosophiæ Conclusiones , maximo fervore studia diù multumque urgebat , *Sum. pag.* 2. §. 6. , Sed interea temporis *PHTHISICA TABE* infectus obiit alter Correligiosus adolescens , *a cui continuamente assistevo* (idem Adolescens) *mentre era infermo , pag.* 33. §. 188. juncta *pag.* 35. §. 202. Hinc iterum Pectoris pulsationi , ac respirandi difficultati vetusta supervenit Febricula lento gradu functiones corporis labefactans , viresque , succosque depascens , *dict. pag.* 2. §. 7. ; Cumque nihilominus die 16. Julii easdem Conclusiones sustinuisset , *ma con gran mio sforzo , attesa la Febretta , nella quale mi ritrovavo dicto* §. 7. ; aucta immaniter Febris , aliorumque symptomatum sævitiâ , mane diei 16. ejusdem mensis ingentem sanguinis corruptæ propemodum substantiæ molem ex ore vehementi Tussi profudit = *Vomitò molto sangue* (teste Medico curæ) *dalla bocca con tosse profonda &c. , che io giudicai poter ascendere a due libre di sangue , il quale era negro , e di una sostanza quasi corrotta , ed addensato . L'osservai di più nel petto , dove vi era una veemente pulsazione , nelli polsi ; e vi riconobbi una febre grande per una somma celerità , e durezza , vi riconobbi dell' affanno , difficoltà di respiro , ed un gran rossore nelle gote , per li quali sintomi da me tutti osservati , e giudicati GRAVISSIMI , E MOLTO PERICOLOSI &c. Sum. pag.* 20. §. 110. , *& seq.* , cui conveniunt Sanatus , cœterique Testes spectatores ibidem *pag.* 2. §. 7. , *& seq.* , *pag.* 11. §. 52. , *pag.* 30. §. 165. *& seq.* , *pag.* 36. §. 206. , *& seq.* , *pag.* 44. §. 243. , *& pag.* 52. §. 284. *& seq.*

12 Ad ejusmodi immodicum sanguinis effluxum , ac tot , tantaque , eaque gravissima , symptomata compescenda , tam & si pluries Infirmo administrata fuerit venæ sectio , aliæque præscriptæ potiones ; attamen nihilominus perseverarunt ad plures dies = *ciò non ostante pure in mia presenza buttò nuovo sangue più di una volta della stessa mala qualità di prima &c. , continuando li stessi sintomi della febre , ed altro Sum. pag.* 11. §. 53. , & consentiunt Sanatus *pag.* 3. §. 10. , Medicus curæ *pag.* 20. §. 113. ibi = *per qualche giorno , che io continuai a visitarlo mi avvedeva del sangue , che continuava a vomitare anche in quantità , ma minore della prima volta* , aliique Testes *locis proxime relatis* .

13 Quapropter = *riconoscendo il Medico , che tal uso niente giovava , prese a darmi per bocca altri medicamenti balsamici &c. , che li presi per molti giorni* , ut deponit Sanatus §. 11. , aliique Testes ; Et licet adhibitorum remediorum usu , tandem sanguinis fluxus consopitus , aliaque symptomata quadantenus mitigata visa fuerint = *dopo alcuni giorni FECERO VISTA , che avessero prodotto l'effetto di ristagnare il vomito , e lo sputo del sangue per bocca*

pag.

pag. 44. §: 45. = *andò a cessarli il vomito, e lo sputo del sangue, ed a moderarsi gli altri sintomi FRA QUINDICI IN VENTI GIORNI*, *pag.* 55. §. 289.; at causa tamen, & radix mali sublata non fuit; sed ejus adhuc in corpore existentis perspicua signa fuerunt superstites *FEBRICULA*, quæ quo lentior, eo gravior, necnon Pectoris pulsatio, anxietas, & respirationis difficultas = teste eodem Sanato *pag.* 3. §. 11. ibi = *la Febre andò cessando, essendomene rimasta pochissima, che lentamente mi sorprendeva verso la sera, senza però grave mia inquietitudine*, & *Proc. fol.* 107. *terg.* ibi = *non ci sperimentai altro alleggerimento, se non che non sputai, ne vomitai più sangue*, MA MI RIMASE IL BATTIMENTO DEL PETTO, L'AFFANNO, E LA DIFFICOLTA' DI RESPIRO, COME PRIMA, *tantoche il Medico diceva, che bisognava pensare a qualche altra cura, e questi sintomi mi durarono fino alli 8. di Agosto*; quocum concordant alii Testes dicto Summar. = MAI PERO' LASCIANDOLO L' AFFANNO, ED IL BATTIMENTO DEL PETTO *siccome per la quotidiana assistenza, che io doveva farli, passarono tutti sotto gli occhi miei* pag. 11. §. 56. = *lo vedeva nelle visite, che faceva all' Infermo, che* BEN LI RIMASERO LI SINTOMI DELLA PULSAZIONE DEL PETTO, E DELL' IMPEDIMENTO DEL RESPIRO, E DELLA FEBRETTA, *che li continuava, come esso stesso diceva, e ciò fu per qualche giorno* pag. 44. §. 246.

14 In hac infida meliorationis specie, seu temperario morbi levamine, idem Medicus = *li permisi* (inquit) *a poco a poco, che facesse qualche picciolo passeggio per la stanza, e finalmente l'abilitai a calare nel Refettorio, ed alla Messa in questa Chiesa, senza permetterli altro qualunque moto, ed applicazione minima a studj* pag. 21. § 116., *ed in questo stato convalescente = in questa miglioria*, reliquit Infirmum: meditatus eumdem opportuniori tempore rus ablegare, ubi lactis usum repeteret *pag.* 21. §. 116.

15 At paucis postea diebus, nempe *die* 8. *Augusti ejusdem anni*, majori impetu vehemens admodum sanguinis ex ore ejectio repetiit, tot funestorum symptomatum agmine stipata, quæ melius, quam nos exprimere possumus, Sanatus ipse disertis hisce verbis enarrat = *nella sera nell'atto, che io stava per refocillarmi con un ovo, mi venne tal sconvolgimento di stomaco, e di viscere, dolore di petto, e di testa, ed affanno con tutti gli altri precedenti sintomi, che mi sentivo soffocare &c., me ne ritirai* (in cubiculum) *con gran stento, ed ivi giunto immediatamente ebbi un butto tale di sangue, che sporcai li lenzuoli, il pavimento, e preso anche un baccino &c., seguitai a buttarne anche gran copia nello stesso vaso, che mi durò circa un mezzo quarto di ora, con gran affanno, soffocazione di gola, e dolor grande di capo con tosse profonda &c. Io stava steso sul letto supino, ed affannoso, perche non potevo star riposato di lato &c. mi rinovò il butto di sangue, che buttai bocconi sul pavimento accanto il mio letto, anche in gran copia, ma minore della prima volta*, pag. 3. §. 13. & seq., ubi addit fœtorem excreti sanguinis, & cum eodem Sanato concordant alii Testes *pag.* 11. *in fin. & seq.* §. 58., ubi Sub-Infirmarius hæc habet = *già viddi lo spettacolo del gran sangue buttato a terra, sopra il letto, e nel Bacino, ed il Chierico abbandonato sul letto colle guancie tutte arrossite, ed ansante, come un Agonizante &c., ed era la stanza così ripiena di un puzzore estremo, che venne meno il P. Ricci, ed altri se ne uscivano tenendo delle caraffine in mano, che odoravano*, cœterique in Summario relati *pag.* 21. §. 117., *pag.* 30. §. 168., *& seqq.*, *pag.* 37. §. 212., *pag.* 45. §. 248., *pag.* 53. §. 290. *& seqq.*

16 Ad sistendam ejusdem immoderatam, urgentemque hæmorrhagiam, illico expetitum fuit auxilium à viciniori Medico, cujus consilio extemplo accer-

cerſitus fuit Chirurgus, qui pedis venam pertunderet, quique perventus *nella ſtanza dello Steſſo Infermo, lo viddi ſteſo al letto abbattuto, ed affannoſo, con una continua, grave, e profonda toſſe agitato, colle guancie molto arroſſite, e lo viddi nell' impeto della Toſſe, che ſputava ſangue in terra*, ut idem ipſe deponit Chirurgus Teſtis VIII. *Proc. fol.* 258., atque in eodem venæ ſectionis actu grave accidit Infirmo deliquium = *ebbi un deliquio, che mi tolſe la viſta, ed anche i ſentimenti, pag.*4. §. 16. Deinceps exhiberi ei cœpit per vices potus aquæ gelidæ, a quo ſtatim ceſſatum fuit, quia *viddi, che ò la ributtava ſubitò inſanguinata, ò dopo di averla ritenuta per pochi momenti, per violenza della Toſſe la rigulcitrava intinta col ſangue, con pulſazione del petto, e con accenſione di gote*, teſte Sub=Infirmario *pag.* 12. §. 61. *& ſeq.*, cum quo concordant Sanatus, aliique Teſtes *ſupra indicati*; atque ita Infirmus oppreſſus totam noctem, ſanguinem identidem extuſſiendo, traduxit inſomnem = *in tutto il corſo di quella notte &c., interrottamente fra un ora, e un ora e mezza per volta, ributtai ſangue di nuovo &c. continuando li ſteſſi dolori, e battimento di petto, e di teſta, e l'affanno, non potendo affatto quella notte riposare* pag.4. §. 17. Prætereaque ſpaſticis internarum, externarumque partium ſtricturis, inducto impetuoſo ſanguinis appulſu ad vaſa ſic dicta hæmorrhoidalia, is acrimonia ſuâ ea corrodens aperuit, atque ad majorem naturæ, viriumque depreſſionem, celerioremque ipſius Ægroti perniciem, copioſè indè cum ſymptomatum incremento, in ejuſdem noctis decurſu, cum ſcybalis profluxit, teſte eodem Sanato §. 18., aliiſque *in Summario*.

17 Mane inſequentis diei *nona ſcilicet Auguſti* valde diluculò accurrit Medicus Jorius, qui repperit Infirmum = *ſteſo in letto con febre, e durezza de polzi. con toſſe profonda, roſſore grande nelle guancie, con forte pulſazione al petto, e ſtimolo a vomitare, ſiccome Io tutto oſſervai con proprj occhi, e con mani &c.* Inſpectoque ſanguine tum *ſuperne*, tum *inferne* ejecto, *de primo* hæc habet = *Il ſangue da me veduto era di colore molto oſcuro, che andava al nero, e di un odore puzzolentiſſimo, contenendo ancora alcuni filamenti, che parevano membrane provenienti dalla ſoſtanza del polmone*, pag.21. §.118., ac de alio, quod erat = *dell' iſteſſa qualità = così di mala qualità, perche era infetta tutta l'intera maſſa del ſangue* pag.22. §.115. *&* 127., *&* pag.23. §.119. ibi = *nè il ſalaſſo applicatoli la ſera iſteſſa antecedente, nè altro medicamento &c. fù a detto Infermo di ſollievo alcuno, ma ben lo ritrovai deteriorato la mattina &c., indebolito di forze, con febre non piccola, accenſione di gote, affanno, e difficoltà maggiore di reſpiro, come anche con maggior pulſazione di petto di quella, che li oſſervai nel penultimo caſo*; Quocum concordant alii Teſtes paſſim in dicto Summario, præſertim *pag.* 38. §. 216., *& ſeq.*, & magnam comitantem Febrim contenſtantur Sanatus *pag.* 4. §. 18. ibi = *Io era acceſo di una gran febre*, & Teſtis IV. pag. 33. §.190. ibi = *la mattina ſeguente* (die 9.) *anche quando venne il Medico ci riconobbi una febre più accreſciuta della ſera, nella quale li toccai il polſo, come feci anche la mattina ſeguente, e tal febre grande fù anche conoſciuta dal Medico*, & Teſtis XV. *Proc. fol.*393. *ter.* ibi = *diſſe anche il Medico, che l'aveva ritrovato con una febre molto ardente*.

18 Tot ſymptomatum multitudine, ac magnitudine deterritus, matura conſideratione, ſeveroque judicio perpendens ſcientiſſimus Medicus, hanc, quæ ſequitur funeſtam prognoſin fecit = *il giudizio, che io ne feci ſin dalla prima viſita in queſta ultima volta fu* NON SOLO PERICOLOSISSIMO, MA ANCHE MORTALE pag. 22. §.126., & §. 128. ibi = *formai il mio giudizio di eſſer* IL MALE MORTALE, ED INSUPERABILE, & pag.23. §. 129. ibi = NON POTEVA ESSER IN PEGGIOR STATO DI QUEL-

QUELLO, CHE LO RITROVAI &c. *Hò già deposto &c. del giudizio da me fatto dell'* INSANABILE *male del sudetto Chierico, e della sua* TOTALE DISPERATA SALUTE, *che bastantemente la proferii al Sotto-Infermiero, ed altri presenti;* Et prosequitur §§. *citat:* firmissimis rationibus hoc suum confirmando judicium: de quo etiam deponunt Sub-Infirmarius *pag.* 13. §. 66. ibi = *chiaramente disse a me* (Medicus) *in disparte dell' Infermo, che* ERA QUESTI SPEDITO, E NON VI ERA AFFATTO SPERANZA DI VITA, aliique Testes *pag.* 31. §. 178., *pag.* 39. §. 219., *pag.* 46. §. 255.

19 Verum, etsi ex pessimis signis observatis desperatam rem esse, planissime præcognosceret Medicus; quia tamen religiosum Medicum non decebat ab Ægroti curatione manus subtrahere = *per non abbandonar l'Infermo già da me disperato* pag. 22. §. 128., ad ejusmodi sæva pathemata aliquantisper pallianda, iteratam venæ sectionem, potumque aquæ frigidæ, & quoddam eclegma per vices sumendum præscripsit, ut *d.* §. 128., Sed nihilominus = *restando a letto* (inquit Sanatus pag. 4. §. 19.) *salassato a capo di un altr' ora, e mezza in circa mi sopravenne nuovo butto di sangue &c. colli stessi sintomi di tosse, e di altri dolori di petto, e di testa, e di battimento del Torace, che mai mi avean lasciato;* & sic deinceps aliæ sanguinis excretiones successerunt: teste eodem Sanato *Process. fol.* 108. *super* 20. *Interrogat.* ibi = *Dalla prima sagnia fattami la sera delli* 8. *d'Agosto io non ricevei verun sollievo, e dalla seconda del giorno seguente nemmeno, perche* TANTO DOPO LA PRIMA, QUANTO DOPO LA SECONDA CONTINUARONO I VOMITI DI SANGUE, E LI STESSI SINTOMI CON MAGGIOR VEEMENZA DI PRIMA, *anzi io* MI SENTIVA SEMPRE DETERIORARE DI FORZE, E MI SI ACCRESCEVANO TUTTI GL' ALTRI SINTOMI &c., *e mi si debilitavano sempre più le forze*; quod & confirmat Medicus curæ *Sum. pag.* 22. §. 125. ibi = *dopo la detta prima visita, per quanto mi posso ricordare, continuò a buttar sangue dell' istessa qualità per due, ò tre altre volte, oltre quello, che buttava con raschi*, & pag. 24. §. 134. ibi = *Dopo la sudetta prima visita avendo continuato a visitare il detto Infermo mattina, e sera &c, se mal non mi ricordo, continuò da due, ò tre altre volte, ad aver copiosi vomiti di sangue, che fù da me osservato, oltre quello, che buttava per la tosse, ed i sintomi eran sempre l'istessi*. Itemque Testis XV. *pag.* 45. §. 253., ubi quod manè diei nonæ *nell'atto, che io stava facendo le lezione a' miei Studenti, sentendo il rumore per lo sforzo, che egli faceva colla tosse più del solito, lasciai &c., e portatomi &c., viddi, che attualmente buttò del molto sangue della stessa qualità &c.*, & *Procesf. fol.* 386. *ter.*, ubi quod = *se bene io non faceva residenza, perche dimorava di stanza nell'altra nostra Casa di S. Giuseppe, nondimeno perche ogni mattina, e dopo pranzo veniva a far la lezione, già viddi l'Infermo destituto, e che anche avanti di me buttò più volte sangue*. Et quia = *nel prendere dett'acqua, e condito, non poteva ritenere nè l'una, nè l'altro, e subito lo ributtava* = *perche si vedeva da me, che o subito, o dopo pochissimo tempo immediatamente l' Infermo ributtava l'una, e l'altro con gran veemenza di Tosse con tinture di sangue*, Sum. pag. 13. §. 68., *&* pag. 15. §. 87., per quam rarissime tentatum fuit ea Infirmo præbere, *ma sempre inutilmente per l'istessa cagione*, ut *sub d.* §. 87., tandemque ab earumdem potionum usu destitum fuit ut *ibidem*, *& pag.* 23. §. 133.

20 Itaque videns sagacissimus Medicus Ægrotum nihil proficere, sed in deterius abire = *non vedendosi niun principio di miglioria, anzi ritrovandolo in peggior stato* pag. 13. §. 68. *nè pur questi* (Salassi) *si viddero profittevoli, anzi*

dete-

deterioraron l'Infermo nelle forze naturali, e niente di sollievo apprese dagli altri sintomi pag. 26. §. 149., ipsi Ægroto proximam mortem prædixit, monuitque, ut se præpararet in occursum Domini, & ne sicuti ipse pœnam luebat contractæ imprudenter infectionis consortio Correligiosorum Phthisica passione laborantium, quorum alter paulo antea defunctus fuerat *pag*. 39. §. 19. *& seqq.*, ita & alii Adolescentes Correligiosi simile contraherent contagium, eumdem Ægrotum in aliam mansionem extra Professorium transferri jussit *pag*. 5. §. 20. *& seqq.*, & passim Testes *dicto Summario*.

21 Vespere diei decimæ Augusti, perseverantibus iisdem symptomatibus, & etiam auctis, Infirmus, pluribus auxiliantibus, *& a gran stento pag*. 5. §. 20. *& pag*. 13. §. 71., in aliud cubiculum translatus fuit, ibique, viribus magis magisque fractis, & exhaustis, in lecto locatus, mortem prope adesse jam sentiens, sacram emisit exomologesin = *verso una mezz' ora di notte mi confessai* pag. 5. §. 21.: omissâ ex Medici, ac Patrum consilio *SANCTISSIMI VIATICI* susceptione, propter evidens vomitionis periculum ex vehementia Tussis, sanguinisque, que continuabant, eruptionibus. Testis IV. Infirmarius Major *Proc. fol.* 186. *in fin. & terg.* ibi = *fu munito solamente del Sagramento della Penitenza il giorno dieci di Agosto, dopo che passò nella nuova stanza, e non se li diede il Santissimo Viatico, perche vi era il pericolo evidente dell' irriverenza, che si faceva al Venerabile*, PER LO SPUTO DEL SANGUE, CHE CONTINUAVA, *sicome, oltre la manifesta ragione a tutti patente, me lo disse anche il Prefetto, che lo confessò*. Testis XV. *Sum. pag.* 46. *in fin. & seq.* ibi = *il Chierico de Vivis, come mi disse quella mattina delli undici di Agosto, che fui a visitarlo &c. perche si sentiva più agitato dall' affanno, dalla difficoltà del respiro, e dalla debolezza delle forze, tantochè si sentiva morire, appena giunto alla nuova stanza, sentendosi prossima la morte &c., si confessò dal P. Prefetto, sicome anche mi viene contestato da altri Religiosi, da' quali mi fu riferito, che non li fu amministrato il Santissimo Viatico per il pericolo evidente di roversciarlo per la Tosse continua*, E PER IL SANGUE, CHE CONTINUAVA A BUTTARE.

22 Eâdemque ipsa symptomatum circumseptus cohorte celeri, præcipitique gressu perrexit decurrere morbus in sequentem diem undecimam sine ullo prorsus levamine, imo cum incremento, mojorique virium dejectione. Sanatus *pag*. 5. §. 21. *&* 22., *& pag*. 8. §. 36. ibi = *non solo, che non ebbi verun segno di minorazione del male, ma sempre più mi viddi nell' incremento*; Testis II. = *vi fu trasferito coll'ajuto di altri fratelli Religiosi, fra quali fui ancor io, nel giorno seguente de* 10. *Agosto, ed ivi messosi in letto coll' istessi sintomi, e più indebolito dal giorno precedente, ritornò il Medico a visitarlo, e ritrovandolo in peggior stato del giorno precedente chiaramente disse all'Infermo, che fossesi preparato per l'altra vita Sum. pag.* 13. §. 71. Testis III. Medicus curæ = *dopo la detta prima visita avendo io continuato a visitare il detto Infermo mattina, e sera fino agli undici del detto mese, mai ritrovai il detto Chierico in stato di qualche miglioria, ò in qualche diminuzione di sintomi pag.* 24. §. 134., & de pessimo Infirmi statu eadem ipsa die 11. hæc subdit §. 140. = *nella mattina delli* 11. *di Agosto io lo ritrovai nella mia visita fattali in pessimo stato, niente diminuito dagl' ultimi sintomi, che nell'ultima volta ricadde nel suo male*, & §. 144. ibi = *Sintomi osservati fin la mattina dell'istesso giorno*. Testis IV. = *continuando l'Infermo coll'istessi sintomi il giorno delli* 10. *fu trasferito coll'ajuto &c. in una stanza fuori del Noviziato, ove niente intermettendo, ò cessando i medesimi sintomi, anzi avanzandosi l'affanno, ed il stimolo di soffocazione,*

com'egli diceva, si confessò &c. Passando l'Infermo coll'istessi sintomi, che si osservavano sempre più avvanzare per tutta quella giornata fino alla sera, onde fù bisogno di esser guardato vicino alla sua stanza in tutta quella notte, ritornando poi il Medico la mattina degli undici, ed avendolo osservato in stato peggiore, precisamente per lo stimolo di esser soffogato, pronunziò a dirittura all'Infermo anche in mia presenza &c., che il male era incurabile pag. 31. §. 176. & seqq. Testis V. = *per le visite, che io continuava a fare mattina, e sera al suddetto Infermo, non viddi miglioramento alcuno fino alla mattina degli undici d'Agosto, perche li continuava l'istessa tosse, l'affanno, e difficoltà di respiro, le gote accese, la pulsazione, e dolore del petto, com'esso raccontava, e la lentezza grande nelle forze* pag. 40. §. 221., & pag. 41. §. 229. ibi = *Io interrottamente lo andava a vedere fino alla mattina delli 11. di Agosto, che lo lasciai in quel lagrimevole stato*. Testis XV. = *fino alla mattina delli 11. Agosto, che io fui l'ultima volta a visitarlo &c. non solo non vi conobbi alcuno alleviamento*, MA ANZI PEGGIORE *di quello, che lo ritrovai la mattina dei 9. Agosto &c.* pag. 47. §. 260., & §. 262. ibi = *destituto, e disperato di vita come lo lasciai la mattina*, & Testis XVI. *continuò a stare infermo in questo pessimo, e disperato stato di sua vita per tutta la mattina delli 11. Agosto, com'egli stesso meco confessava quella mattina per tempo, che io andai à visitarlo &c. anzi mi diceva, che si sentiva peggiore di prima, ne io ci vedeva apparentemente qualche diminuzione del suo male* pag. 55. §. 306.

23 Sic rebus conclamatis, cum mane ejusdem ipsius diei undecimæ Medicus confirmasset Infirmo suum judicium desperatæ salutis = *confermandomi il giudizio di non esservi più speranza di vita per me* pag. 5. §. 22., ipseque morbi vehementia oppressus, auctisque suffocationis stimulis, viribusque penitus exhaustis, prostratus jaceret in lecto; luctuosissimam moribundi imaginem exhibens, & jam jamque moriturus = *Io mi sentiva indebolito, ed affatto destituto di forze, oltre i sintomi già detti*, ut dicto §. 22., & Testis VI., qui eodem mane = *lo viddi* = inquit *Processʃ. fol.* 232., *con proprj occhi abbandonato sul letto, quasi come un Cadavere di volto &c.*, Servi Dei Francisci Caraccioli, quam enixè imploravit, intercessione, tota repente eorumdem lethalium symptomatum depulsa syndrome, à mortis confiniis revocatus, perfectæque sanitati cum omnimoda deperditarum virium recuperatione illico restitutus fuit: constantissimâ subsecutâ adeptæ sanitatis perseverantiâ, prout uno ore prædicant Testes, quorum Dicta (cum nulla hac de re controversia sit in Facto) præterimus; quin etiam vivit hodie post octennium, & quod excurrit, felicissima, & firmissima sanitate præditus, nullam passus pregressi morbi recidivam.

24 Sed sapientissimi PP. pro eximia, qua pollent in scrutandis, explorandisʃ rebus omnibus sagacitate, à Postulatoribus requirent sedem morbi, & scaturiginem, unde tot repetitæ supernæ sanguinis eruptiones manaverint; At eorum desiderium cumulate in proximo Capite explebimus.

CAPUT II.

Morbi Diagnosis, & gravitas.

§. I.

25 MORBI, de quo agitur, cognitio perspicua est, constatque ex gravissimo, verissimoque Medici curæ judicio, qui observatis ab sese morbi phænomenis severo judicio ponderatis, sanguinem *ex magno Pulmonis*

monis vase disrupto, eroso, vel exulcerato, effluxisse (cujusmodi morbus HÆMOPTYSIS à Medicis dicitur) disertissimis hisce verbis, firmissimisque allatis rationibus, ponit in propatulo = *ero di sentimento, che il sangue venisse* DALLA PROPRIA SOSTANZA DE POLMONI, *riguardandolo alla somma difficoltà di respiro aumentatali più delle altre volte, come anche dal sommo rossore delle gote, febre, e pulsazione al petto, e stimolo al vomito, come anche, che essendo il sangue in una eccedente copia, era necessità di giudicare, che il vaso aperto, o pur rotto, fusse ben grande, e questo essendo situato* NELLA PROPRIA SOSTANZA DI POLMONI &c. *era impossibile a potersi rimarginare Summario pag.* 22. §. 126., *& pag.*26. §. 147. ibi = *tanta evacuazione di sangue l'attribuì per le raggioni di sopra accennate* AD UNA ROTTURA DE VASI DEL POLMONE, §.150. ibi = *il vizio era nella parte solida, e pericolosa del corpo, & pag.*27. §.154. ibi = UNA FERITA, O SIA PIAGA FATTA NE' POLMONI &c. NELLA SOSTANZA, *come credei nell'ultima infermità*.

26 Ejusmodi Medici curæ judicium sedulo examini subjiciendo, causasque, & symptomata morbi ad trutinam revocando, solidissimis undique exquisitis, collectisque rationibus, *interpositoque juramento de veritate dicenda*, strenuè confirmat clarissimus D. Isidorus Bacchettius Peritus in Urbe selectus in ejus elucubratissimo Voto *post hasce nostras Responsionis* impresso; quorum Peritorum judicio omnino standum, & acquiescendum esse jura omnia decernunt *leg. septimo mense ff. de stat. hom., leg.* 1. *ff. de ventr. inspic., Rot. in Romana Separationis Thori* 10. *Maii* 1748. §. 7., *&* 11., *& in confirmatoria* 16. *Junii* 1749. *coram Reverendissimo Cortada*, alibique passim.

27 Ut autem ad majorem hujus rei confirmationem aliqua e penu nostra depromamus, ad præstantissimorum Suffragantium memoriam revocamus, quam, ad morbi diagnosin, seu cognitionem certo assequendam, nos regulam edocet universa Medica schola: nimirùm duo investiganda esse; *alterum*, idque præcipuum, an præcesserint tales causæ physicæ, quæ aliàs Hæmoptysin produxisse depræhensæ sunt: *alterum* verò, num ea concurrant phænomena, seu signa, quæ eamdem Hæmoptysin jam præsentem patefaciunt, *Offman. postrema Edit. Genev tom.* 8. *pag.* 26. *col.*2. §. *Diagnosis consistit*, *Van-swieten. ad Boerhaav. aphor.* 27. §. 1., *& aphor.* 597. §. *Diagnosis*, Bonetus *Thesaur. medic. tom.* 2. *lib.*3. *cap.*23. *de Hæmoptysi pag.* 219. *col* 2., *ubi*, quod Hæmoptyseos signa *partim à causis præcedentibus, partim à modo excretionis desumi debent*, Ettmuller. *oper. tom* 1. *pag.*176. *col.*2. *post med., & pag.*177. *post init.* ibi = *Locus affectus cognoscitur ex antecedentibus, seu causis pragressis .... ex consequentibus actionibus læsis, nempe per symptomatum syndromen, cognoscitur ipse morbus*.

28 Plane primùm omnium præmittere oportet, non requiri adeo magnas causas, ut gravissima Hæmoptysis fiat, cum vasa sanguifera Pulmonum, ob summam eorum teneritudinem, celerrimumque sanguinis per ea trajectum, erosioni, vel disruptioni sint insigniter adeo obnoxia, ut multo hæc in iis, quàm in aliis corporis partibus, frequentior accidat, ex rationibus, quas perpendunt Jacotius *apud Holler. in Coac. Hippocr. lib.* 6. *section.* 2. *aphor.* 8. ibi = FREQUENTIUS, QUAM ALIBI, PULMONUM VASA RUMPUNTUR, Offman. *tom.*1. *pag.* 49. §. 22., Manget. *Biblioth. Medic. pract. tom.* 2. *verb. Hæmoptysis pag.*655. *col* 1., ubi quod Hæmoptysis affectus est SATIS FREQUENS, ET MIRUM EST QUIDEM, QUOD NON FREQUENTIOR EXISTIT,

29 Verùm enim vero in hoc casu ad Hæmoptysin producendam plurimæ efficacissimæ causæ confluxerunt; Prima siquidem nativa ipsius Adolescentis *cachectica corporis constitutio*, (quæ gracili ejus temperamento, externaque, quam circumferebat, specie macilenta, de quibus supra §.4.& 5., ipsa se per sese manifestabat, ad notata per *Van-swiet. ad aphor.* 1173. *in init.*) quum suâ naturâ viscerum obstructiones pariat, sicque liberum sanguinis per pulmonem iter intercipiat, nimium, quantum Hæmoptysi producendæ patebat, ex perpensis ab *Offman. tom.* 1. *pagin.* 49. *col.* 2. *in fin.*, *& seq.*, *tom.* 2. *pag.* 203. §. 10., *tom.* 3. *pag.*286. §. 11., *tom.* 7. *pag.* 109. *col.*1. *liter.A.*, *& pag.*131. *cap.*95. *in not. ad consil. Poter.* Attenta præsertim impura, infectaque sanguinis, aliorumque humorum dyscrasia, de qua *supra sub* §. 9. = *nasceva dalla radice nell'infezione interna* = & *sub* §. 17: = *era infetta tutta l'intera massa del sangue*; quæ ad tenera Pulmonis vasa erodenda, fatalemque gignendam Hæmoptysin, tam potens, quàm quæ potentissima erat, Boerhaav. *de cognosc. morb. aphor.* 86.

30 Altera validissima causa profluxit ex familiaritate, & consortio habitis cum aliis Correligiosis adolescentibus Phthisica tale infectis, ex eaque defunctis, de qua *supra* §. 6., & *sub* §. 9. & 11.; Phthiseos namque miasma adeò est contagiosum, ac potens, ut vel Pulmonem sanum consimili diathesi inficiat, quemadmodum non modo in vulgus tot tristibus exemplis cognitum extat, verùm etiam à Medicis longa, ac perpetua experientia est comprobatum, Ettmuller. *oper. Med. tom.* 2. *pag.*363. *post init.* Musitan. *tom.* 1. *lib.*2. *cap.*7. *de Phthisi pag.* 187. *col.* 2., Offman. *tom.* 3. *pag.* 445. §. 10., *& tom.*7. *pag.*102. *cap.*21. *lit.G.*; Magis verò dum ad hanc eamdem labem suscipiendam magna, quæ ex supradeductis evincitur, in eodem Adolescente dispositio naturalis erat.

31 Permagni quoquè ad Hæmoptoen gignendum fuit momenti *respiratio difficilis*, *& anhela*, *ad motum increscens*, quâ idem Adolescens per circiter biennium cum dimidio sine intermissione conflictatus fuit, ut liquet ex *Facti specie* superius exposita; Hæc enim, sicuti certo certius demonstrabat, turbatum esse liberum sanguinis ex corde per arteriam pulmonalem transitum, Offman. *tom.* 1. *pag.* 399. *sub* §. 13., *& tom.*3. *pag.*275. *observ.*4. *in epicris. num.*2. ibi = *respirationis difficultas haud immeritò sanguini viscidiori per pulmonum vasa segnius transeunti, debitamque vesicularum pneumonicarum expansionem remoranti adscribitur*, *Van-swiet. ad Boerhaav. aphor.* 44. §. *Cordi aphor.*734.§. *Respiratio*, *& §. seq.*, *& aphor.* 1170. §. *Cum autem*; imo etiam præseferebat *nativam pulmonum debilitatem*, *nimiamque laxitatem*, ut in specie difficultatis respirationis totidem verbis monet Offman. *in supplement. ad supplem. tom.*1. *pag.*512. *sub* §.21.; Ita necessariò producere debebat vasorum pulmonis obstructionem, distentionem, ac rupturam, adeòque Hæmoptysin, Offman. *tom.*1. *pag.*168. § 21. ibi = *Motus sanguinis valde retardatus in pulmonibus respirationem difficilem*, *HÆMOPTYSIN*, *atque exulcerationem GIGNIT*, *& pag.*183. §. 16. *in schol.* ibi = *Ex pulmone, si imbecillitate nativa laborat*, *NASCITUR HÆMOPTYSIS*, *& PHTHISIS*, *& tom.*6. *pag.*130. §.28., *Van-swieten. ad aphor.* 26. §. *penult.* ibi = *Dum tener nimis Pulmo impetum sanguinis corde expulsi ferre nequit*, *ruptis vasis*, *HÆMOPTOE*.

32 Eo maxime, quod eidem respirationis difficultati simul quoque juncta erat crebra, & nunquam per idem diuturnum temporis spatium intermissa *Pectoris pulsatio*, *seu palpitatio*, quæ convulsionis, seu spasmi species est Offman. *Tom.* 1. *pag.*306. §.34., Cum enim ea pectus minus capax esse, inde-

indeque pulmonem minus explicari posse significaret, ut notat *idem Auctor Tom.7. part.2. pag.*170. §.16. *ad fin.*, Plane ex eadem ipsa jugiter continuata Pectoris, Pulmonisque in eo contenti spastica agitatione funestus exitus expectandus erat, juxta *Hippocrat. in Coac. apud Holler.lib.5. sect.2. Comment.* 1. *aphor.* 80., ibi = *Divulsa omnia, seu spasmata infesta sunt . . . . Difficillima verò quæ circa thoracem incidunt, & maximum periculum creare solent*, ubi idem Holler. hæc subdit = *revera gravis in thorace casus est è natura partium, quæ illic includuntur*; Præsertim verò consequens illud necessarium erat, ut intus aliquod rumperetur vas, adeoquè fieret Hæmoptoe, Gorter *Medic. Dogmat. de Tussi aphor.* 57. *in not. ad fin.* ibi = *habent pectus minus capax, & inde pulmones minus explicari possunt, quare morbis pectoris frequentius obnoxii. Si verò ex tussi, vel difficili spiritu constet pulmones affectos esse, UT PLURIMUM IN HÆMOPTYSIN INCIDUNT ET ITA MORIUNTUR*, Offman. *DE SANGUIN. FLUXU EX PULMON. Tom.2. pag.*203. §.10. ibi = *per ipsam experientiam constat, corpora graciliora &c., pectore angusto, simulque quadantenus depresso, in quibus pulsus celerius micat, cor etiam subinde palpitat &c., PER QUAM FACILE IN HUNC ANCIPITEM MORBUM PROLABI, & Tom.4. pag.*104. *col.*2. *in fin.*, Juncker. *Conspect. Medic. Tabul.* 8. *DE HÆMOPTYSI* §. *III. num.*1. & 2. ibi = *Præcedunt . . . . notabilis congestio, & oppletio Pectoris cum angustia exoritur, CONJUNCTO SENSU SPASTICO IN THORACE*.

33 Imo verò, probe consideratis, perpensisque ejusmodi pectoris angustia, & palpitatione, cum spirandi difficultate, quæ maxime a motu exasperabantur, *ex supra probatis*, firmissimum inde eruitur argumentum, quod *vel* polyposæ concretiones Cordis, aut Pulmonis vasis inhærerent, ad perpensa per Offman. *Tom.* 5. *pag.*311. §.25., & *Tom.*6. *pag.*188. *sub* §. 24. Van-swiet. *ad aphor.* 1010. §. 2. *lit.a.*, Vel tubercula quædam dura, seu Scirrhi in eodem pulmone formata essent Van-swiet. ad *aphor.* 487. §. *Effectu*; Aut demùm Bronchia glutinoso essent phlegmate infarcta, Manget. *Bibliot. Medic. lib.*14. *verb. Phtisis pag.* 130. *col.*1. ibi = *huic etiam tussi, sicut oppressio pectoris ponderosa ab initio conjungitur ita etiam respiratio aliquatenus molesta, difficilis, & anhelosa, præsertim à citatiori ambulatione. Quod sicuti a tuberculis crudis, & induratis hìc, illic, per pulmones sparsis, ita etiam a bronchiis viscido, & glutinoso phlegmate infarctis, provenit*, Offman. *Tom. 6. pag.* 248. §. 21., quibus dum obex ponebatur sanguini transeunti, is utique pulmonis vasa perrumpere, hæmorrhagiamque facere debebat admodum effusam, Offman. *Tom.* 1. *pag.*168. §.22. *in Schol.*, *Tom.*2. *pag.*203. §.9., *Tom.*3. *pag.*278. §.4. & 5.

34 His accessit *gravis Pectoris Catarrhus* magno consociatus ejusdem pectoris dolore, vehementi Tussi, Febri, aliisque supra relatis symptomatibus, quo idem Adolescens semel, ac iterum, plures per menses, magnopere excruciari solitus fuit, ut *supra* §.5. 9., & plenius *in Summario*; Non modo enim vehemens Tussis, qua simul cum summa spirandi angustia Patientis pectus quassabatur, apertè demonstrabat, vitium hærere in ipso Pulmone, adeòque Hæmoptysis malum futurum significabat, Offman. *Tom.*1. *pag.*298. §.36., & *Tom.*5. *pag.*312. §.27. ibi = *Tussis respiratio difficilis, HÆMOPTYSIS MALUM FUTURUM SIGNIFICANT*, Jul.Guastavinius *lib.*2. *locor. de Medic. select. cap.*4. *pag.*30. *edit. Florent.* ibi = *dicimus, per Tussim semper affici Pulmonem, NEQUE SINE PULMONIS LÆSIONE UNQUAM GIGNI TUSSIM. Ratio est manifesta &c.*; & post aliqua ita concludit = *Pars igitur morbo affecta in Tussi EX NECES-*

CESSITATE PVLMO EST, quo nomine eidem annexam asperam arteriam intelligimus, Gorter. *cit. Tract. de Tussi aphor. 57. in not.*, ubi quod per Tussim *Pulmones pectore contenti valide agitantur, unde ex tali agitatione NON RARO INTVS ALIQVOD RVMPITVR VAS, VT FIAT HÆMOPTYSIS, & aphor. 58. §. Hæmoptysis*

35 Sed ipsa quidem *acris catharralis ad pectus defluxio* dici vix potest, quantam Pulmonum substantiæ imbecillitatem, ac labem inferat, itaut Hæmophthicam non modo, sed Phthisicam quoque affectionem accersat. Heurnius *de morb. pector. Tom. 1. cap. 6. de eruption. sanguin. per os pag. 557. col. 1. edit. Lugdun.* ibi = *præcessit . . . . acerrimus Catarrhus tussiculosus. Hoc est, quod dicit Aretæus: Roga, num prius tussierit, difficileque respirarit &c.; nam vascula pulmonis a diuturna, copiosaque destillatione exeduntur, detritis, attenuatisque tunicis. PROCESSV ITAQVE TEMPORIS MVLTVM SANGVINIS ERVMPIT &c. Et dulcis Catharrhus, glutinosusque, diu ex capite illabens, pulmones pedetentim exedit, & in tabum vertit,* cui consonant Ettmuller. *Oper. Tom. 2. pag. 362. col. 1. §. Frequentiores*; Tozzi *Oper. Medic. Tom. 1. cap. de Catarrho §. Solet sæpissime, & sequ.*, Offman. *Tom. 1. pag. 351. §. 16., Tom. 2. pag. 204. §. 12., & Tom. 3. pag. 285. §. 8., & Tom. 7. pag. 102. cap. 21. lit. E.*

36 Eidem velificarunt Hæmoptysi *meditatio profunda*, seu intentum, vehemens, diuque protractum studium, laborque impensus prò sustinendis publicis Philosophiæ Conclusionibus, non obstante morboso ejus corporis statu, ut *supra §. 11.*; Nemini enim ignotum est, acriora studia, æstivis cum primis cultu temporibus, accedente præsertim conatu quodam, & elatiori voce, ut in publicis Disputationibus esse solet, summam vim habere excitandæ, sive accelerandæ Hæmoptysis, ut in specie Offman. *de sanguin. flux. ex pulmon. Tom. 2. pag. 203. §. 11. pag. 206. §. 6.* ibi = *Hæmoptysis sæpissime &c. in Adolescentia ob studiorum intemperantiam, vel etiam affectum impetum, pag. 211. observ. 9. in Epicrisi.* Boerhaav. *aphor.* 1198., aliique passim de Hæmoptyseos causis agentes.

37 Ipsa etiam Febris lenta tabescens, quæ eumdem Adolescentem ante penultimam morbi aggressionem adoriri cæpit, & contumaciter ad extremam usque perseveravit: ipsaque virium dejectio, sensibilisque corporis macies, quibus Adolescens idem misere conficiebatur, proximis præsertim ante sanguinis eruptionem diebus, ut *supra sub* §. 11. *&* 13., cùm latentem viscerum obstructionem indicarent, River. *Prax. Medic. Tom. 2. lib. 17. sect. 2. cap. 1. edit. Venet. pag. 425. col. 2. sub. §. VIII.* Offman. *Tom. 7. pagin. 50. cap. 9. in not. lit. A.*, jam quidem proximam non modo prænunciabant Hæmoptysin, cujus causa præcipuè ab alicujus visceris obstructione dependet, Offman. *Tom. 7. pag. 102. in not. ad cap. 21. §. Eruptionis causa Hæmophthici affectus*; sed ipsam minitabantur Tabem, transitumque in Hecticam lethalem, ut accidere solere testatur Offman *Tom. 2. pag. 175. §. 1., & pag. 181. §. 17.*

38 Præterea que ipsius Adolescentis ætas, ob validiorem, cui est obnoxia, sanguinis impetum ad pulmones, atque ob magnam, quæ in ea viget ejusdem sanguinis tenuitatem, & acrimoniam, utique ad vasorum Pulmonis apertionem, aut erosionem, ex eaque profluentem Phthisin, per quam insigniter erat sua sponte propensa; prout multiplici compertum esse experientia testantur Musitan. *Tom. 1. lib. 2. Trutin. Medic. cap. 6. de Sanguin. sputo edit. Genev. pag. 177. col. 2., & cap. 7. de Phthisi pag. 185. col. 1.*, ubi quod *in ætate à XVIII. ad XXXV.* adest *etiam ejusdem sanguinis tenuitas, & acrimonia, apertioni, aut erosioni vasorum producenda disposita*, Offman.

Tom 2.

*Tom.*2. *pag.*194. §.3, *Tom.*3. *pag.*286. §.11., *Tom.*8. *pag.*46. §.112., *&* *in supplement. ad supplem. Tom.*2. *pag.*88. §.3. ibi = *In Juvenibus exitum suum cruor maxime molitur per pulmonum vasa, unde HÆMOPTYSIS ET EXINDE PROFLVENS PHITHISIS HVIC ÆTATI FAMILIARISSIMA.*

39 Demumque æstuosissimi Menses *Julius*, *&* *Augustus*, cum in eis pulsus celerius micent, sanguisque longe tenuior, simulque acrior fiat, ac facile fermentescat, dubio procul ad pulmonalium vasculorum, in prædispositis præcipuè corporibus, rupturam promovendam, eamdemque ipsam accelerandam Hæmoptysin, mirificè, cumulatissimèque favebant, *Neapoli præsertim*, ubi aer calidissimus, & sulphureus est. Bonet. *Thesaur. Medic. Tom.*2. *lib.*3. *Cap.*23. *de Hæmoptysi pag.*226. *col.*1. ibi = *Inter causas evidentes referri debent in primis caloris excessus, quippe cum sanguis supra modum æstuat, immaniter exinde turgescens, FREQVENTER E VASIS PNEVMONICIS ERVMPIT*, Tozzi *Oper. Part.*1. *Tit. de Hæmoptoe* §. *In quibusdam pag.*153. ibi = *In æstibus pariter vehementioribus, cum pulsus celerantur, & sanguis longe tenuior fit, facileque fermentescit, arteriæ etiam reserantur, & SPVITIONES SANGVINIS CONTINGVNT*, Heurnius *loc. cit. pag.*556. *col.*2. *in fin.* ibi = *Vasorum ruptio est omnium frequentissima: hujus causa, est clamor &c., si quid accedat, quod acriorem sanguinem reddat, VT AER CALIDIOR &c.*

40 Hactenus de morbosa Adolescentis temperie, causisque prægresis, quarum una, aut etiam altera ad inducendam Hæmoptysin satis opportuna deprehenditur: omnes verò simul collectæ, symbolam quæque suam conferendo, nimium, nimiumque efficaciter, prorsusque omninò funestam producere debebant Hæmoptysin, cujus ideo diagnosi lucem clarissimam affundunt, juxta receptum in Medicina canonem, de quo Cels. *in Proem. Rei Med.*, Zech. *in append. Consil.* 46., River. *Prax. Med. Tom.*2. *pag.* 426. *col.*1., Offman. *Tom.*7. *pag.*40. *cap.*98. *lit. A.*, Van-swiet. *ad aphor.*1151. *num.*1. §. *Causæ* ibi = *Causæ prægressæ, quæ morbum producere aptæ sunt, multum lucis diagnosi affundunt*, cum aliis *supra* §.27. allegatis, quibus favet *Lancisius*, quem Animadversiones referunt §.6. *in fin.* Nunc *de signis*, iisque clarissimis, quæ Hæmoptysin jam productam, præsentemque demonstrant, quæque non seorsum accipienda sunt, sed simul conjungenda, & ponderanda; *ad morbi* enim *indolem indagandam* (sunt verba Offm. *Tom.* 8. *pag.*26. *col.*2. *n.*6.) *omnia signa, & symptomata attendi debent, nec illa separanda, sed potius invicem combinanda*, Sennert. *Oper. Tom.* 2. *pagin.* 436. *col.* 2. *in. med.*, *&* *pag.* 481. *col.* 2. *in fin.*, Ettmuller. *Tom.* 1. *pag.*176. *col.* 1. §. *Inseparabilia*.

41 Agendoque de ultimo morbi statu (*misso brevitatis causà, proximo antecedenti*) ex Facto constat, eumdem Adolescentem magnam sanguinis copiam pluries per os ejecisse cum profunda Tussi, admodum angusta Pectoris oppressione, seu vehementi anxietate, respirationisque difficultate, summaque spastica ejusdem Pectoris palpitatione, continuè, pertinaciterque vexantibus, & nunquam, cruore licèt effuso, cessantibus, imo increscentibus, prout liquet ex copiosè *supra* §. 15. *& seqq.* probatis: paucis dumtaxat nunc, facilioris studii ergo, subjectis. = *ebbi* (inquit Sanatus *Summar. pag.*3. §.13.) *un butto tale di sangue, che &c. mi durò circa un mezzo quarto d'ora CON GRAN AFFANNO . . . CON TOSSE PROFONDA*, *pag.*4. §.17. ibi = *interrottamente fra un ora, e un ora e mezza per volta buttai sangue di nuovo . . continuando l'istessi dolori, E BATTIMENTO DI PETTO, e di testa, E L'AFFANNO*; *&* §.19. ibi = *mi sopraven-*

ne

ne nuovo butto di sangue . . . COLLI STESSI SINTOMI DI TOSSE E DI ALTRI DOLORI DI PETTO, *e di testa*, *e* DI BATTIMENTO DEL TORACE, CHE MAI MI AVEVA LASCIATO, *pag.* 21. §.117., ubi Medicus curæ ita inquit = *fu sorpreso da un gran bollimento di sangue per tutta la machina del corpo*, DA VNA SOMMA DIFFICOLTA' DI RESPIRO, ED AFFANNO CON TOSSE PROFONDA, *&* §.118. ibi = *ritrovai* (Infirmum) *steso in letto* . . . CON TOSSE PROFONDA . . . CON FORTE PVLSAZIONE AL PETTO, *& pag.*27. *sub* §.154., ubi quod sanguinis effluxus fuit ACCOMPAGNATO DALLA TOSSE, E DA GLI ALTRI SINTOMI DI SOPRA DESCRITTI, pag 37. §.212., ubi Testis V. hæc habet = *portatomi nella stanza, lo ritrovai bocconi* . . . *che* CON PROFONDA TOSSE ATTVALMENTE BVTTAVA SANGVE DALLA BOCCA, & pag. 38. §.215. ibi = *col detto butto, o sia vomito di sangue* VI CONCORREVA ANCHE LA GRAN TOSSE . . . . OLTRE L'ANGOSCIA, O SIA AFFANNO, E DIFFICOLTA' DI RESPIRO, & pag.40. §. 221. ibi = *Per le visite, che io continuava a fare mattina, e sera &c. non viddi miglioramento alcuno, perche* LI CONTINVAVA L' ISTESSA TOSSE, L'AFFANNO, E DIFFICOLTA' DI PETTO, ... LA PVLSAZIONE, E DOLORE DEL PETTO, *com'esso* (Infirmus) *raccontava*, *& supra sub* §. 16. ibi = *lo viddi* . . . . . AFFANNOSO CON VNA CONTINVA, GRAVE, E PROFONDA TOSSE *agitato* . . . *e lo viddi* NELL' IMPETO DELLA TOSSE, *che sputava sangue*.

42 Hæc autem observata morbi symptomata certe quidem individua, propria, atque, ut dicitur, pathognomonica signa sunt *sanguinis eruptionis ex Pulmone*, itaut, iis concurrentibus, nullus plane de Hæmoptysis præsentia dubitandi locus remaneat; quemadmodum unanimiter Medici tum veteres, tum recentiores docent, & pro millibus allegare sufficiat Mangetum *Bibliothec. Medic. Pract. verb. Hæmoptysis Tom.*2. *edit. Geneu. pagin.*677. *col.*2. ibi = *Quod navigantibus est pixis nautica, aut etiam tempore nocturno stella Polaris, Medicis sunt incurrentia symptomata aliave signa. Hæc enim Medicum, aliàs de ipso affectu dubium existentem, certum reddunt; Hinc non tantum ipsa sanguinis per os eruptio, sed & ejusdem sanguinis rejecti* . . . *excedens quantitas, motus præterea excretionis Tussi descriptus, gravitatis porrò in pectore sensus, tandemque difficilis respiratio*, PRODVNT HÆMOPTYSIN PRÆSENTEM; & perpendendo vel ipsum tantùm symptoma Tussis, quod sanguinis eruptionem comitatur, illud ad Hæmoptysin patefaciendam maximi esse testantur Juncker. *Conspect. Medic. Tabul.* 8. *de Hæmoptysi* §. *V. num.*6. *lit.g.* ibi = VEHEMENS TVSSIS *Hæmoptysin quidem etiam causare potest &c., & ubi omnino conjuncta apparet*, EST POTISSIMVM HÆMOPTYSEOS EFFECTVS; Offman. *Tom.*8. *pag.*77. §.186. ibi = *naturam sæpe moliri excretiones non sine ingenti pernicie, v. g. cruentas vomitiones, vel* REJECTIONES SANGVINIS PER TVSSIM, QVI MORBVS DICITVR HÆMOPTYSIS, Gorter. *Medicin. Dogmat. de Tussi* §. *XXIV. in not. ad fin.* ibi = *Sanguis ille ab aere subtus hærente* PER TVSSIM *ducitur in tracheam arteriam, atque* TVSSIENDO EMITTITVR, *qui morbus vocatur* HÆMOPTYSIS.

43 Cumque in hoc casu sanguis ubertim, & magno impetu, quasi vomitu quodam, pluriesque proruperit, *ex supra deductis*; id profecto nedum patefacit magna Pulmonis vasa disrupta, erosave fuisse, ad notata per Manget. *loc.cit. pag.*656. *col.*2. ibi = *Sin vero* E' VASE MAJORI CIRCA MEDIOS

DIOS PULMONES *dehiscente, aut disrupto sanguis . . . affatim in ductus tracheales erumpat, iste mox* TUSSI CONCITATA *exinde* SURSUM CUM IMPETU, *& copia ingenti ejicitur, ut videantur affecti cruorem evomere potius, quàm extussire* Jacotius *apud Holler. Comment.* 1. *in lib.* 5. *sect.* 2. *Coac. Hippocr.* §. 32. ibi = *Ex magnis autem vasis prodire testantur non solum copia, sed frequentia, spiratio difficilior &c.*; Verum etiam perspicue demonstrat, vas illud disruptum, in aneurismaticum fuisse saccum expansum, prout frequentissimè accidere solere, *post Hippocratem*, testatur Offman. *de sanguin. flux. ex pulmon. Tom.* 2. *pag.* 209. *observat.* 6. *in Epicris.* ibi = *quia vero tanto impetu, & copia erupit è pulmonibus sanguis nullum dubium est, quin ipso in pulmone jam vitiosa quadam adfuerit dispositio, quæ & Hippocratis, & nostra sententia in eo consistit, quod rami arteriæ pulmonalis dispersi per vesicularem, & cellularem substantiam, nimiùm distenti* IN TENERA ANEURISMATA *diducantur, quæ tantam sanguinis copiam fundunt*.

44 Resque fit manifestior ex pluribus aliis concurrentibus signis, & præcipue ex magno illo *suffocationis stimulo*, de quo Sanatus *pag.* 3. §. 13. hæc habet = *mi sentivo soffocare . . . con gran affanno, soffocazione di gola*; Et *pagin.* 5. § 22. ibi = *avevo de' stimoli grandi, e suffocazione*, aliique Testes §. 175., 178. ibi = *ritornando il Medico la mattina degli* 11., *ed avendolo osservato in stato peggiore precisamente per lo stimolo di esser soffocato*, §. 191. ibi = *ci riconobbi un stimolo maggiore di soffocazione*, §. 215. 248. *&* 250., *& Proc. fol.* 278. ibi = *Si lamentava dicendo, che si sentiva sconvolta tutta la machina del suo corpo, e si sentiva soffogare*. Idem namque suffocationis stimulus, majori semper auctus incremento, apertissime demonstrabat, Pulmonis vasa disrupta tanta ipsum Pulmonem, atque tracheam, seu asperam arteriam, sanguinis copia infarsisse, ut, libero inde præpedito aeris ingressu, & egressu, sicque ipsius pulmonis expansione & contractione, suffocationis stimulum, proximumque periculum induxerint Van-Swiet: *ad aphor.* 900. §. *si sputum* ibi = *Dispnæa* (seu respirandi difficultas) *manens, vel aucta cum sensu impletionis in pectore*, DEMONSTRAT EVIDENTER, *materiam retineri in pulmone, unde* BREVI SUFFOCATIO METUENDA ERIT Offman. *de sanguinis fluxu ex Pulmon. Tom.* 2. *pagin.* 203. §. 4. ibi = *intra tracheam cohibitus cruor, ob defectum virium* PULMONES OBRUENDO SUFFOCAT, *& pag.* 209. *observ.* 6. *in epicris.* ibi = *rami arteriæ pulmonalis dispersi per vesicularem, & cellulosam substantiam &c. rupti tantam sanguinis copiam fundunt, ut* HÆRENS IN TRACHEA METUM INJICIAT SUFFOCATIONIS Boerhaav. *Instit. Medic. aphor.* 978. ibi = *Respiratio suffocativa, quæ creat Ægro sensum suffocationis, eloquitur* PULMONEM INFLAMMATUM, OBSTRUCTUM, PLENUM &c., CRUOREM AUTEM IMMEABILEM; HINC BREVI LETHALIS EST &c.

45 Tum etiam roseus ille genarum color = *Sommo rossore delle gote* pag. 22. §. 126. = *un accensione eccessiva nel volto dell'Infermo . . . . . le gote tutte avvampate di sangue pag.* 38. §. 215., *&* §. 218., alibique passim *in d. Sum.* cùm Pulmonem male affectum esse patefaceret, Boerhaav. *aphor.* 826., 834., *& seq.*, ibique Van-swieten. *ad Aphor.* 826. §. *Sanguinis, &* 834. §. *Dispnæam*, ipse quidem dum sanguinis eruptionem comitatur, & sequitur, inter perspicua Hæmoptyseos signa concordi Medicorum sententiâ recensetur, de qua Cortesius *Pract. Medic. part.* 1. *de sput. sanguin. cap.* 53. §. *De signis sput. pag.* 544. *lit. E. col.* 1. ibi = QUANDO EX PULMONE EFFLUIT SANGUIS . . . . . FACIES RUBICUNDA CERNITUR, Holler. *in*

Coac. Hippocr. Comment. I. lib. 5. sect. 2. num. 49. ibi = Mala verò rubent. Id male affectis visceribus..... sed precipue ÆSTUANTE PULMONE accidit, Boerhaav. de cognosc. morb. aphor. 1202., ubi agendo de signis gravitatem Hæmoptyseos demostrantibus, hæc habet = CALOR, RUBORQUE GENARUM. Magis verò cum rubor ille, non modo admodum saturatus esset, sed simul partes genis vicinæ pessimo colore deturpatæ apparerent = ritrovai detto Infermo supino sul letto ASSAI SCOLORITO, alla riserba DELLE GOTE, CHE TENEVA SOMMAMENTE ACCESE pag. 53. ad fin., & de ultima die, qua accidit sanatio Testis VI. = dopo che fu trasferito in una stanza, dove mi era permesso di andarci, io anche lo viddi con proprj occhj abbandonato sul letto, quasi COME UN CADAVERE DI VOLTO ASSAI SCOLORITO, a riserva delle macchie TROPPO ROSSE, che aveva sparse nelle gote, per tutta quella mattina. Process. fol. 232., Id, quod aliquid præterea monstri in pulmone latere planum faciebat, Jacotius apud Holler. comment. 1. in Coac. Hippocr. lib. 5. sect. 2. num. 49., ubi, quod in iis, qui pulmonem male affectum habent, CUM TABESCERE INCIPIUNT, pars tantum media rubet, cum subviridi, flavo, & obscuro colore totius faciei, a corruptione sanguinis, & spiritus extinctione. Quibus accedunt pupillæ obscura &c., Holler. Comment. 1. in lib. 2. Coac. Hippocr. num. 33. ibi = Hoc addendum..... rubentem perpetuò faciem designare aliquid latentis vitii in visceribus, multò magis si saturatus rubor is est..... multo magis, si quæ vicina sunt ad genas, os, & nasus male colorata sunt.

46 Eo accessit, quod sanguini per os erupto, ac pelvi excepto, sparsa hærebant filamenta quædam albicantis coloris = meschiato con alcune pellicole bianche Sum. pag. 12. §. 65. & pag. 4. §. 18., pag. 21. §. 122. pag. 31. §. 174., pag. 33. §. 192.; Ea namque sive membranæ fuerint ex ipsa pulmonis substantia abrasæ, juxta doctissimi Medici curæ judicium, de quo pag. 21. §. 122. = contenendo ancora alcuni filamenti, che parevano MEMBRANE PROVENIENTI DALLA SOSTANZA DEL POLMONE, da dove il getto del sangue aveva il suo nascimento; sive Bronchiorum, aliorumve vasorum ramenta; sive capillaria arteriæ pulmonalis vascula in fibræ-speciem concreta; sive demùm utut dici velint, certissimam porrò Hæmoptyseos diagnosin reddunt, prout in specie perpendunt Forest. Observat. Medic. & Chir. Tom. 2. lib. 16. observ. 14. num. 2. in Schol. Manget. Bibliot. Med. verb. Hæmoptysis Edit. Genev. pag. 689., & 690. col. 2., Iacotius apud Holler. Comment in Coac. Hippocr. lib. 6. sect. 2. aphor. 8. ibi = CERTISSIMAM VERO DIAGNOSIN REDDUNT, si caruncula, aut ramenta quædam vasorum simul [cum sanguine] excludantur, quæ etiam in ruptione Pulmones jam violari ostendunt, Cortesius cit. pag. 544. lit. E. col. 1. ibi = Si verò simul cum sanguine, vel parenchymatis, vel bronchii alicujus, vel arteriæ, aut venæ tunicæ pars effluxerit, INDUBITATUM FUERIT A PULMONE VENIENTIS ARGUMENTUM.

47 Et ne in re explorata multi, insolentesque simus, quid amabo difficilis ille decubitus in latere, de quo Sanatus pag. 3. sub §. 13. = steso sul letto supino, ed affannoso, perchè NON POTEVO STAR RIPOSATO DI LATO, aliique Testes pag. 30. §. 170. ibi = affannoso steso su del suo letto supino, ed in una forma, e volto da cadavere, pag. 12. §. 58. & 63. ibi = steso a letto abbandonato, pag. 30. §. 170. ibi = affannoso steso su del suo letto supino, pag. 53. §. 292. ibi = supino sul letto, quid nisi pravam Pulmonis affectionem ostendit? juxta ea quæ ponderat Offman. Tom. 4. pag. 110. in Consult. ibi = insignem pulmonum labem..... ex violenta tussi..... &

decu-

decubitu in latere finiſtro difficiliori colligo. Quid rurſus difficilis illa vocis articulatio = *deſtituto di forze, ed anche di voce, che appena alle mie domande fattele potea articolare ſotto voce una riſpoſta pag.* 53. *in fin.* = *colla voce più attenuata, che appena potea ſentirlo pag.*47. §.260., An non perſpicuum eſt pravæ pulmonis offectionis indicium? Jacotius apud *Holler.* 1. *Coac. Hippocr. lib.*2. *ſect.*2. *num.*33. ibi = *Vox imminuitur cùm per alios multos affectus &c. TUM VERO MAXIME PER AFFECTUS PULMONUM*. Quid præceps ille virium lapſus? Quid? . . . . . Sed ſatis hac de re, vel etiam nimiùm multa.

48 Hoc unum addimus, quod gravis illa, quæ ſuperacceſſit, continua febris = *Febre non picciola* = *acceſo di una gran febre* = *febre grande* = *febre molto ardente*, ut ſupra *ſub* §. 17., luculenter demonſtrat, Pulmonem, in ea ſaltem parte, quâ vulnus, vel ulcus erat, inflammationem contraxiſſe, ut egregiè ponderat De Heredia *de morb. acut. Tom.*3. *ſect* 4. *diſputat.*3. *cap.*2. *edit. Lugdun. pag.*134. *col.*1. *lit. A.*, ubi agendo de ſanguinis fluxu ex pulmone hæc ſubdit = *Si verò febris ſequatur, periculoſiſſima reputatur; ſignificat enim febrem fieri* OB INFLAMMATIONEM VASIS DISRUPTI; Jacotius *apud Holler. Comment.* 1. *lib.*6. *ſect.*2. *in Coac. Hippocr. num.*1. ibi = *Hujus itaque INFLAMMATIONIS Febris CERTISSIMAM DAT SIGNIFICATIONEM*; eoque certiorem, quo ſtipata erat pluries memoratorum ſymptomatum choro, ex late deductis a *Boerhaav. de Peripneumonia vera aphor.* 820. *&ſeqq.*, ibique *Van-ſwieten.* præſertim *aphor.*186. §.*Sanguinis*, *aphor.*829. *poſt init.*, ubi *cum Galeno* hanc aptam inflammationis pulmonis diagnoſin deſcribit = *quum verò ſpirandi difficultati cum anguſtia, & gravitate, febris acuta ſimul accedit,* EST ILLE AFFECTUS INFLAMMATIO PULMONIS. *Accedit plerumque* RUBOR FACIEI; & perpendendo hunc ipſum faciei ruborem, eum inter propria ſigna Peripneumoniæ, ſeu inflammationis pulmonis, verbis hiſce recenſet Jacotius *apud Holler. in Coac Hippocr. Comment.* 1. *in lib.*5. *ſect.*2. *num.*49. ibi = *ambarum maxillarum rubor inſignis* PERIPNEUMONIÆ PROPRIUS EST *quodammodo a fuligine* PUTRENTIS IN PULMONE SANGUINIS, *quam genæ excipiunt*. Immo verò cum in noſtro caſu ſimul quoque inſignis accederet *dolor ad Thoracem* ut ſupra *ſub* §. 15. *&* 41., hic plane (ut uſurpemus verba Iacotii *loco proxime citato*) *magnitudinem inflammationis teſtatur, in qua vicinæ partes omnes occupantur a fluxione, ac univerſæ Thoracis membranæ diſtenduntur, ac inflammantur*, & prius monuit Aretæus *de cauſ., & ſign. morb. acut. lib.*2. *cap.* 1. *pag.* 10. ibi = *ſi quæpiam ex membranis pulmonem ambientibus, & ad thoracem deligantibus, inflammatur, adeſt ſimul & dolor*, & Hippocrat. *de morb. lib.*2. *cap.*23., ubi deſcribendo inflammationem pulmonis ſic habet = *Tuſſis detinet, Orthopnæa, & anhelatio &c. dolor acutus pectus, & ſcapulas occupat*.

49 Iam verò his omnibus præſertim ſimul, uti oportet, junctis, ſatis ſuperque conſtito de morbo, quo Adoleſcens ille miſerè conflictatus erat, nempe *Hæmopthyſi cum inflammatione*, gradum facimus ad ejuſdem morbi gravitatem demonſtrandam.

§. II.

Morbi gravitas.

50 Quam maximi fuerit hic morbus in perfacili cognitione verſatur. Gravis quippe Primo fuit ratione excretionis ſanguinis, quæ ex ſe horrenda eſt, cum in eo omne, & ſummum ſit naturæ præſidium, ut toti-

 dem

dem verbis docet Jo: Hantinus in *Schol.*, *& observat. ad Holler. lib.1. de morb. intern. cap.27. de sput. sanguin.*, & egregie *Musitan. lib.2. Trutin. Medic. cap.6. de sanguin. sput. verb. Prognosis Edit. Genev. Tom.1. pag.* 179, *col.2.* Secundo ratione Causæ eamdem sanguinis eruptionem efficientem, nempe exesionem, vel ruptionem vasorum, ut subjungit Hantin. *loc. cit.* & Manget. *Bibliot. Medic Tom.2. verb. Hæmoptysis pag.675. col.2. §.XI.* Tertiò ratione partis affectæ, quæ vitale viscus erat summopere necessarium ad vitam, Van-swiet. *ad aphor. 847. sub init.* ibi = *Pars affecta vitale viscus est*, (Pulmo nempe) *cujus levior etiam morbus, ob necessitatem summam ad vitam, nunquam discrimine vacat, uti toties funestis casibus constitit*.

51 Quartò ratione difficultatis curationis, quæ multiplici ex causa summa erat; Tum primum ex eo, quod Pulmo, dum vita est, in continua expansione, & compressione, sicque perpetuo, & irrequieto motu versatur, ex quo fit, ut vas in ipso ruptum, vel sauciatum, per quam difficillimè coalescere, & consolidari possit, ad ponderata per Manget. *loc. cit. pag.657. col.1. & pag.675. §.XI.*, Hoffman. *Tom 2. pag.204. §.14.* Heister. *Compend. Medic. Pract. Dissert. de Medico=Mechanic. prast. pag.31. num.33. Edit. Venet.*; Attentâ præsertim mirabilis ipsius Pulmonis textura, quæ ex innumerabilibus tenerrimis vasis flexu multiplici, & tortuoso serpentibus constat, *cujus unitas* (sunt verba Manget. *cit. pag.657. col.1.*) *si quando solvatur, impossibile prorsus erit vasculorum disjunctorum fines rursus coire, aut spatium, uti in aliis partibus, carne, aut callo adimpleri*. Tum etiam ex magna, quæ concurrebat, Febri in qua, cum celerrima sit trajectio sanguinis per vasa pulmonum, adeòque omni momento vasa rupta urgeantur sanguinis impetu, & copia; *hinc* (sunt verba Van-swiet. *ad aphor.741. §. Lethale sanguinis sputum*) *nullam consolidationis spem esse, quæ in cura Hæmoptoes unice pendet ab illis, quæ pacatissimum sanguinis motum per vasa efficere valens*. Accedebatque continua vehemens, profundaque Tussis cum aliis superius narratis pravis symptomatibus, quibus magis magisque discissorum vasorum extrema a se mutuo retrahebantur, sicque necessario augebatur vulneris ulcerisve hiatus: tantum abest, ut iterum labia uniri potuerint. Jacotius apud *Holler. in Coac. Hippocr. lib.6. sect.2. aphor.13.* ibi = *Tussis molestia pulmonem dilaniat, & ulcus amplificat*, De Herodia *cit. Tract. cap.3. pag.134. col.1. lit.B. in fin.* ibi = *repetita Tussi non solidatur vas reclusum*. Musitan. *cit. cap.6. pag.180. col.1. Tom.1.* ibi = *Tussis semper ulcus magis aperit; ideoque ejusmodi pulmonum ulcera penitus sunt exitialissima*.

52 Praetereaque agebatur de Hæmoptysi superventa *nedum* Adolescenti, cui longe periculosior est Bonet. *Thesaur. Medic. Pract. Tom.2. lib.3. cap.23. de Hæmoptysi pag.221.* ibi = *Junioribus periculosior est propter sanguinis fervorem, & acrimoniam, vasorumque teneritudinem*; sed quidem Adolescenti cachectico, & valetudinario, cui certius funesta esse solet Offman. *Tom.2. pag.209. Observ.5. in Epicris.*; ex ea, præter cæteras, apertissima ratione, quod prius corrigi deberet sanguinis aliorumque humorum impuritas, & acrimonia, ipsaque tota complexionis malitia emendari; id quod longo tempore eget, in quo aut induratur ulcus, aut putrescit, quam rationem expendit De Heredia *loc.cit. pag.133. lit.E. col.2. & pag.134. col.1. lit. A.* Imo, quod magis urget, Adolescens idem jamdudum pectoris infirmitate labefactatus erat, prout liquet *ex Facto superius enucleato*, & testatur Medicus curæ *pag.22. §.127.* ibi = *essendo accaduto tal getto di sangue ad un corpo infermiccio, offeso nel petto da più anni*

ni antecedenti; id quod curationis difficultatem longissime difficiliorem reddebat, juxtà ea, quæ monet Offman. *Tom.* 1. *pag.* 355. §. 33 ibi = *natura a primo morbo fatigata, secundum vix sustinere potest*, & *Tom.* 6. *pag.* 188. *sub* §. 24. ubi perpendendo prægressam pectoris palpitationem, ita inquit = *quicumque sæpius, & maxime ex motu corporis, & animi vehementiori, fortem, & contumacem palpitationem cordis sentiunt, & postea Hæmoptysin incurrunt, iis* DIU ANTE MORTALE PERICULUM PRÆSAGIRI POTEST. Maxime verò, quod pluries accidit profluvii sanguinei recursus; *Quo verò frequentiores hujus profluvii sanguinei sunt recursus, eo major Pulmonum ad illud subeundum inducitur dispositio; ideoque etiam curatio redditur longe difficilior*, prout hisce verbis de Hæmoptysi advertit Offman. *Tom.* 4. *pag.* 103. *ante med.* Demumque, omissis aliis, ingens illa, ac subitanea virium prostratio, *de qua supra*, si non corruptionem sphacelosam jam intus in pulmone delitescentem significabat, ex notatis ab Offman. *Tom.* 3. *pag.* 396. *col.* 1. *ante med.*; Saltem imbecillitatem ferendo morbo imparem, succorum impuritatem, & ad corruptionem proclivitatem, luculenter arguebat, ut totidem hisce verbis admonet Offman. *Tom.* 1. *pag.* 396. §. 25. *in fin.*, & bene Galenus *de Cris. lib.* 3. *cap.* 10. ibi = *Primum, & maximum in morbis lethalibus signum, quod mors est subsecutura, est virium imbecillitas, nam virtus ita prostrata ad pugnam contra morbum non excitatur.*

53 Quinto ratione inflammationis, quam vulnus, ulcusve contraxerat, nam, ut rectè docet Mercat. *de morb. intern. Tom.* 3. *lib.* 2. *de sanguin. sput cap.* 5. *verb. Præsagium* ibi = *affectus omnis simpliciter periculosus est; maximè si vulnus inflammationem contraxit; quippe illarum partium perpetuus motus inflammationem exasperat*, Sennert. *Oper. medic. Tom.* 3. *pag.* 300. *col.* 1. *num.* 5. ibi = *si vero phlegmon accedat, exigua sanationis spes superest*, De Heredia *cit. pag.* 134. *col.* 1. *lit. A.* ibi = *ab inflammatione vasis disrupti impeditur consolidatio, & in Tabem mutatur facillime, etiamsi fluxus sanguinis cessasse videatur*, & *lit. C.* ibi = *quæ verò ulcera sunt cum inflammatione, non tantum curari non possunt, sed nec in eadem magnitudine permanere: semper enim majora fiunt, & maligniora*; cui totidem fere verbis concinit Butinus *ad aphor.* 37. *sect.* 7., Holler. *in Coac. lib.* 6. *sect.* 2. *aphor.* 1. ibi = *Si igitur ulcus inflammatur, & inde nascatur febris magna, dolor multus illas partes afficiat*, DESPERATO EST, ET IN BREVI ÆGER MORIETVR.

54 Sexto denique ratione exitus ejusmodi morbi; *siquidem* (sunt verba Foresti *observ. medic.*, & *chirurg. Tom.* 2. *lib.* 16 *observ.* 14. *num.* 2. *in Schol.*) *copiose evacuatus sanguis &c. mortem infert præsentaneam: si affectus remanet, in tabem transire minatur*. Jacotius *apud Holler. in Coac. Hippocr. lib.* 6. *sect.* 2. *aphor.* 8. ibi = *Periculum verò multiplex; nam perseverante profluvio, mors celeriter insequitur: suppresso in amplis ductibus facile concrescunt grumi, viscus una cum corde refrigeratur &c. Omnium verò deterrima est ex relicto ulcere, aut ex sanguinis effusi putredine Tabes*. Et ita profectò nil in praxi frequentius occurrit, quàm quod Hæmoptoen Tabes, seu Phthisis sequatur, prout testantur Offman. *Tom.* 1. *pag.* 350. §. 12., Heister. *Compend. Medic. Pract. Differt. de Med. Mechan. præstant. pag.* 31. *Edit. Venet. n.* 33. ibi = *ob difficilem disruptorum vasorum visceris hujus perpetuo in motu constituti glutinationem, ulcus sæpissimè pulmonis, sive Phthisis, & mors ipsa subsequuntur*. Mercat. *loc cit.* ibi = *Sic affectos ni cito sanitati restituuntur, ocyssime in Phthisin migraturos*. Jacotius *apud Holler. loc. cit. aphor.* 2. ibi = *vasis pulmonum ruptis &c. in substantia retentus*

(san-

(ſanguis) *per ora aſperarum arteriarum transcolatur* , *parte aliqua coit in grumum per moram putreſcentem* , *& pulmonem putrefacientem* . Præcipuè verò dum non modo Tuſſis etiam extra paroxyſmum ægrotum vehementer affligebat , nam (ut inquit Etmuller. *Oper. Tom.* 1. *de Hemoptyſi pag.* 882. *col.* 2. *ſ.* *Quoad Prognoſin.*) *Phthiſeos verò prodromus erit* , *ſi tuſſis extra paroxyſmum quoque nimis afflixerit* ; verùm , & multo citius , ob ejuſdem Adoleſcentis ætatem ; *Tabes* enim *fiunt præcipue ætatibus à XVIII. uſque ad XXXV.* juxta *Hippocr. aphor.* 9. *ſect.* 5. atque ob pravam corporis conſtitutionem ad ſuſcipiendam hanc labem diſpoſitam ; ac maxime, quod ex Phthiſicorum conſortio jam ejus pulmo impurum miaſma contraxerat ; *ex ſupra probatis* .

55 Hinc merito Ovidius *lib.* 1. *de Ponto Eleg.* 4. ita recinit
Cernis , *ut è molli ſanguis Pulmone remiſſus*
Ad ſtygias certo limite ducat aquas .

56 Ad extremum addimus , quod idem Adoleſcens tunc annum agebat *vigeſimum primum* , qui à Medicis *climactericus* dicitur , in quo cauſæ morbificæ majorem vim exercent , & , corpore jam præexiſtente debili lethum inferre ſolent , ut latè Offman. *in Diſſertat. De ann. Climacter. Tom.* 5. *pag.* 91. *ſ.* 10.

57 Quæ , ſapientiſſimi PP. , cum ita ſe haberent maximo , imminentique periculo plena , atque in ejuſmodi deplorabili ſtatu = *certamente non poteva eſſere in peggior ſtato di quello , che lo ritrovai* , teſte Medico *pag.* 23. *ſub* *ſ.* 129. , Ægrotus , qui , viribus exhauſtis morti proximus erat , ſimul atque Ven. P. Franciſci Caraccioli apud Deum interceſſionem invocavit , nedum ſubitam , omnibuſque ſuis partibus expletam ſanationem cum inſtantanea deperditarum virium recuperatione adeptus fuit . ſed (mirabilis Deus !) mutatâ repente eâ , quâ præditus erat debili , effætaque natura , perfectam adeò ſanitatem ſibi donatam ſenſit , quâ nunquam , neque etiam antequam primùm ægrotare cæpit , gaviſus fuerat , prout habetur ex ipſiuſmet Sanati ore , *Sum. pag.* 9. § 42. , *aliorumque Teſtium ſparſim in Summario relatorum* ; Profectò ea omnia requiſita abundè concurrunt , quæ ad ejuſmodi ſanationem inter eximia Miracula recenſendam expoſcuntur à ſan. mem. Benedicto XIV. *lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 8. *per tot.* , prout eamdem inter mirabilia dexteræ excelſi referunt Medicus curæ *pag.* 27. *ſ.* 152. ibi = *eſſendo ſtato Medico , che ho accorſo alla cura* ... *più degli altri ſono nell'opinione iſteſſa , che non ſia potuto guarire così perfettamente , e repentinamente , ſe non per miracolo di Dio , ad interceſſione del Ven. P. Caraccioli* ; ſubjectiſque firmiſſimis talis ejus judicii rationibus ita concludit *pag.* 28. *ſ.* 156. = *nè inferiſco per infallibile conſeguenza , che il ſudetto Chierico non potè guarirſi , ſe non per opera ſopranaturale dell' Onnipotente* = necnon D. Peritus pro veritate ſcribens *in ejus eruditiſſimo Voto* , Teſteſque omnes *in Summario* relati quos inter Religioſi doctrina, ingeniique acumine , & perſpicacia conſpicui .

58 His firmiter conſtitutis , tantaque in luce locatis ſupervacuum videtur ad Animadverſiones refellendas deſcendere , quippe quæ ex prædictis , nemine impellente , ruunt ; At ne videamur *reſponſionis penuria declinare certamen* , ut inquit Clemens I. *in Can. In mandatis Diſt.* 43. , ad eas penitus de medio removendas aggredimur . Hinc ſit

CAPUT

CAPUT III.

Refelluntur Animadversiones.

59 ANIMADVERSIONES à §. 2. *ad* 11. primùm omnium morbum, de quo agitur, in quatuor distinguunt tempora, seu aggressiones, quarum altera accidit *mense Martio anni* 1750., altera verò *initio æstatis anni* 1751., tertia demùm mense Julio 1751., ac postrema *mense Augusto ejusdem anni*. Deinde supponunt, eumdem morbum in tribus prioribus aggressionibus jam fuisse ope medica sublatum, ac denique argumentum inde ducunt, facilem quoque fuisse curatu in ultima ejus aggressione, ex qua Infirmus, Servi Dei intercessione implorata, convaluit. Hisque positis, concludunt, deficere arduitatem illam, gravitatemque morbi, quæ requiruntur, ut sanatio Miraculo accenseatur.

60 Sed si, uti nobis pollicemur, sapientissimi Suffragantes eorum animos ab Animadversionibus ad ipsam rem, veritatemque traducent, facile deprehendent, ejusmodi Animadversionum antecedens, medium, & consequens, penitus tota corruere. Sic in primis corruit magnificata morbi in quatuor tempora distinctio, assertaque ejus præcedens curatio; Quandoquidem ex Facto superius enucleato evidenter constat, quod licèt in præcedentibus aggressionibus, compluribus præstantissimis adhibitis auxiliis, iisque diù continuatis, morbi vehementia, seu graviora illius symptomata per aliqua intervalla remisisse visa fuerint; At certe tamen a prædicto mense Martio 1750. ad mensem usque Augusti 1752., sicque per biennium cum dimidio, nunquam morbi causa, & radix subactæ, exturbatæque fuerunt, sed semper intus in corpore perseverarunt, ac vel in ipsis interpolationum temporibus claris illis sese manifestabant signis, *Pectoris* nempe *pulsatione*, *ac difficultate respirationis ad motum auctis*, quibus idem Adolescens perpetuò remansit obnoxius, prout agendo de unaquaque ex prædictis morbi aggressionibus concludenter probatum fuit *supra* §. 8. 10. 11. 13. *&* 14. Hæc autem non modo signa erant, eaque apertissima, latere intus in corpore mali radicem, juxta superius constabilita §. 31. *cum duob. seq.*; Sed etiam graviorem ejus recursum portendebant, juxta Hippocr. *lib.* 2. *Aphor.* 12. *quæ relinquuntur in morbis, recidivam facere consueverunt*, ibique *Jo: Baptista Montan. in Commentar. Zacch. quæst. med. legal. lib.* 1. *Tit.* 4. *quæst.* 7. *num.* 17. *&* 19., & Offman. *Tom.* 1. *pag.* 355. §. 33.

61 Indubitantius verò in specie morbi, quo idem Adolescens diu conflictatus fuit, nempe gravis pectoris Catharri cum magno ejusdem dolore, vehementi Tussi, aliisque symptomatibus supra descriptis, cujus causa morbifica, non modo eradicatu contumacissima est, sed relinquit quasi fermentum, quod reviviscens morbum inducit eumdem; Verum etiam magnam relinquit atoniam, ac debelitatem corporis, & illarum in primis partium, in quibus causa morbi inhærens vehementiam suam exercuit, unde facillime idem ipse morbus impetu longe fortiori repullulat Offman. *Tom.* 1. *pag.* 170. §. 33. *in schol.*, *pag.* 182. §. 13., *& in schol. pag.* 244. §. 39. *pag.* 355. §. 33., *& pag.* 419. §. 16.

62 Frustraque Animadversiones §§. 7. *&* 10. agendo de penultima morbi aggressione secuta mense Julio 1751. in contrarium urgent ea Medici curæ verba = *di averle* (Infirmum) *già veduto stabilito, e libero da sintomi sudetti*; Toto enim lustrato ejus depositionis contextu, qui potius attendi debet, quam vel ipsa verborum proprietas, ex tritissimis juris regulis, de qui bus For-

Forster. *apud. Everard. Otton. Thesaur. Jur. Rom. Tom. 2. col.* 1039. *num.* 18., *ac DD. passim.*, clarissime liquet, eum intellexisse, quod viderit conquievisse sanguinis effluxum, sedataque graviora illa symptomata, quæ tunc Ægrotum invaserant, neutiquam verò de ipsius morbi sanatione; Ipse siquidem Medicus rupta vasa, unde sanguis proruperat, CON SOMMA DIFFICOLTA', IN QUALCHE CASO, BENCHE RARISSIMO, iterum coalescere, & consolidari potuisse deponit *pag.* 20. *§.* 111. Ipse statum, in quo Ægrotum reliquit, non sanationem quidem vocat, sed *stato convalescente* = *miglioria* pag. 21. sub §. 116. Ipse in eodem statu vix Infirmo = *li permisi*, inquit, *a poco à poco, che facesse qualche piccolo passeggio per la stanza, e finalmente l'abilitai a calare nel Refettorio, ed alla Messa in questa Chiesa* SENZA PERMETTERLI ALTRO QUALUNQUE MOTO, ED APPLICAZIONE MINIMA A STUDJ, d. pag. 20. in fin. & seq. Ipse se in animo habuisse testatur = *mandare* (Infirmum) *all'aria, e prendere di nuovo il latte* dicta pag. 116., & clarius *Proc. fol.* 150. *ter.*, ubi = *ho individuati i medicamenti &c., come anche* IL SOLLIEVO, *che ne ricavò &c., ed i sintomi, che* ANDORONO A TEMPERARSI, *ed io con tal* ALLEGGERIMENTO DE SINTOMI *non feci altro giudizio, se non che ristabilendosi l'Infermo in un grado migliore potesse esser capace a riprender l'aria di campagna, e l'uso del latte* = & prosequitur, se eidem Infirmo vetuisse omnem applicationem, & motum, præter *di andare in Chiesa, ed al Refettorio lentamente, e li prescrissi anche il regolamento del vitto, così nella quantità, come nella qualità, secondo l'esigenza del suo male*; Quæ omnia profectò jam Sano non conveniebant, non enim *in secunda valetudine adversa præsidia requiruntur*, juxta Celsi monitum *lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 21, & Hippocratis *Sect.* 2. *aphor.* 37. ibi = *qui secura fruuntur sanitate, hos purgare grave est*. Ipseque demum deponit, quod ad morbi curationem erat *bisogno di molto tempo . . . senza esservi verun altra recidiva pag.* 28. *ad fin.*, missisque aliis, agendo de ultimo statu, eumdem Adolescentem nonjam antea sanum, *Sed un corpo* fuisse affirmat, INFERMICCIO, OFFESO NEL PETTO DA PIU' ANNI ANTECEDENTI = *pag.* 22. §. 127. Ecquisnam amabo hæc omnia perpendens facile non percipit, Medicum verbis illis supra expressis intellexisse de melioratione, non autem de sanatione?

63 Spectatâ præsertim naturâ ipsius morbi, de quo quisque cordatus Medicus, post paucos illos, qui effluxerant, dies judicium ferre non poterat, revera curatum fuisse, cum conquiescere tantisper soleat, ac post fallaces inducias vehementia majori recurrere, Offman. *Tom.* 1. *pag.* 182. §. 13. *in schol.*, *pag.* 244. §. 39. *in schol.*, *& Tom.* 2. *pag.* 192. *post med:* ibi = *Porrò hamorrhagia in iisdem locis, ubi semel, vel iterum proruperunt, reverti solent, ob debilitatem relictam, & pag.* 204. §. 14. Heister. *Compend. Med: Pract. Dissert. de Medic-Mechan. præstant. pag.* XXXIV. *num.* 35., adeò, ut æger sanus dici non possit, neque etiam in intermedio tempore, quo morbus evanuisse videtur, ut egregiè Zacch. *quæst. Medic. legal. lib.* 2. *Tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 14., *& quæst.* 14. *num.* 22. ibi = *morbi qui reversionem faciunt, & de quibus dici potest, quod illis affecti* MINIME SANI VOCANDI SINT, ETIAM IN INTERPOLATIONIS TEMPORE, *sunt in primis &c., Asthma, & ejus species singulæ,* SANGUINIS SPUTUM, *Phthisis &c.*

64 Omnisque summovetur dubitatio ex ipsius Adolescentis, aliorumque Testium depositionibus, quibus constat, eum affectum remansisse *Febricula, Pectoris pulsatione, atque Dispnoea, seu respirandi difficultate*, ut supra §. 13 probavimus; Quæ porrò permanentia symptomata morbum, non sublatum, sed palliatum fuisse, moxque in pejus, uti accidere solet; rui-

ruiturum indicabant, ut ad rem videre licet Offman. *Tom. 2. pag. 211. col. 2. §. Licet autem, & Tom. 3. pag. 297. observ. 6., & Tom. 4. pag. 102. cas. 69. vers. sedato cruento sputo, remansit quædam spirandi angustia, & pag. 103. in Respons. Consult. §. 1. post med.*

65 Quid plura? Annon vel paucitas illa magna dierum, qui ex eo ad postremum usque morbi recursum interjecti fuerunt, *de qua supra §.13. & 15.*, assertam præcedentem sanationem tam aperte, quàm quod apertissimè excludit? Ita porrò, ex ponderatis a Zacch. *lib. 1. Tit. 4. quæst. 7. num. 21.*, & Rot. *in novis. dec. 701. num. 4. Tom. 1.*; Ad hoc autem, ut Sanatus dici posset, tolli debuisset ipsum fundamentum mali, eoque abacto, & ipsum quoque recidivæ periculum arceri penitus, atque præscindi Offman. *Tom. 1. pag. 170. post init., pag. 354. §. 28. in fin., & Tom. 2. pag. 210. observ. 2. in epicris.* atque egregie ad rem facit *Textus in L. quod ita sanatum ff. de adilit. edict.*, quem Zacchias *loc. cit. num. 20.* his verbis exornat = *Debet quis ita sanatus esse, tamquam si numquam ægrotasset, & in pristinum, naturalemque statum rediisse*; Id quod in hoc casu plane nunquam evenit.

66 Ex his funditus corruente Animadversionum supposito obtentæ per eumdem Adolescentem sanationis in tribus prioribus morbi aggressionibus, corruat necesse est argumentum inde desumptum defectus arduitatis, & difficilis curationis. Verum præterea frustra Animadversiones in perspicuis rebus argumenta quærunt, & conjecturas capiunt; Præter enim ineluctabile doctissimi Medici curæ judicium de ejusmodi arduitate, & gravitate in unaquaque ex prædictis aggressionibus disertissime deponentis, ut *supra in Facti narratione*; ipsa quidem facile se per sese manifestat cuiquam sedulo perpendenti morbi naturam, causasque ipsum efficientes, partium affectarum nobilitatem, symptomatum multitudinem, ac vehementiam, durationem, aliaque superius expensa, quæ si hujus Causæ necessitas postularet, majori donare possemus relevantia; sed ne sapientissimis PP. in re minime necessaria tædio simus, consultò a longiori sermone abstinemus.

67 Incassumque Animadversiones *§. 5. certo asseri non posse* autumant, *num* Adolescens ille in prima morbi aggressione, ejusque recidiva, *sanguinem ex ore ejecerit cum Dicta Testium, invicem*, ut supponunt, *collidantur* Sanatus enim *Tussi addit sputa sanguinea* Sum. pag. 2. §. 2. *concinit eidem Infirmarius* pag. 29. *§. 158. Hanc tamen sanguinolentam expuitionem in primo, & secundo tempore excludit P. Dominicus a Messana* Testis IX. juxta ejus verba ibidem allegata; alique Testes nullam hujus circumstantiæ mentionem faciunt. Et licet, ut prosequuntur §. 6.; dici non possint inter se contrarii Testes, dum aliqui referunt id, quod alii omittunt, contrarii tamen dicendi sint Sanatus, & Infirmarius cum dicto P. Dominico a Messana, quorum primi affirmant quod alter negat; *Ideoque si contradicto fidem Testibus tollit, nutet necesse est miraculum, quia non est in re accidentali, sed percutit principale subjectum Miraculi.*

68 Incassum quippe; Quæ enim Animadversionibus videtur esse in re substantiali, ea neque etiam in accidentali, imo nulla prorsus est contradictio; Cum enim non agatur de uno, seu individuo actu, sed de actu iterabili, ac pluries iterato, ac præterea non semper, sed raro sanguis ex ore prodiret, tametsi Testis unus neget, quod alii affirmant, intelligi tamen debent, eos locutos fuisse non jam de ipsis, ac identificis actibus, iisdemque loco, & tempore secutis, sed de diversis expuitionibus, seu temporibus ex tritissimo juris principio, de quo Doctores communiter, præsertim Farinac. *quæst. 65. num. 38. Rot. in rec. dec. 438. num. 3. & 4. par. 18., & in Romana Societatis 5. Julii 1751. coram bo. me. Amadeo* §. 7., ubi addit, non suffice-

re Testem negare, quod alter affirmat, sed eam dumtaxat negationem obstare, quæ simul, & semel versetur circa actum individuum, non iterabilem respectu loci, vel temporis: Cæterum licèt ex adverso allegatus Testis IX. fuerit contubernalis, & in nonnullis de visu, potuit tamen advertere tantummodo ad excretæ materiæ crassitiem, non autem ad lituras sanguineas per crassa, ac viscosa illa sputa dispersas, ut rectè ponderant *Farinac. ibidem num. 276.* ibi = *potest stare, quod Titius fuerit presens, & quod nihil viderit. Rot. dec. 351. num. 32. cor. Ludovis., dec. 835. num. 15 cor. Merlin; & in cit. Romana Societatis* §. 10. *in fin.*, & bene aptatur illud Senecæ *epist. 95.* = *Pleraque ante oculos posita transimus*.

69 Ad constituendam verò certam, concludentemque ejusmodi sanguinolentæ expuitionis probationem, sufficit de ea deponere Sanatum *de facto proprio pag. 2. §. 2.* = *con qualche espurgazione rara però, e piccola di sangue di bocca nell' atto del tossire*, itemque Infirmarium *de visu* pag. 29. §. 158. = *con qualche sputo di sangue conparso molte volte, specialmente in scuola in presenza mia*, quibus addimus Medicum curæ pag. 17. §. 98. = *con qualche rara tintura di sangue.* Exploratum est enim, etiam in hisce Beatificationum Causis, vel duo Testes de visu ad plenam alicujus rei probationem faciendam sufficere *sa: me: Benedictus XIV. lib. 3. cap. 5. num. 11.*

70 Sed quorsum, preter hujus causæ necessitatem, de prioribus morbi aggressionibus hæc oratio longior? Non enim essentia miraculi in eo statu constituta est, in quo Infirmus reperiebatur biennio, vel anno, aut diu ante sanationem, sed in ultimo statu, qui immediatè eamdem sanationem præcessit; itaut etiamsi, falsissimam per hypothesin, contra apertissimam, deprehensamque veritatem, dici vellet, morbum antea gravem adeò non fuisse, qui arduum constitueret Miraculi subjectum; at certe tamen sufficere deberet, talem, uti oportet, fuisse in ultimo statu; Neminem enim fugit, morbos per gradus in pejora decurrere, minimaque sæpe esse solere magnorum, ac lethalium morborum initia: quosque natura arte adjuta in primo eorum stadio facile superare poterat, eos postea suis progressionibus inexpugnabiles evadere, ex concordissimo Medicorum testimonio, de quo Bagliv. *lib. 3. Prax. med. cap. 3.*, Offman. *Tom. 1. pag. 171. col. 1: post init.*, & bene ad rem Van-swiet. *ad Boerhaav. aphor. 741. §. ubi ergo in fin.*, aliique passim.

71 Magis verò, atque magis gravior, & deterior est morbi recursus; ex ea perspicua ratione, quam affert *Avicenn. 2. 4. tract. 1. cap. 95.* hisce verbis = *recidivatio est deterior, quam radix; quoniam malitia, seu ægritudo est rediens, & natura, seu virtus est defessa, seu debilis*, & communiter tradunt Offman. *Tom. 8. pag. 31. § 13.*, Van-swiet. *ad aphor. 865. in fin.*, aliisque omissis, sa. me. Benedictus XIV. *lib. 4. par. 1. cap. 8. num. 31.*

72 Et ita porrò in hoc casu prima morbi aggressio = *fu veramente grave*, altera = *peggiore del primo*, tertia verò longe gravissimis, ac periculosissimis stipata fuit symptomatibus = *sintomi da me tutti osservati, e giudicati gravissimi, e molto pericolosi*, ac denique in ultimo statu morbus = *fu non solo pericolosissimo, ma anche mortale*, ut de singulis totidem relatis verbis deponit Medicus curæ *pag. 17. §. 97.*, *pag. 19. §. 103.*, *pag. 20. §. 111.*, *& pag. 22. §. 126.*, *& 130.*, & plenius supra probavimus.

73 Ejusmodi firmissimum, verissimumque Medici curæ judicium tot tantisque supra adductis rationibus constabilitum inani profecto labore *Animadversiones* §. 12. *& seqq.*, pro eo quod ad ultimum statum spectat, pluribus lato calamo exageratis argumentis, labefactare tentant; & primùm, quod tali ejus judicio *resistat qualitas, & natura sanguinis excreti* = *di colore*

lore molto oscuro, che andava al nero; era corrotto, e di un odore puzzolentissimo &c.; *Eo ipso enim*, ut subdunt, *sanguis evomitus fuit concretus, & crumosus, male olens, corruptus, & atrum habens colorem, referri debet ad facile curabilem Hæmorrhagiam ventriculi, non ad Hæmoptysin*, in qua sanguis, qui proditur, *floridus est, & coccineus, & propter intermixtum aerem spumescit*, juxta Auctores ibidem allegatos.

74 Inaniter quippe; Etsi enim haudquaquam inficias imus, Medicos nonnullos inter Hæmoptyseos signa referre sanguinis excreti qualitatem floridam, coccineam, & spumescentem; at prorsus tamen, constanterque negamus, id perpetuum esse; nam valet quidem argumentum affirmativum: nempè floridus est, spumosusque, ergo ex pulmone prodit; non verò ex diverso: floridus, & spumosus non est, sed nigricans, grumosus, & corruptus, igitur non effertur ex pulmone; Quandoquidem non modò, ubi calor naturalis pulmonis corruptus est, sanguis niger educitur, Bonetus *Anatom. pract. lib. 2. sect. 5. observat. 4. in schol.* ibi = *Spuitiones copiosæ, & nigricantes, ipsorum pulmonum caloris naturalis corruptionem confertim factam, non mediocre indicium præseferunt*; verùm etiam non raro, sed frequenter Hæmoptoicis accidit, sanguinem ex Pulmonis vase ulcerato, vel disrupto, per spasmodicam villorum, seu fibrarum motricium, constrictionem, non illico sursum trudi versus asperam arteriam, sed deorsum, duci versus ejusdem pulmonis vesiculas, Gorter. *Medic. Dogmatic. de Tussi §. V.*; & quia non adeo facile sub eodem sanguine aer venire potest eum sursum attollens, ut *idem Auctor loc. cit.*, sanguis ipse stasin facit, insitaque indole condensatur, grumos facit, in fætidamque putredinem abit, usque quo tandem beneficio vehementis tussis, subtus aere ingresso, sursum attollitur, atque ejusmodi ejicitur, Offman. *tom* 1. *pag.* 350. *sub §.* 12., *tom.* 3. *pag.* 285. *§.* 8., ubi agendo de Hæmoptysi hæc habet = *facile sanguis ex pulmonum vasculis intra vesiculas aereas extravasatur, ET STASI CONCEPTA PUTRESCIT*; Bellinus *de morb. pector. pag.* 589. ibi = *POTERIT ETIAM NIGRESCERE INTRA CAVITATES PULMONIS, in quas ex apertis vasis effluat, quoties ab iisdem cavitatibus non abripiatur per Tussim, antequam nigrum colorem suscipiat*, bene ad rem Liebautius *in Schol. ad Holler. in Hippocr. sect.* 4. *aphor.* 25. ibi = *NIGRORE excretionis tarditate CONCEPTO, ita ut sanguis sensim manans, antequam excernatur, CONCRESCAT, ATQUE DENIGRETUR*, & egregie Astruc. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 8. *pag.* 456. §. 1. ibi = *Hæmoptysici sanguinem solent expuere purum modò, liquidum, floridum, spumosum*; MODO NIGRUM, GRUMOSUMQUE; *sed quocunque modo sanguis expuatur, res est periculi plena, & quæ cito auxilio opus habet*.

75 Certius verò, ocyusque id accidere debuit, tum ex eo, quod corpus pulmonum, suâ naturâ, in putridum tabum vergit. Heurnius *de morb. pector. cap.* 6. *de eruption. sanguin. per os tom.* 1. *pag.* 557. *col.* 1. *Edit. Lugdun.* ibi = *nam corpus pulmonum est in tabum pronum, & pag.* 558. *col.* 1. ibi = *nulla fere corporis pars æque facile in putredinem trahitur, ac pulmo*; Tum, & multo magis, quia ipsius Adolescentis sanguinis, & humorum massa valde impura erat. *Summario pag.* 22. *sub* §. 126., *& seq.*, ad notata per Offman. *tom.* 1. *pag.* 206. §. 28. ibi = *sanguis si valde impurus est, & excrementitiis sordibus scatet, uti videmus in cacochymicis, & valde imbecillibus subjectis, tunc LEVI EX CAUSA, si stagnat & subsistit in parte, non modo ipse CORRUMPITUR, sed & subjectam carnem summo fætore contaminat*; magnaque præterea accedebat Febris, quâ sanguinis putredi-

 ni ci-

ni citiſſimè producendæ nihil eſt aptius, Boerhaav. *de cognoſc. morb.aph. 698.*, ibique Van-ſwieten. *§. Calor putrefacit*, & prius *in aphor. 388. §. Tum vaſcula*.

76 Egregie confirmatur hoc ipſum ex ſectione Cadaverum Hæmoptyſi defunctorum, in quibus deprehenſum eſt, *pulmones maxima ex parte ut plurimum eſſe corruptos* SANGVINE IBI EFFVSO PVTRESCENTE, ut totidem verbis teſtatur Offman. *tom. 2. pag. 204. §. 16.*, cui conſentiunt Bonetus *cit. obſerv. 4.*, ubi, quod, *ſecto cadavere, pars dextera pulmonum fuit inventa corrupta, nigricans, tanquam ſanguis concretus*, Manget. *cit. tract. tom.2. pag.687. col.1. in fin.* ibi = *Sectio Cadaveris Hæmoptoici &c., cujus pulmones MULTUM SANGUINIS NIGRI, ET CONCRETI CONTINEBANT, & col. 2. pag. 689. col. 1.* ibi = *pulmonis pars quædam nigricans reperta Sphacelo correpta, in qua magnus, & profundus ſinus, nulla interim ſanie, nullo pure &c., atque ex hoc ſinu SANGUIS CORRUPTUS, NIGRICANS, atque cum eo ſyderata parenchymatis pars cum tuſſi rejecta*.

77 Similiter defectus ſpumoſæ ſanguinis qualitatis (quicquid ſit, an in Facto ſubſiſtat, propterea quod ſanguis obſervatus à Perito non fuit in ipſo eruptionis actu, ſed multo poſt, & interim ſpuma omnis evaneſcere potuit, Jacotius *apud Holler. in Coac. Hippocr. lib.6. ſect.2. aphor.* 8. ibi = *ſi agitatione ſpumam concipiet, CITO EVANESCET*) profecto ineptus eſt ad excludendum ejus effluxum ex Pulmone, ut in terminis probant Holler. *in Hippocr. ſect.5. aphor.13.* ibi = *Falluntur multi, qui dicunt, non eſt ſpumoſus ſanguis, ergò non eſt ex pulmone &c. à latere, & à vaſis pulmonis raro ſpumoſus eſt*, Heurnius *de morb. pector. tom.1.cap.6. pag.558. col.1.* ibi = *probum ſane eſt argumentum : ſpumoſus ſanguis expuitur, igitur prodit a pulmone; At minime ita bene vertas : non eſt ſpumoſus, igitur non provenit à pulmone; nam non ſpumoſus prodire poteſt ex vaſe pulmonis lacero &c.; Quare rectum iſtud ratiocinium eſt : ſpumat, igitur ex pulmone dimanat, ſed non recte ita : non ſpumat, igitur non labitur ex pulmone* =, & *in comment. ad Hippocr. lib.5. aphor.13. tom.2. pag.439. col.1.* ubi cum Galeno hæc habet = *at non recte dicas : exulcerato pulmone, neceſſariò ſpumans excreatur ſanguis*, Rodericus Caſtrenſ. *Syntax. Prædict. Medic. part.3. cap. 1. partic.9. pag.185. Edict. Lugdun.* ibi = *non ſemper ex pulmonibus ſpumoſus ſpuitur ſanguis*, Jacotius *in cit. aphor.* 8. ibi = *ex pulmone non ſemper ſpumat, ut docet Galenus, nempè, ubi ex vaſis prodit; niſi enim agitatio quædam acceſſerit, ſpumam non concipit*; Foreſtus *obſerv. Medic. & Chirurg. tom. 2. lib. 16. obſervat. 14. num. 3.* ibi = *qui ex vaſe diſrupto, aut ulcere profunditur, haudquaquam ſpumoſus apparet. Fatetur Galenus ſe ſæpius vidiſſe ſanguinem plurimùm bene coloratum exprimi, quem ratio, ait, dictat ex aliquo pulmonis vaſe prodire, ſed hunc ſpumoſum fuiſſe non addit*, Joannes Butinus *in Hippocr. ſect.5. aphor. 13.* ibi = *non autem verè, læſo pulmone, ex neceſſitate ſpumoſus expuitur*, ac merifice favet idem ipſe exadverſo allegatus *Offman.*, qui licèt, *loc. ibidem citat.* ſanguinem ex pulmone ſpumantem prodire dicat, alibi tamen pluriès ejuſmodi qualitatem non exprimit, quippe quæ poteſt eſſe, & abeſſe *tom.1. pag.296. §.22.* ibi = *Hæmoptyſis, ſive ſanguinis floridi à pulmonibus per tuſſim rejectio tom.7. par.2. pag. 29. §. 49.* ibi = *Hæmoptyſis cum tuſſi ſicca, reſpiratione difficili, & impetu fit, ſanguiſque floridus, & copioſus eſt, & tom.8. pag.77. §. 186.* ibi = *rejectionis ſanguinis per tuſſim, qui morbus dicitur Hæmoptyſis*.

78 Maximè verò cum ſanguis, ut ipſæmet Animadverſiones exagerant, concretus

eretus esset, & grumosus; nam qui ejusmodi est sanguis, spumam non concipit. Bellin. *de morb. pector. pag. 589.*, ubi agendo de Hæmoptysi hæc habet = *si verò sit quasi coagulatus, etiamsi ab imis partibus pulmonis veniat, dividi non poterit, neque spumescere.*

79 Infirmissimum quoque est argumentum illud ex eo ductum, quod *aqua gelida epota ab Infirmo illico visa est irritare, & convellere fibras musculares ventriculi, & excitare vomitum*, quo ejecta fuit ipsa aqua fætido sanguini immixta; ex quo inferatur, *effluxum sanguinis non à pulmone, sed a ventriculo originem habuisse*, ut in *Animadversionibus* §. 13.; Siquidem ob consensum, qui magnus intercedit inter pulmonem, asperam arteriam, & ventriculum, nil crebrius occurrit in praxi, quàm quod a continua, & violenta tussi, vitio hærente in pulmone, ventriculus concitetur ad vomitum; prout *de facto* evenisse constat ex *Sum. pag.* 12. §.61. ibi = *viddi, che ò la ributtava subito insanguinata, o dopo di averla ritenuta per pochi momenti*, PER VIOLENZA DELLA TOSSE *la rigulcitrava intinta col sangue* pag. 15. in fin. ibi = *o subito, o dopo pochissimo tempo immediatamente l'Infermo ributtava l' una, e l'altro* CON GRAN VEEMENZA DI TOSSE *con tintura di sangue*,& pag.25.§.146. ibi=*li ributtava per* LA VEEMENZA O DELLA TOSSE, *o dell'inclinazione al vomito,o del butto di sangue*,ac *de re medica* ita accidere solere testantur Offman. *Tom.*1. *pag.*315. §.28. ibi = *Porro* EXQUISITAM VENTRICULUS *cum diaphragmate* ET PULMONIBUS FOVET COMMUNICATIONEM &c. *Quid porrò crebrius occurrit in praxi, quàm quod* A VIOLENTA TUSSI, *vitio hærente in bronchiis*, VOMITUS CONCITETUR, *& Tom.*6. *pag.* 224. §. 3. *ad fin.* ibi = *ventriculus cum faucibus, aspera arteria, pulmonibus &c., multo conspirat sensu. Si igitur ha partes laboraverint, vel irritatæ fuerint, laborat etiam ventriculus,& socius fit periculi*,& Tom 8.*disert.de vomit.pag.*102.*observat.* 15. *in Schol.*Gorter. *Medic.Dogmat.de Tussi* §.XXXVII. *in not. num.* 1. ibi = INTER VENTRICULUM ET ASPERAM ARTERIAM ALIQUEM ESSE CONSENSUM &c. *nam immediatè adhæret æsophagus asperæ artariæ, atque ex eodem surculo nervoso paris vagi æsophagus, & aspera arteria nervos habet &c.*, *ita* MORBI PECTORIS IN CONSENSUM QUOQUE TRAHUNT VENTRICULUM, *nam tussi, vel phthisi laborantes in inappetentiam incidere solent,atque in multis* TUSSIS FREQUENTIOR CONCITAT VOMITUM; Accedebat quoque vehemens Pectoris palpitatio, de qua pluries *supra*, per cujusmodi spasmodicam pectoris affectionem facile quoque per consensum ventriculus irritabatur ad vomitum, Offman. *Tom.*3. *pag.*140. §.5. ibi = *plurimis spasmodicis affectionibus per consensum vomitum accedere.*

80 Quod verò aquæ rejectæ permixtæ erant sanguinis striæ, id bene quidem evenire potuit, prout evenit, *vel* ex eo, quod eodem ipso tempore, quo sanguis e pulmone per tracheam extussiebatur, simul quoque aqua epota a ventriculo convulso per æsophagum trudebatur, sicque in ore aqua sanguini permiscebatur; *vel* ex eo quod a tot iteratis sanguineis eruptionibus fieri aliàs non potuit, quin sanguinis ramenta quædam in ore remanerent, quæ ab acqua cum impetu transeunte colligebantur, unaque simul educebantur; Vel maxime quia cum *aspera arteria, & æsophagus prope juncta sint*, nil facilius accidere potuit, quàm quod portio quædam sanguinis ex ore latenter per æsophagum illaberetur in ventriculum, ut rectè monet Van-swiet. *ad aphor.* 719. §. *Narium, orif.*; Vel demum quia a pulmone ad æsophagum arteriosus surculus defertur, ut ex Anatomicis constat, & testatur citat. Auctor *ad aphorism.* 821. §.1. *in fin.*, ex quo, per crebram

bram Tussis violentiam, aperto sanguis stillavit in ventriculum.

81 Pari infirmitate laborat argumentum desumptum a sanguinis fluxu cum alvi dejectionibus, ut *in Animadversionibus* §.14.; Nosse siquidem oportet *in Facto*, sanguinem illum prodiisse ex vasculis hæmorrhoidalibus, ut testatur Medicus curæ *Sum. pag.22. sub* §.126., atque Animadversiones ipsæ fatentur infra *sub* §.37., itemque, eumdem Adolescentem jam antea Hæmorrhoidarium fuisse, ut subjungit Medicus *ibidem*. Præmittere etiam oportet *in re medica* hæmorrhoidalis fluxus eruptionem, cui idem Infirmus obnoxius erat, cum adolescentiæ ætati valdè esset incongrua (virilis namque, ac senilis ætatis, non Adolescentiæ morbus est, juxta Hippocr. *sect.3. aphor.29. & 30.*, & communem Medicorum sententiam) quoties præmaturè in ea evenit ætate, præsertim in corporibus cachecticis, semper vitiosam sanguinis, & succorum constitutionem, ac viscerum, maxime Hepatis, sonticam labem, & obstructionem denotare, Offman. *Tom.1. pag.49.* §.15., *pag.167.* §.18., *pag.183.* §.17. *in Schol.*, *Tom.4. pag. 370. col.1. sub* §. *Quæ cum ita sint*, *pag.394. col.2.* §. *Jam verò*.

82 His cognitis, non longe petenda est, sed ante oculos versatur causa, unde eadem excitata fuit eruptio; quandoquidem *vel* ex magna sanguinis intestina commotione, *vel* ex natura ab impetu causæ morbificæ irritata, *vel* ex spastica internarum, externarumque partium strictura, quam Infirmus passus fuit in ruptura vasorum Pulmonis (de cujusmodi spasmodica constrictione in sanguinis eruptione ex Pulmone testatur Offman. *Tom. 2. pagin.203.* §.6.) *vel* ex viscerum infarctu, *vel* ex his omnibus simul collectis aucta celeritate, ac vehementia motus arteriarum, turbatoque æquabili sanguinis motu, profectò facillime cruor ipse ad alias partes majori impetu ruit, præsertim ad facile cedentia vascula hæmorrhoidalia, quæ aliàs petere indeque exitum habere solitus fuit, eaque perrumpendo, vel etiam acrimonia sua erodendo, fluxum hæmorrhoidalem excitavit; quemadmodum ita evenire solere tradunt Offman. *Tom.2. pag. 195.* §.10., *pag. 197.* §.10., & late *Tom.1. pag.165.* §.3. *& seqq.*, *& Tom.6. pag.292.* §.3., ubi quod = *Cachecticis, qui labem in visceribus contraxerunt, & Hepar, vel lienem infarcta, & obstructa habent sanguinis per venas sedis fluxus valde familiaris est, &* LEVI EX CAUSA, *animi nempe, vel corporis motu*, SUSCITATUR, Ettmuller. *oper. Tom.2. pag.134. col. 1. ante med. & pagin.135. col.2. post init.*, & doctissime perpendit Medicus curæ *sub dicto* §.126 ibi = *l'Infermo patendo di Morici, come io n'ero inteso, nella commozione, che ebbe tutta la massa del sangue nell'impeto della rottura de' vasi del polmone, violentò anche le morici, che aperte fecero quell' emissione del sangue*.

83 Tantum verò abest, ut ex ejusmodi fluxu quoddam, vel tenue argumentum ad Hæmoptysin excludendam desumi possit, ut potius, probè perpensa ejusdem fluxus causa, quæ præcipuè in viscerum obstructione consistebat, inter efficaces Hæmoptysin accersentes causas sit ipsa referenda Offman. *Tom.2. pag.203.* §.9., *& pag.209. observ.5. in epicris.*, *& observ. 6. in epicris.* ibi = *Viscera, ut Hepar, Lien. &c. infarcta, & obstructa, dum æquabilem sanguinis circulum, obice quasi posito, impediunt, ad immodicas, & subinde exitiales sanguinis per vasculosam pulmonum substantiam profusiones disponunt*; *& Tom. 7. pag.102. in not. ad cap.21.* §. *Eruptionis causa Hæmophtici affectus*.

84 Nilque planè mutat, sanguinem inde effluxum ejusdem qualitatis pravæ fuisse, ac ille per os excretus; Licèt enim diversa fuerit utriusque scaturigo, eædem tamen utriusque corruptionis causæ fuerunt, tam scilicèt universæ san-

sanguinis, aliorumque humorum massæ impuritas, & infectio in alcalescentiam vergens, de qua perspicuum perhibet testimonium Medicus curæ *loc. cit.* his verbis = *perche era infetta tutta l'intiera massa del sangue* = ; eujusmodi sanguis satis cito, in primis si liber aëri accessus detur, stagnat, & corrumpitur, Offman. *Tom.* 1. *pag.* 206. §. 28. , *& pag.* 327. *in fin.*, *& seq.*, ubi refert exemplum ex ruptura vasorum internorum hæmorrhoidalium secutam fuisse ejectionem *sanguinis fætidi, & grumosi per anum* lethali successu; Imo non desunt in fortioribus terminis exempla sanguinis per Phlebotomiam extracti, qui adeò fœtebat, ut ejus tetro odore tam Chirurgus, quam Adstantes in animi deliquium inciderent, ut se vidisse testatur Morton. *Apparat. Curat. morb. univers. pagin.* 11. ; Tum etiam præcedens utriusque sanguinis stasis, alterius nempe in pulmonalibus vasis, *juxta superius deducta*, ac alterius in hæmorrhoidalibus.

85 Neque prætereunda est alia ratio, quam expendit Jacotius *apud Holler. Coac. Hippocr. Comm.* 1. *lib.* 4. §. 21. , nempe = *Visceris alicujus corruptela, aut pravi humoris fex, & infixus ceu in spongia vapor advenientem sanguinem corrumpens, haud secus atque modicum fermentum alimoniam inficit*; Accessit eo, quod sanguis non statim exploratus fuit, sed post plurium horarum decursum, ut *ex Facto* constat; quâ diuturnâ ejus inter fætidas alvinas feces morâ, illarum tepore, atque alcalino fermento imbutus, & fotus, fieri alias non potuit, quin exaltato principio sulphureo alcalino, in eamdem pravam, imo praviorem qualitatem degeneraverit = *dell'istessa*, ANZI PEGGIOR QUALITA' *di quello buttato per bocca*, *Sum. pag.* 12. *in fin. & seq.*, ut apposite advertit Offman. *Tom.* 1. *pag.* 206. §. 26. *in schol.*

86 Utrum verò ejusmodi hæmorrhodialis fluxus sit referendus ad salutarem Crisin, ut Animadversiones hic obiter innuunt; an potius, ac omnino ad majorem morbi gravitatem, seu pessimorum symptomatum complicationem, cum certiori, ac imminentiori vitæ periculo, partim ex hactenus propositis elucet, plenissimè verò infra, dum Animadversiones lato calamo, hanc ipsam rem retractant, illustrabitur.

87 Ad cæteras modò descendendo Animadversiones, parvi quidem refert illud, quod §. 15. obiiciunt, certò non constare, utrum filamenta illa, quæ sanguini per os ejecto hærebant, revera a pulmonis substantia provenirent, propterea, quod Medicus verbis hisce loquatur = *contenendo ancora alcuni filamenti, che* PAREVANO *membrane provenienti dalla sostanza del Polmone Sum. pag.* 21. §. 122. ; Primum quia ad probandam Hæmoptysin necesse non est de hac peculiari circumstantia docere; veluti quæ redundat, & licèt majorem lucem addat si concurrit, minime verò, si desit, Hæmoptysin, de qua aliunde constat, excludit. Deinceps tametsi cautissimus Medicus, ob defectum examinis desuper instituti, dubitanter deponat, ea fuisse membranas a pulmonis substantia avulsas, affirmat tamen, ac sine ulla dubitatione, deque sua oculari inspectione testatur, filamenta quædam sanguini sparsa hæsisse, prout quisquam ex iisdem ipsis supra relatis verbis facile intelligit; cui Medico alii quoque Testes hac de re una voce consentiunt, nempe II. *pag.* 12. §. 65. ibi = *in presenza mia osservò* (Medicus) *il sangue buttato per bocca &c.*, *cioè nero, grumoso, puzzolente, ed anche* MESCHIATO CON ALCUNE PELLICOLE BIANCHE, Testis IV. *pag.* 31. §. 172. , *&* 174. ibi = *chiamatosi il Medico Jorio, fù il detto Chierico visitato anche in mia presenza, ed osservati i polsi, il petto, il sangue buttato &c.*, *si vidde nel sangue, oltre la nigredine a guisa d'inchiostro, ed il glutine, anche* ALCUNI SFILAMENTI, O SIANO SFILACCI,

CI, *che venivano col sangue, che moveva con un ste.co di legno*, & *pag.* 33. §.191. ibi = *detto sangue si osservò da me, dal Medico &c. aggrumato, che dava al nero*, PUTREFATTO, E MESCHIATO CON SFILACCI BIANCHI, Testis XVI. *pag.* 54. §. 295., & *seq.* ibi = *fattasi in presenza mia la relazione al Medico &c., il Medico volle osservare il bacino, dove l'aveva buttato &c., e disse, che oltre il color nero del sangue, ci ritrovava anche qualche sfilaccio, ò sia membrana*. Ejusmodi autem filamenta, jam sensibus obvia, esto etiam, quod pulmonis membranæ non fuerint, semper tamen Hæmoptysis diagnosin aliunde perspicuam clariori in luce constituunt, ex auctoritatibus *supra* §. 46. allegatis.

88 Censent tamen Animadversiones *d.* §. 15., quod *cruor in ventriculo stagnans morâ, calore, & beneficio aeris, colorem facile mutat, & in albam crustam*, FUNGUM *dictam, membranam æmulantem concrescit*; Verùm si Animadversiones filamenta illa inter frustula quædam *polyposarum concretionum* retulissent, propius veritati accessissent, cum earum vasa obsidentium signa non desint, ex deductis *supra* §. 33., & scitum sit, ejusmodi poliposas concretiones *ex albicante, & fibrosa substantia* esse compactas, Offman. *Tom.* 3. *pag.* 278. §. 3. Id autem etiam fortissimum esset sanguinis à pulmone manantis indicium; Nam crebra observatione in sectione eorum, qui Hæmoptysi decesserunt, polyposas massas pulmonalibus vasis hærentes deprehendi, satis superque testantur peritissimi in arte medica viri, quos inter Offman. *Tom.* 1. *pag.* 270. §. 19., & *pag.* 330. §. 43., *Tom.* 2. *pag.* 204. §. 16., & latius *Tom.* 3. *pag.* 278. §. 5.

89 At illud verò, quod *Fungus* fuerint, prorsus est a re medica, ipsaque veritate alienum; Etsi enim sanguis, dum inflammatoria qualitate præditus est, formare interdum soleat quamdam coriaceam albam, subcærulescentem pellem Boerhaav. *de cognosc. morb. aphor.* 384.; Attamen, præterquamquod ejusmodi pellis non est discerpta in filamenta a se invicem dissoluta, sed superiorem partem sanguinis rubram concretam, quæ *insula* dicitur, unâ continuatâ consistentiâ tegit, eique semper arctissime cohæret, *Vanswiet. in d. aphor.* 384.; Profecto dum sanguis, vel ex insita sua ipsius prava qualitate, vel ex stasi in quadam corporis parte, a sua crasi in corruptionem degeneravit, jam non amplius albescentem format pellem, sed in nigrum abit colorem, sensimque in ichorem convertitur Gorter. *Medic. Dogmat. de Delir. aphor. XLVI. in not.* ibi = *si sanguis putrescit*, *NIGRUM COLOREM INDUIT*, & *de Tussi aphor. XXV. in not. ad fin.* ibi = *sanguis in pulmonibus restat, qui stagnans primo concrescit, dein in loco calido sensim CONVERTITUR IN ICHOREM*.

90 Subjungunt, sed perperam, *Animadversiones* §.16., nil interesse, *quod ardor febris ægrum adureret*; *Hæc enim lethalis dici non poterat, sed decrescere suapte natura debebat decrescente per hæmorrhagiam materia in stomacho aggesta*; Quammaximi enim esset, quamque funestum exitum præsignificaret magna illa Febris, quâ Adolescens urebatur, jam cumulate supra demonstratum fuit §. 48. 51. & 53., quibus in præsens adjungimus Heister. *Instit. Chir. par.*1. *lib.*1. *cap.*2. §.*XXI*., ubi, agendo de Febri vulneri supervenienti, eam gravem, periculosam, ac lethalem esse monet. Quod autem febris illa, rejectâ stomachum aggravante sanguinis mole, decrescere debuisset, id profecto mirifice in Animadversiones retorquetur; nam si ita res se habuisset, pari passu, ac Infirmus sanguineis ejectionibus stomachum exonerabat, & Febris ipsa remisisset; at cum ex contrario, non obstantibus repetitis, copiosisque sanguinis effluxibus, nullum inde levamen, imo potius incrementum perceperit Æger, jam nemo

nemo non intelligit, eamdem Febrim alium penitus diversum fomitem habuisse, unde potius, quam levamen, (ubi etiam falsam per hypothesin Ægrotus Hæmoptysi non laborasset) Hæmoptysis ipsa producta, ac mors brevi expectanda fuissent Van-swiet. *ad aphor.* 848. §. *Si neque Febris* ibi = *Si neque Febris remittat, nec difficultas respirationis, sed contra augeantur omnia symptomata &c. exitus in mortem prævidetur*, & prius *aphor.* 592. §. *vitio*, ubi late probat, per Febris impetum tenerrima pulmonum vascula destrui, violentamque inde Hæmoptoen nasci. Certoque certius attenta cachectica ipsius Infirmi corporis constitutione, cui Febris accedens, reliquias boni sanguinis, ipsasque vires penitus consumendo, acerbiora symptomata, ipsamque mortem funestam accersit, Offman. *Tom.* 1. *pag.*411. *§.* 28. *in fin.*, *& seq. & Tom.*6. *pag.*269. §.30. & 31.

91 Pergunt Animadversiones §. 17. advertendo, quod si sanguis erupisset ab aliquo magno Pulmonis vase, juxta Medici curæ judicium, *hoc casu sanguis prosilire debuisset ab occurrentibus hiatibus vel continuò aut saltem identidem; Attamen constat*, inquiunt, *in Facto, quod per horas* 48. *ante sanationem cessavit prorsus quæcumque sanguis excretio*; quæ *proinde ad ventriculi hæmorrhagiam, non autem ad Hæmoptysin est referenda*.

92 At (missa nunc indagine temporis inter ultimum sanguinis effluxum, ac sanationem interjecti, necnon longissimè gravioris periculi, quod ex cohibita sanguinis eruptione impendebat, quippe quia de his longior opportuniori loco redibit sermo in responsione ad alias Animadversiones, quæ has ipsas alio sub aspectu regerunt objectiones) irrito enimvero conatu Hæmoptysis excludi contenditur ex intermissa sanguinis hæmorrhagia; Quandoquidem multiplici ex capite sanguis ex disruptis, vel ulceratis Pulmonis vasis, jugiter non profluxit; PRIMO quia, ubi per patula vasa notabilis copia sanguinis exivit, ut pluries in hoc casu accidisse jam supra probatum est, debilitato inde, minutoque sanguinis impulsi impetu, eadem vasa sponte sua nonnihil contrahuntur, itaut aliquo tempore opus sit, antequam rursus tantâ sanguinis copiâ turgeant, quæ cum impetu ex iis erumpat, ut benè Manget. *Biblioth. med. Tom.*2. *verb. Hæmoptysis pag.*675. *col.*1. *num.*7. ibi = *Per intervalla redit hoc sanguinis sputum, quia ubi aperta vasa semel evacuata sunt, tunc nonnihil concidunt, itaut rursus àliquo tempore opus sit, antequam tanta sanguinis copia turgeant, quæ cum impetu ex iis erumpere possit: ea autem data, & vasis nonnihil intumescentibus iterum profluit sanguis*.

93 SECUNDO ex eo, quod sanguis in pulmonis vesiculis effusus, eas replendo, ulteriorem inhibebat sanguinis ex vasis pulmonalibus eruptionem Gorter. *Medic. Dogmat. de Tuss. §. XXIV. in not.* ibi = *Quippe si sub sanguine aer venire nequit, sanguis vesiculis contentus evacuari nequit, sed* VESICULÆ PLENÆ INHIBENT ULTERIOREM SANGUINIS EX VASIS DILATATIS ERUPTIONEM: *hinc quam diu vesiculæ manent plenæ*, ULTERIUS SANGUIS EX VASIS PULMONALIBUS EVACUARI, AUT EFFUNDI NEQVIT, & §. 43. *in not.* ibi = *Sanguis vesiculis collectus, & concretus tussiendo emitti nequit, & tamen irritando Tussim infert, & aphor.*62.*in not.* ibi = *Si nullus subtus est aer, propelli nequit sputum. Inde sputum in vesiculis hærens, vel implens totum ramum bronchiorum, tussiendo ejici nequit*, Offman. *Tom.*2. *pag.*204. §.14. ibi = *extravasatus in pulmone sanguis non facile penitus per bronchia, & asperam arteriam evehitur, sed* IN VESICULOSA SVBSTANTIA RESTITAT.

94 TERTIO ex eo, quod sanguis, cum esset densatus, & concretus, diffi-

cilem habebat e pulmone egressum in tracheam, seu asperam arteriam, VEL ob sui crassitiem intra eamdem asperam arteriam cohibitus manebat, prout evincitur ex magno, ac perseverante, imo increscente suffocationis stimulo, de quo supra §. 44., & advertit Offman. *Tom.2. pag.203. §.4., & pag.209. Observ.6. in epicr.* ibi = *Sanguis hærens in trachæa metum injiciat suffocationis*; QVARTO ob magnum Thoracis dolorem, vehementemque ejus spasmodicam convulsionem, seu palpitationem, de quibus supra, *ubi enim* [sunt verba Jacotii *apud Holler. in Coac. Hippocr. lib 5. sect.2. Comment. 1. aphor.80.*] *dolor. aliquis vehemens Thoracem affligit, aut musculi aliquo affectu imbecilliores redditi sunt, interpellatur compressio nec permittitur Thoraci, ut opus, quod adhuc agit absolvat. Mox itaque humor sublevatus relabitur in Pulmones, atque, aut intercepta respiratione interficit, aut acrimonia pulmones erodit.*

95 QVINTO ex eo, quod sæpe sæpius etiam in magnis, atque per externam vim inflictis vulneribus accidit, quod sensim sanguis coagulatur in thrombum, qui, operculi instar, apertorum vasorum orificia obturans, impedit, quominus continuò ad mortem usque pergat Hæmorrhagia, sed, post aliquod temporis intervallum, fallaciter intermissa redit eadem sanguinis eruptio, Van-swiet. *ad aphor.1151. num.3. §. Hæmorrhagiæ sæpe lethales* ibi = *Sanguis effusus coagulatus impedit ulteriorem sanguinis eruptionem*, Musitan. *Trutin. Medic. Tom.1. lib.2. cap.7. de Phthisi edit. Genev. pag.188. col.1.* ibi = *Interdum tamen quibusdam ulcus sanatum videtur, crusta superinducta, quæ levi tamen occasione decidens, morbum renovat, & ægrum ad pristinum reducit statum.* Ettmuller. *Oper. Tom.1. de Hæmoptysi pag.880. in init.* ibi = *Quando sanguis hærens jam extra vasa evacuandus fuit, & vulnusculum sponte sua se occlusit, vel à grumo sanguinis obturatum fuit, cessasse tunc ad tempus expuitionem sanguineam; quando verò vel ex nimio motu, vel plus minus turgescendo massa sanguinea &c., vel aliunde pulmones motu acuto infestati fuere, tunc levis illa vulnusculi occlusio de facili hiare iterum potuit, & hinc de novo sanguinem stillare.*

96 SEXTO demum ex ingenti, summaque virium prostratione, quâ Infirmus ferme confectus erat, *ex supradeductis*; Cum enim sit contra leges hydraulicas, liquorem attolli sursum per canalem amplum, ut est aspera arteria, nisi magna subtus vis eum sursum evehat, atque hæc eadem vis nonnisi in spasmodico motu, ac robore, & vigore fibrarum motricium consistat, ut post Borellum, aliosque Offman. *Tom.8. pag.213. §.42.*, profecto, exhaustis viribus, langueret simul necesse erat fibrarum motus, atque ad ejusmodi resistentiam superandam, moliendumque, absolvendumq; supernæ ejectionis negotium plane redderetur ineptus, Van-swiet. *ad aphor.901. post init.* ibi = *educi nequit sputum de pectore ob debilitatem ægri, vel ob dolorem summum &c. vires adeo projectæ sunt, ut excerni nequeat illud, quod in Pulmone coacervatur.* Vnde Jacotius *loc. proximo citat.* ita inquit = *Ergo cum viribus opus sit &c. frequentissime contingit, per affectus Thoracis ægros mori propter imbecillitatem virium.*

97 AC DENIQUE ex eo, quod sanguis in Pulmone restitans attenuatus erat *in ichorem*, qui foras extrudi non solet, sed à venosis Pulmonum vasis absorberi, ac sanguini mixtus Hecticam febrim producere, ut scitè advertit Gorter. *loc. cit. aphor. 25. in not. ad fin.* ibi = *sanguis stagnans primò concrescit, dein in loco calido sensim convertitur in ichorem, ita attenuatus sanguis in ichorem rarò expuitur, sed à vasis venosis pulmonum absorbetur, & inde generatur Febris hectica*, & bene Van-swiet. *ad aphor. 1002. §.1.*,

ubi,

ubi, quod facta suppuratione, licet Pulmo purulenta labe consumatur, nulla tamen accidit Hæmorrhagia. His consequenter tantum abest, intermissam sanguinis eruptionem quoquo modo Hæmoptysin excludere, aut obscurare, ut ex contrario multo gravius, summumque periculum portenderet.

98 Jam verò ex hactenus deductis omnia ad unum refutata penitus manent Animadversionum argumenta, quæ sive ad astruendam ventriculi Hæmorrhagiam, sive ad labefactandam Hæmoptysis probationem ingeniosissime excogitata fuerunt, Verum enim verò, ut omnis caligo clarissimo veritatis lumine usquequaque discutiatur, præstantissimorum Suffragantium oculis breviter subjicimus notas characteristicas, quibus *Hæmorrhagia ventriculi ab Hæmoptysi*, omni dubitatione summota discernitur. In Hæmorrhagia quippe ventriculi: 1., sanguinis eruptio fit cum spastico, & gravativo ventriculi, & præcordiorum dolore compressorio: 2., percipitur ardor, & æstus in regione epigastrica, seu in abdomine: 3., cum nausea sanguis effertur, & in deglutiendo mordacitas percipitur: 4., vomitus fit cum anxio conatu sine Tussi: 5., pauca sanguinis copia protruditur: 6. comes sæpissime accedit Lipothymia, seu animi deliquium: 7., simul cum sanguine evomitur modò cibus, modò pituita, aut bilis: 8., causæ, quod præcipuum est Diagnoseos fundamentum, prægressæ fuere ventriculum afficientes: præcesserunt: 1. angustiæ, & anxietates præcordiorum, cum molestis, & gravativis tensionibus, ac suspiriosis passionibus: 2. spastica pathemata in hypochondrio sinistro: 3., nonnunquam vomibunda rejectio ciborum antecedit: 4., diuque antea sive Cardialgia afflixit ægrotum, sive de depravato ventriculo, imprimis repleto ab assumptis cibis, ejusdem ægroti quærela præcessit; ac denique, missis aliis, tempore intercedentis quietis sensim in stomachum colligi sentitur sanguis, qui deinde novo succedente conatu rejicitur.

99 Colliguntur hæc omnia ex Junckero *conspect. Medic. Theor. pract. Tabul. VIII. De Hæmoptysi* §. II. *num.* 3. ibi = *per vomitum cruentum excernitur sanguis .... sub anxio vomendi conamine, & sine ulla Tussi, & Tab. IX. de vomitu cruento* §. III. *num.* 1. *& seqq.* ibi = *Præcedunt angustiæ, & anxietates præcordiorum, cum tensionibus, & valde gravativis suspiriosis pressionibus. Præcipuè spastica pathemata in hypochondrio sinistro per intervalla insultant, quæ interdum cum vertigine, lypothymia, & deliriis conjuncta sunt. Succedit nausea &c. Sanguinem nonnunquam vomibunda rejectio ciborum antecedit. Tempore intercedentis quietis sensim in stomachum colligi sentitur sanguis, qui deinde novis succedentibus conatibus evacuatur*, Mustan. *Trutin. Medic. lib.* 2. *cap.* 6. *de sanguin. sput. Edit. Genev. pagin.* 178. *col.* 1. *§. Signa* ibi = *variis cognoscitur modis; si enim à ventriculo deferatur... aderit nausea, & evomitur interdum cibis interdum pituita, aut bili commixtis, absque Tussi*, River. *Prax. Medic. lib.* 9. *cap.* 8. *de Vomitu sanguin. tom.* 2. *Edict. Venet. pag.* 290. ibi = *si ex ipso ventriculo sanguis effundatur.... minor est illius copia; graciles enim sunt stomachi venæ: cum nausea sanguis effertur, ac in deglutiendo mordacitas percipitur. Tum sanguis aliquando cum cibo, aliquando cum bile, vel pituita mixtus ejicitur* Tozzi *in Hippocr. lib.* 7. *aph.* 37. *§. Erit tamen* ibi = *Conjiciemus autem de grumis ventriculum occupantibus à pondere, laxitate, anxietate, & ciborum fastidio... aliisque symptomatibus epigastricam regionem molestantibus*, Offman. *oper. tom.* 1. *pag.* 327. §. 32., ubi de ventriculi hæmorrhagia hæc habet = *dissiliunt in sinistra ventriculi parte vasa sic dicta brevia ab irruente copiosius cruore &c. cognoscitur hic morbus ex inappetentia,*

animi dejectione, magna circa præcordia anxietate, vomituritione ad animi usque deliquium, ardore, ac æstu in regionis epigastricæ sinistro maxime latere, & tom. 2. *de vomitu cruento pag.* 212. *in fin.*, *& seq.* ibi = *ex ventriculo cruor .... modo cum phlegmate insipido, acido, aut viscido mixtus. Antecedit hunc sanguinis vomitum ut plurimum punctorius, & tensivus hypochondrii sinistri dolor, & ipsa eruptio nunquam fere non cum præcordiorum anxietate, & dolore compressorio, necnon constrictione in hoc latere jungitur, atque etiam nullum sanguinis profluvium tam facile, ac sæpe lypothymiam habet comitem, quam hoc, præsertim quando cruor graveolens, corruptus exit*, *& pag.* 214. §. 13. ibi = *spasticus, & gravativus ventriculi dolor ut plurimum cum ardore sanguinis vomitui jungitur*, Forest: *de Pector. pulmonisque morbis tom.* 2. *lib.* 16. *observat.* 24. *num.* 12. *Edit. Rothomagen. pag.* 187. *col.* 1. ibi = *sanguis enim si è stomacho educatur, præterquamquod vomitione excernitur, non magna est sanguinis eruptio; graciles etenim sunt stomachi venæ, ut inquit Aetius, & cum nausea quoque sanguis effertur, ac in degluttiendo mordacitas percipitur, maximè &c.*, *& sanguis quoque aliquando cum cibo, modo etiam cum pituita, aut bile permixtus effertur*, Cortes: *pract. Medic. part.* 2. *de nausea, & vomitu cap.* 12. *pag.* 131. *lit. E. col.* 1. ibi = *opus est animadvertere, quod quando sanguis à ventriculo exit, dolor aliquis, vel aliqua mala ventriculi affectio adest, aut jam præcessit.*

100 Tantum verò abest, ut in casu, de quo agitur, hactenus memorata symptomata sanguinis eruptionem sive præcesserint, sivè comitata, aut demum secuta fuerint, ut contra *ex toto Summario* penitus abfuisse constet; Imo vero ejusmodi prava ventriculi affectio prorsus exclusa remanet ex *Lactis potu*, quo idem Adolescens pluries diu usus fuit, & etiam post penultimam morbi aggressionem ex Medici judicio denuo uti cæpisset, nisi sat cito in eumdem morbum recidisset. Neminem siquidem latet, ventriculum infirmum, & atoniâ laborantem nullo modo lac ferre, concoquere, digerere, iterumque expellere posse, sed hostile ex eo pati coagulum, unde pessima suscitantur symptomata, Offman. *tom.* 1. *pag.* 252. §. 10. *& in schol.*, *tom.* 2. *pag.* 180. §. 12., *& tom.* 6. *pag.* 6. *num.* 39. *& pag.* 10. Ex contrario verò tum causæ prægressæ, tum omnia, quæ observata fuerunt, morbi symptomata, sanguinem revera è pulmone prodiisse cum imminenti Ægroti vitæ periculo, apertissime summa consensione testantur; de quibus late egimus *supra ex* §. 29. *ad* 49.

101 Ex hactenus cumulatè deductis, jam funditus eversis argumentis exadverso propositis ad astruendam Hæmorrhagiam ventriculi, simul quoque sublata remanent, quæ Animadversiones §. 18., *& seqq.* huic hypothesi innixæ subjiciunt de ejusdem morbi levitate, veluti quæ ubi etiam subsisteret, applicari non posset ad casum nostrum, in quo agitur de Hæmoptysi. Verum, ut omnino omnis usquequaque refutata remaneat objectio, extra hujus Causæ necessitatem, pauca addere lubet de ventriculi Hæmorrhagia.

102 Plane *Hæmorrhagia ventriculi*, quæ aliàs *Vomitus cruentus* Medicis dicitur, tametsi non omnibus mortem afferat, semper tamen gravis est morbus, & periculo non vacat, Offman. *tom.* 1. *pag.* 296. §. 22. ibi = *Neque ipse vomitus cruentus sine discrimine considerandus, & excipiendus est*, & jam primum docuit Hippocrat. *lib.* 4. *aphor.* 25. ibi = *Sanguinem quidem supra ferri, qualiscumque sit, malum*; Imo verò sive ipsa per sese spectetur *sanguinis Hæmorrhagia*; sive pars affecta, *Ventriculus*, quo, ob tot plicas, valvulas, flexuras, & anfractus, nulla corporis pars est promptior, & facilior ad stases sanguinis inflammatorias, & valde funestas; sive per-

ve perpendantur *comitantia symptomata*; aut demùm *subjectum ægrotans*, ejusmodique *morbi exitus*; Porrò nedum gravis morbus est, sed vix eâ periculosior alia, Offman. *tom.2. de vomitu cruento pag.* 214. §. 15. ibi = *Periculum quidem, quod morbus hic inducit, non in omnibus idem, ID VERO CERTUM, VIX ULLAM HÆMORRHAGIAM PERICULOSIOREM ESSE HAC, & dicta pagin. col.2. §. 1. eam horrendum, & gravem morbum*, vocat, & prius *tom. 1. pag.* 341. ibi = *Si inter ventriculi exquisitissimi sensus membranas forte subsistit cruor, & ibi corrumpitur, aut coagulatur, periculosa ejus inflammatio, vel hectica febris emergit. Aut si etiam erumpit, vasa tamen brevia nimium ante distenta, tam enormi laceratione, imprimis &c.; dehiscunt, ut iterum coalescere nequeant, & vomitus copiosus, sapiùsque repetens mortem inferat* = cui consentit san. mem. Benedictus XIV. *lib.4. par.1. cap. 16. num. 9.* ibi = *Hæmorrhagia, quæ fit ex vomitu cruento*, CÆTERIS EST PERICULOSIOR.

103 Concinunt idipsum Manget. *Biblioth. med. tom.4. verb. vomitus pag.*946. *col.*1. ibi = *Affectus, quo Juvenis vita periculo exponitur, dicitur vomitus cruentus*, MALUM MAXIME CALAMITOSUM, QUO NULLUM PRÆSENTIUS VITÆ FLAMMAM EXTINGUERE, ET ADVENTANTEM QUASI MORTEM MAGIS OCULIS SUBJICERE VALET, Riverius *prax. Medic. tom. 2. lib. 9. cap.8. pag.*290. *col.*1. ibi = *Quoad Prognosin spectat, vomitus sanguinis a quacumque causa oriatur, non est expers periculi; vel enim ex nimia sanguinis effusione mortis subitaneæ periculum imminet, vel si in ventriculo grumescat, corrumpatur, & putrescat, lipothymias, syncopen, & suffocationes parit.* Juncker. *Conspect. Medic. Tabul.*9. *de vomitu cruento* §. *VI. num.*1. ibi = *vomitus cruentus periculo non vacat*; & *num.*3. ibi = *Si per vomitum non omnis in ventriculum sanguis ejaculatur, tum ibi stagnans facile abit in putrefactionem, unde talia symptomata proveniunt, quæ vix à veneno adsumpto expectanda essent*, Allen. *Synops. univers. Medic. par.1. cap.6. pag.*217. *Edict. Venet. art.* 597. ibi = *Ipse ventriculus quandoque gravissimis Hæmorrhagiis obnoxius est. Et revera vomitus sanguinis* A QUACUMQUE CAUSA ORIATUR, PERICULO HAUD VACAT. *Nimia sanguinis ejusmodi effusio intra ventriculi parietes, vel extra corpus ejectio, mortem subitaneam interdum infert, vel si sanguis in ventriculo extravasatus restat, ibidem grumescere solet, & corrumpi, inde graves lipothymiæ, & suffocationes creantur*; & de facillima sanguinis stasi in ventriculo, pessimisque inde propullulantibus effectibus Offman. *tom.*1. *pag.*48. §.8. *in schol.*, & *pag*·179. §.12. *in schol.*

104 Multo profectò gravior, attentâ eâ maxima sanguinis, qui excernebatur, corruptione, ut ex ejus tetro halitu afflati Adstantes in animi plane deliquium inciderent, *Summario* præsertim *pag.*12. §.59. *pag.*30. §. 169., & *pag* 38. §.214. *Quid enim fict* [rectè hisce verbis exclamat Van-swiet. *ad aphor.*85. §. *Si quis quamvis sanissimus*] *miseris illis, quibus circa ventriculum putridus talis fomes hæret, per interna corporis putrida hæc miasmata dispergens?* & *in* §. *Graveolentiam ad fin.* & *ad aphoris.*722. *ad fin.* Hancque putridam sanguinis corruptionem perpendens *Offmanus*, tam maximi eam esse monet, ut vel sola ad vitales in corpore motus destruendos, ipsamque celerrimè mortem inducendam sufficiat *Tom.2. pag. 216. observ. 2. in epicris.*, & *Tom* 3. *pag.*144. §.32. ibi = *Omnis fætidus vomitus, quia internam corruptionem indicat, mali ominis est*. Magis verò, dum sanguinis supernæ ejectioni per os juncta fuit ea per inferius pessimæ quoque, & corruptæ qualitatis; Id quod præclarè patefaceret, magnam delituisse corruptionem in quodam viscere sanguineo

guineo corruptamque simul fuisse ipsius ventriculi substantiam, Offman. *loc. cit. pag.217. observ. 4. in epicris.* ibi = *Nigredo autem sanguinis intimam omnino corruptionem ejus indicat &c. Neque etiam alia ex causa, nigri, & picei coloris cruorem, qui per anum in ejusmodi affectibus fertur quàm ex valde corrupto in viscere quodam sanguine, totius massæ instar fermenti, texturam invertente, petendam esse arbitror, & pag.*212. §.3. testatur, in sectione cadaverum hoc morbo defunctorum deprehendi ventriculi vasa varicosa, & nigro sanguine distenta *corrupta simul ibi ipsius venticuli substantia*.

105 Longèque gravius, longèque certius periculum imminebat ex magna illa, quæ cruentam sanguinis ejectionem comitabatur, Febri, *ex supra probatis*; Hæc namque, nedum viscerum aliquam inflammationem, humorumque effervescentiam evidenter ostendit, sed ob majorem, quem ad affectam, & irritatam partem proritat sanguinis effluxum, curationisque difficultatem, quam auget in immensum, semper pessima est, semperque, tametsi ex ventriculo sanguis erumpat, summum minatur periculum. Monet id inprimis medicæ scholæ Magister Hippocrates *lib.7. aphor.37.* his verbis = *Quicumque evomunt sanguinem*, *SI CUM FEBRE, MALUM*, quem communiter amplectuntur Holler. cum Jacotio in *Comment. od d. aphor.* 37. ibi = *Si verò vomitus contingat cum febre, indicat gravem inflammatisnem aut venæ erosionem, vel ruptionem*, & *in Schol.* ibi = *Sanguinem qualemcumque supra ferri malum &c. Sanguinis ille vomitus, qui in febre accidit, ferè manat a jecore, aut liene, aut vicinis partibus gravi aliquo affectu laborantibus, à quibus fertur in ventriculum. Potest quoque vomitus sanguinis cum febre ortum habere ab ulcere ventriculi, aut inflammatione ejusdem, sed tamen a quacumque causa, aut loco ortum habeat vomitus hic cum febre, majus malum est &c.* = Mussitan. *Trutin Medic. Tom. 1. lib.2. cap.6. verb. Prognosis pag.*180. *col.*1. *ad fin.* ibi = *Vomitus sanguinis cum febre, perniciosum signum judicatur*, Sennert. *Oper. Tom.3. lib.3. part.1. sect.2. cap.* 12. §. *Prognostica pag.*403. *col.*2. ibi = *Quicumque sanguinem vomunt cum febre, malum; Viscerum enim aliquam inflammationem hoc significat*, aliisque prætermissis, Offman. *de vomit. cruent. Tom.2. pag.*214. §. 15. & prius *Tom.1. pag.*411 §.29. ubi generaliter de Febribus hæc habet = *dum ad affectam, & irritatam partem sanguinis majorem affluxum proritant, inflammationem, ipsamque postea sphacelationem inducunt*.

106 Augebaturque morbi gravitas ex fontica illa impura, pravaque, quam Infirmus a natura duxit, sanguinis, aliorumque humorum crasi, ingenitaque corporis morbosa compage, *ex supra deductis*; Antequam enim sanguini, cæterisque liquidis temperies & puritas, solidisque partibus tonus ac robur conciliarentur; id quod, vel omnino non, vel certe nonnisi curatione diu protracta obtineri poterat, Juncker. *cit. Tract. Tab. IV. de Caco, chym.* §. *VI.n.* 1. Van-swiet. *ad aphor.* 1056 §. *Simul*, & bene Sydenham. *oper. p.*576 ibi = *corporis habitus omnis alio traducendus est, atq; homo integer nova quasi incude refingendus*; Plane vanum prorsus erat, cruenti vomitus sanationem, mali fomite permanente, sperare, sed si cita inde mors non venisset, utique ex cruore in vasis stagnante metuendus omnino erat Sphacelus, aut minimùm expeditus fuisset in Hydropem transitus, ad monita per Offman. *Tom.2. pag.*215. §. 11.; eoque indubitantius, attenta Febri, ut *idem Auctor Tom.1. pag.*319. §.3. ibi = *omnia longe deteriora fiunt, & cum majori periculo eveniunt, si febris apprehendit corpus, cujus vasa sanguine, & humoribus impuris, sive &c. jam antea imbutis farta sunt: quippe*

pectum major adhuc partium, quæ mixturam sanguinis constituunt, dissolutio corruptiva metuenda est.

107 Quamplura ad ejusdem Hæmorrhagiæ ventriculi gravitatem magis magisque confirmandam in promptu haberemus addenda, sed, ne longiores simus, breviter dumtaxat attingimus subitam ingestorum ejectionem = *nel prender l'acqua, e condito, non poteva ritenere nè l'una, nè l'altro, e subito lo ributtava* Sum. *pag.13. §.68., alibique*; ex qua, defraudato corpore necessario alimento, proxima lethalis expectanda erat atrophia, Boerhaav. *aphor 656.*, ibique *Van-swieten.* Itemque magnos illos vomendi nisus, ac suffocationis stimulos = *avevo de stimoli grandi, e suffocazione, e voglia di reverseiare pag.5. §.22. & §.118.*, ex ejusmodi autem vomendi conatu, cum ageretur de corpore *infermiccio offeso nel petto da più anni antecedenti* pag.22. §.127., *omnino sanguinis, & humorum affluxus, ad partes superiores, caput, & pectus, urgetur, quæ, si... jam jam imbecilliores reddita, ex facili inde labem contrahunt, & pristinæ ægritudines recrudescentes, longe gravius, quàm antea, infestant*, prout totidem verbis advertit Offman. *Tom.8. pag.103. post init.*

108 Quid illa alia sæva pathemata Ægrotum dirè torquentia: ingens anxietas, anhelaque cum suffocationis sensu respiratio, pectoris vehemens palpitatio, cæteraque superius memorata, nisi, præter ipsum ventriculum, pulmones quoque, pectus, aliasque corporis partes jam certo certius pessime affectas, in summumque proinde ac propinquum discrimen rem adductam fuisse, in præsentia, & ante oculos proponebant? ex *auctoritatibus supra cumulatis*.

109 Quid? quod agebatur de Adolescente, qui intra proximum biennium cum dimidio circiter morbis conflictatus fuerat, præcipuè vero paucis antea diebus plures, easque copiosas passus fuerat supernas sanguinis profusiones, imo tunc, cùm postrema hæc aggressio accessit, non modo valetudinarius erat, sed jam dudum lenta Febri correptus, *ex supra probatis*; Morbi siquidem, qui corpora præcedentibus morbis fatigata invadunt, longè deterioris conditionis sunt, in mortalemque ægros perniciem conjiciunt; quemadmodum nedum ratione comprehenditur, sed certa experientia constat; *eo quod* (sunt verba Offmanni *Tom.1. pag.355. §.33.*) *natura à primo morbo fatigata, secundum vix sustinere potest*, & prius docuit Hippocrates *de affect.cap.6.* & Zacch. *Tom.3.Consf.30. num.6.* ibi = *Cum quotidiana experientia constet necessario eos perire, qui magno morbo post alium morbum corripiuntur; effætis enim jam viribus, ac spiritibus melioribus absumptis, amplius cum morbo luctari natura non potest, atque ea de causa morbi recidivantes magis, quam ab initio urgent.*

110 Quid demùm? quod, vires per antegressas valetudines attritas superveniens hæc Hæmorrhagia jam inde ab ejus initio, penitus exhausit, *ex supra deductis*; Ejusmodi autem ingens virium prostratio, non modò succorum impuritatem, pravamque sanguinis dyscrasiam, ac morbi gravitatem clarissimè manifestabat. Offman. *Tom.2. pag.214. §.19., & Tom.6. pag.188. §.26. in fin.*, sed præcipitantem, vel jacentem potius naturam ostendebat, omnemque sanationis spem præcidebat, *consumptis viribus, nihil amplius opis, nihil artis in Medico est:* sunt verba ejusdem Auctoris *Tom.3. pag.273. §.4.*

111 Quid denique? quod morbus de natura, remediisque triumphans, sine ullo prorsus levamine, imo cum symptomatum intensione, decurrere pergebat in pejus, *ex probatis supra*; *In quacumque enim ægritudine* (exclamat Gor-

Gordonius *in lilio Medicin. part. 4. cap. 9.) si Medicus recte operetur, si Patiens propter medicamina non allevietur, sed potius aggravetur, SIGNUM EST PESSIMUM, ET MORTALE.*

112 Exuperant, nedum sufficiunt, hucusque de Hæmorrhagiæ ventriculi gravitate deducta, quæ profecto labefactari quoquo modo non possunt ex iis, quæ tradunt Coschwitz, & Offmannus *in Animadversionibus* §. 18. *&* 19. allegati; *Primus* enim, cujus verba ibidem referuntur, loquitur de spontanea sanguinis è ventriculo eruptione per simplicem anastomosin, seu dilatationem ejus tenuium vasorum sese per spasticam constrictionem exonerantium sanguine redundante, ac ibidem infarcto, sine tamen Febri, aut ullo alio pravo comitante symptomate *Offmannus* verò, cujus verba ibidem reticentur, loquitur de vomitu cruento simpliciter, & dumtaxat producto ex aëris vitio, ob subitas, & multiplices ejus vicissitudines: nulla, neque Febris, neque alterius pravi symptomatis facta accessione, imo sine virium debilitate; cujusmodi vomitum etsi mortem non induxisse asserat, cæteroquin tamen gravem, ac periculosum fuisse non negat, ut habetur ex ejus verbis *Tom.* 2. *pag.* 213. §. 12. = *Minoris periculi fuit ille cruentus vomitus, quem superiori anno Matrisburgi frequenter observavi. Licet enim cruor bruno-nigricans, ad aliquot mensuras, in plebeiis maxime feminis, ac viris eructaretur*, PRÆTER VIRIUM DEBILITATEM, *vita tamen fuit superstes*, & ibidem *in nota marginali* hæc habet = *ex aeris vitio non adeo periculosus*.

113 Plane non negamus, quandoque vomitum cruentum vitæ periculum non intendere, sed id dicimus, constanterque tuemur, ejusdem morbi prognosin, non tantum in genere ex morbi indole, & principiis anatomico-mechanico-medicis, promendam esse, verum *in specie* ex penitus cognitis perspectisque causis morbificis: naturâ Individui morbo laborantis: ejusque corporis *tum* habitu, *tum* sanguinis humorumque temperie, *tum* viribus: symptomatum, quibus stipatus est, natura, & syndrome: morbis prægressis, adiarumque observatarum circumstantiarum complexu; cum certissima tum theoria, tum praxis edoceant, unum, eumdemque morbum, ex una licet, eademque causa productum, pro corporum, ac symptomatum diversitate, mirùm variare, longeque diversissimam faciem ratione periculi, & salutis, exhibere, ut late Offman. *Tom.* 1. *pag.* 148. *& seq.*, *pag.* 286., *& seqq.*, *& in not. ad Consil. Poter. Tom.* 7. *pag.* 40. *col.* 2. *lit. a.*. Hisce autem omnibus diligenter in casu nostro perpensis, de vomitus cruenti gravitate, maximoque periculo, nemini dubium esse potest, *ex rationibus, & auctoritatibus supra cumulatis*.

114 Sed hæc hactenus de Hæmorrhagia ventriculi, quæ penitus tamen sunt extranea à casu nostro, in quo, non jam de ea agi, sed quidem *de Hæmorrhagia Pulmonis*, tam est in Facto, ac re medica, exploratum, quàm quod exploratissimum. Ut autem eo revertamur, unde, præter hujus Causæ necessitatem, latè, atquè longè vagati fuimus; profecto omittere libenter poterant Animadversiones §. 20. *&* 21., quod Postulatores morbum non referant, *aut ad Phthisin, aut ad Sphacelum*; Non enim Postulatores exhibent Titulum Miraculi = *Sanationis a Phthisi, aut Sphacelo*; Dicunt tamen, & merito quidem, ac jure, quod si Phthiseos, aut Sphaceli morbus non erat omnibus suis numeris expletus, plures tamen gradus ad eum jacti erant, & propius nihil est factum, quam ut Phthisis, aut Sphacelus penitus perficeretur, quemadmodum luculenter evincitur *ex supra cumulatè probatis, aliisque infra deducendis*, quibus in præsens addimus ponderosum Medici curæ judicium *Sum. pag.* 26. *post init.*, *& pag.* 27. §.155.

§. 155. ibi = *Io giudicai, che era proſſimo di poi l'Infermo a buttar della marcia . . . perche il ſangue eſſendo putrido, era ſin da quel tempo diſpoſto a paſſar in marcia, e formar la piaga ne' Polmoni in quella parte, dove erano rotti i vaſi*, & præmonuit Offman. *Tom. 6. pag.* 124. §. 29. ibi = *ſanguis ejuſmodi impuritatibus repletus quam facile labitur in putredinem . . . . non itaque mirum videri poterit, quare ex leviſſima cauſa ſanguis in partibus ſubſiſtens in putredinem ſphaceloſam mortiferam abeat*. Hinc ſi aliqui Teſtes morbum ad Phthiſin, vel Sphacelum, ex Medici judicio, referunt, nemo eum, eoſve naſo ſuſpendat adunco; nam, ut bene inquit Galenus *Comment. 4. in Hippocr. de Artic. apud Charter. Tom. 12. pag. 437.* = *Abutimur interdum vicinorum affectuum nominibus ad eos ſignificandos, qui ad hos quidem accedunt, neque tamen ex toto ipſorum ſpeciem, & naturam habent. Sic igitur, & maximam inflammationem, quando non amplius ſuum colorem ſervat, nec dolorem, interdum Gangrænam nominamus, quamvis nondum exacte gangræna ſit, futura tamen paulo poſt, ſi negligatur*.

115 Omitti quoque exadverſo poterat, quod quantitas ſanguinis excreti tanta non fuerit, quæ certam mortem afferret, ut *Animadverſiones* §. 22. & *ſeq.* Præterquam quod enim quantitas ſanguinis ejecti non eſt ipſa ſpectanda per ſeſe, & in genere, ſed quidem in concreto caſus, conſideratâ ſingulari idioſyncraſia Patientis, habitaque ratione ejus virium, quæ admodum effætæ erant tum ob prægreſſas ægritudines, tum etiam ob plures, quas paucis antea diebus paſſus fuit copioſas Hæmorrhagias, & venæ ſectiones; Exploratum ſiquidem in re medica eſt, quod pro corporum diverſitate, alter profuſiſſimæ cruoris eruptioni ſuperſtes maneat, alter verò ex pauculo effuſo ſanguine occumbat, ad notata per Van-swiet. *ad aphor.* 172., unde rectè monuit Celſus *lib. 2. Cap.* 10. *pag.* 78. = *intereſt enim, non quæ ætas ſit, ſed quæ vires ſint. Cum præcipue in hoc ars ſit, quæ non annos numeret, ſed vires æſtimet, & ex eo colligat, poſſit, necne, ſupereſſe*; cujus monitum extollit idem Van-swiet. *ad aphor.* 610. §. *Quamvis*.

116 Verùm in caſu, de quo agitur, morbi gravitas non tam ſita eſt in ingenti copia ſanguinis extruſi, ſed in difficultate conſolidationis diſciſſorum, vel exulceratorum vaſorum pulmonis; unde vel novæ ſanguinis repetere debeant eruptiones cum Ægroti pernicie, vel, eo ſupreſſo Ulcus pulmonis, Tabes, ſeu Phthiſis, & mors ipſa omnino conſecutura erant, quemadmodum ex communi Medicorum ſententia pleniſſime probavimus *ſupra* §. 54., ad quæ remiſſivè nos habemus.

117 Nec quicquam in contrarium urgent auctoritates in Animadverſionibus §. 23. allegatæ; Eæ enim ad unam omnes non agunt de Hæmoptyſi, multoque minus de ea pravis ſymptomatibus ſtipata, ideoque penitus ſunt à noſtra Facti ſpecie extraneæ. Prætereaque ad exuberantiam addimus, quod non loquuntur de ſecuta naturaliter in inſtanti morbi ſanatione, una ſimul cum virium recuperatione, ſed dumtaxat, quod vita fuerit ſuperſtes; aliud eſt enim, vitam fuiſſe ſuperſtitem, permanente & morbo, & virium debilitate, uſque quo paulatim, & ſucceſſivè alter depulſus, alteræ refocillatæ fuerint: aliud verò, atque aliud, non modo vitam fuiſſe ſuperſtitem, ſed morbum repente ſublatum, ſimulque vires amiſſas in inſtanti redintegratas; ut per ſeſe ſuis cuique ſenſibus facile percipitur.

118 Minuſque obſtant exempla ex hiſce Beatificationum Cauſis petita: alterum *Approbationis*, alterum *Rejectionis* Miraculi, ibidem §. 24. & 25. ſubjecta; quandoquidem eorum alterum longiſſime extra caſum noſtrum vagatur: alterum verò potius egregie huc uſque deducta confirmat. Sic profectò à caſu, de quo agitur, plurimum diſtat allegatum exemplum rejectio-

nis Miraculi *in Causa Limana tunc B.*, *nunc S. Thuribii*; In eo siquidem agebatur de simplici *Hæmorrhagia narium*, nullo gravi comitante phænomeno: constituto dumtaxat Miraculi fundamento in effusione trium librarum sanguinis intra spatium octo, vel decem horarum; & quia, præter effluxi sanguinis quantitatem, quæ maxima visa non fuit respectu Adolescentis, consideratum fuit, morbum in se ipsum gravem non fuisse, tum ex eo, quod in adolescentiæ ætate ejusmodi sanguinis per narium venas profusiones valde sint salutares, Offman. *Tom. 1. pag. 346. §. 26.*, tum etiam, quod sanguinis per nares profluvium ex facili compescatur; Accedebatque, quod ex eadem sanguinis effusione ægrotus (contra atque Animadversiones supponunt) debilitatem virium non contraxerat, pluraque præterea adhibita fuerant efficacia remedia, ac denique non constabat de repentina sanatione; itaut omnia, juxta naturam, in ea sanatione processerint; Idcirco jure inter Miracula recensita non fuit; prout de his omnibus perspicuum perhibet testimonium sa. me. Benedictus XIV., qui tunc Promotoris Fidei munere fungebatur *Oper. Tom. 4. part. 1. cap. 16. sub num. 20.* ibi = *Consideravit Fidei Promotor*, *ex ea sanguinis emissione per nares ægrum* DEBILITATEM VIRIUM NON CONTRAXISSE. *Addidit plura adhibita fuisse medicamina &c. Ipse ad Fidei Promotoratum assumptus adhæsi Animadversionibus Prædecessoris. Addidi*, NON CONSTARE DE REPENTINA SANATIONE, *atque adeo* NE DE GRAVITATE QUIDEM MORBI *&c. Joannes Fossombronus Medicus electus sensit*, OMNIA JUXTA NATURAM IN EA SANATIONE PROCESSISSE. *Quapropter ea sanatio non fuit inter Miracula recensita*. Ecquisnam non internoscit discrimen, quod maximum intercedit, inter eumdem casum, & hunc, in quo versamur?

119 Maximopere verò nobis favet alterum exemplum Approbationis Miraculi *in Causa tunc Ven.*, *nunc B. Joannis de Prado*; Fundamentum siquidem ejus approbationis, non tam constitutum fuit in tanta effusi sanguinis copia, quæ vitam necessario exhausisset, quam præcipuè in difficili consolidatione vasorum ruptorum, ex quibus vel novum effusionis periculum imminebat, vel, eo cessante, imminens fuisset mordi transitus in Phthisin, aut Hydropem, prout testatur idem laudatus Pontifex *loc. citat.* ibi = *Emmanuel Lopez in sua consultatione Medica ex magna copia sanguinis effusi, & ex duratione per octo dies colligi posse putavit, vas aliquod ruptum fuisse, sanguinisque profluvium ex rupto vase in pulmone manasse, & sic imminens fuisse periculum mortis, Phthisis, aut Hydropis &c. Lancisius adnotandum censuit primo non modicam, sed magnam copiam sanguinis effluxisse, idque non semel, & sic sanguinem non a venis, sed ab arteriis prodiisse, & sanguinem, utpote ab arteriis facilius fluentem, quàm a venis, difficilius sisti*; & quia idem Pontifex tunc Promotor Fidei opposuerat, *causam ignorari, a qua manaverat vomitus sanguinis*, respondit celeberrimus Lancisius, quod *si sputum cruentum fuit ab aspera arteria, & a pulmonibus, transitum imminuisse in Phthisin, juxtà effatum Hippocratis* = A sanguinis sputo puris sputum, a puris sputo Phthisis = *si verò à solis faucibus erat, cum sæpe in die, & magna copia effluerel, non modicam illius portionem per æsophagum in ventriculum debuisse necessario descendere, & in eo acorem contrahere, sanguinemque in grumos coactum quodammodo naturam veneni assumere &c., quinimmo fieri vix potuisse, quin in eo loco, unde sanguis è faucibus effluebat, Ulcus, verruca &c. subnasceretur. Ex his autem, & aliis, de gravitate morbi dubitari non posse, nec de aliorum imminentium morborum periculo, qui naturaliter ab Hæmoptysi tanquam ejus fonte, uti rivuli, fluere*

fluere debuissent. Si hæc clar. *Lopez*, ac summus ille in arte medica vir *Lancisius*, tametsi ægrotus, neque ingenitâ humorum dyscrasiâ, neque vetustâ solidarum partium atoniâ laboraret, neque Febri, neque Tussi, spirandi angustia, aliove gravi symptomate urgeretur; imo tametsi, per ejus provectam ætatem, non esset ad Phthisin dispositus; nam ut, *post Hippocrat.*, monet Offman. *Tom.6. pag.*108. *§*.20. = *qui ætate magis sunt provecti Phthisi non facile implicantur*; quid de morbo *Adolescentis De Vivis*, magna Febri, continua, profundaque Tussi, quæ pulmonem immaniter dilaniabat, magisque atque magis vulnus amplificabat, aliorumque pluries memoratorum gravissimorum pathematum comitatu circum undique obsesso? Quid accedente Inflammatione, spectataque prava corporis, sanguinis, aliorumque humorum temperie, & constitutione? Quid de Adolescente, per dimidium cum dimidio circiter antea, gravibus morbis implicato, infirmo, languido, confecto, & intabescenti? Quid de paucis ante diebus plures largifluas pessimis sociatas phænomenis passo sanguinis effusiones? Quid rursus de Adolescente, qui ex naturali ejus temperamento, ex ætate, ex pulmonum atonia, ex contagio contracto, ex morbis prægressis, ex comitantibus signis, in extremo Phthiseos periculo versabatur? Quid, quod non modo sanguinis fluxus, vix facta invocatione cessavit, sed morbus omnis, omniaque inveterata, altissimisque defixa radicibus symptomata depulsa penitusque deleta fuerunt?

120 Pergunt Animadversiones §.26. hæc habentes = *Quod si Postulatores morbum adstruant lethalem ex prostratione virium, hæc prostratio deberet esse extrema usque ad animi defectum. Id genus prostratio non concurrit in casu; nam Infirmus in cubiculo absque custodia relictus potuit per tres vices solus è lecto surgere, alvi pondus egerere, & denuo lectum solus repetere*. At ejusmodi objectio usquequaque summota remanet ex supra satis, abundeque deductis, ex quibus patet, morbi essentiam, ejusque gravitatem per Postulatores aliunde, quàm à virium prostratione petitam, constabilitamque fuisse, eamdemque virium prostrationem adjectam dumtaxat fuisse veluti gravitatis, de qua aliumde constat, auctarium.

121 Verùm præterea de insigni virium dejectione ambigi profecto non potest ex Summario, ubi *pag*.5. §.22. Sanatus de se ipse ita testatur = *Io ben mi sentiva indebolito, ed affatto destituto di forze*, cui consentiunt alii Testes ibidem *pag*. 13. §. 70., *& seq.* ibi = *non potendosi trasportare l' Infermo in quella medesima sera dei 9. Agosto per la depressione delle forze &c., vi fù trasferito coll' ajuto di altri Fratelli Religiosi nel giorno seguente de'* 10., *ed ivi messosi in letto coll' istessi sintomi, e più indebolito del giorno precedente, ritornò il Medico a visitarlo, e ritrovandolo in peggior stato del giorno precedente &c.pag.*31.§.175. ibi = *stava molto esinanito,ed affannoso*, & pag.40. §.221. ibi = *la lentezza grande nelle forze* = pag.45. §.251. *sub* §.260. ibi = *disteso sul letto, e molto abbattuto dè voce, di forze, e di volto*, *pag*.46. §.257. ibi = *molto abbattuto di forze*, *& pag*.47. §.259. *& seq.* ibi = *si sentiva più agitato dall' affanno &c., e dalla debolezza delle forze, tantocche si sentiva morire &c. fino alla mattina delli undeci &c. non vi conobbi verun alleviamento, ma anzi peggiore di quello, che lo ritrovai la mattina dei 9. &c., perche li vedeva l'istessi sintomi &c. affanno grande di respiro,ed un abbandonamento grande di forze, e colla voce più attenuata, che appena potea sentirlo*, *pag*.54. §. 298. ibi = *molto destituto di spiriti*,& § 300.= *le forze dell' Infermo erano molto attenuate*, & alibi *dicto Sum*.§§.70.129. 149. 292., & adeò quidem, ut luctuosissimam agonizantis, ac ferme cadaveris imaginem exhiberet, ut *ibidem pag*. 12. §. 58. ibi = *abbandonato sul letto &c., ed ansante,*

F 2 *come*

come un agonizante, & §. 63. ibi = *steso a letto abbandonato, con un volto quasi di cadavere*, *pag*.30. §.170. ibi = *in una forma e volto di cadavere* & *Proc. fol*.276. ibi = *lo viddimo tanto abbattuto, e steso sul letto, che pareva quasi un cadavere*.

122 Sed quorsum testimonia proferimus, si, iis etiam deficientibus, ipsa re, & ratione possumus exquirere hujusce rei veritatem? Cònstito namque de magna continuaque Febri: de nimia sanguinis jactura, ob repetitas uberrimas, tum morbosas effusiones, tum artificiales emissiones: de continua diu noctuque vehementissime vexante Tussi: de quietis, somni, cibique privatione, adeoque de maxima spirituum vitalium dissipatione, & consumptione: deque pessima ejusdem sanguinis qualitate, qui tantam spirabat mephitim, ut vel sanissimos homines, ablatis illico viribus omnibus, in deliquium usque deduceret: ac demum de æstuosissimo anni tempore; Profecto horum singula, simul præsertim concurrentia, si vel ex robustissimo corpore vires omnes exhausissent, ad notata per Offman. *Tom*. 3. *capit*.9. *de virium lapsu pag*.270.§.15.17.,& 20..Gorter. *de Tussi aphor*.59., Van-swiet. *ad aphor*.602.; quanto id magis ex ipsius Adolescentis corpore cachectico, languido, effæto, à prægressisque ægritudinibus magis fracto, & debilitato, præcipue verò, ob passam paucis ante diebus alianimmanem sanguinis jacturam, nimium enervato, exhausto, jamque confecto? Quod si Animadversiones eam virium prostrationem exposcunt, cui animi quoque defectus accesserit, en eis animi deliquium ex ipsius Sanati ore = *ebbi un deliquio, che mi tolse la vista, ed anche i sentimenti* = Summ. *pag*.4. § 16.

123 Deque hoc tanto, tamque manifesto virium lapsu haud quicquam detrahit illud, quod Infirmus ipse per sese solus ter è lectulo surgere potuerit, ut alvi pondus egereret. Præterquamquod enim id semel tantùm accidit, prima nocte, qua sanguis erupit, die scilicet 8. Augusti, ut ex Summario *pag*.4. §.17., nam de aliis vicibus, quibus alvum exoneravit intra noctem diei 10. & 11., nihil ex Summario depromitur, eum solum surrexisse, ut videre licet *pag*. 5.§.22., imò verò cum constet, eadem ipsa nocte vigilias actas fuisse ad ejus cubiculum = *fu bisogno di esser guardato vicino la sua stanza in tutta quella notte pag*.31.§.177., cuiquam persuasissimum esse debet alterius auxilium non defuisse; Perpenso præsertim, quod vespere ejusdem diei decimæ, nonnisi pluribus auxiliantibus, ex uno ad aliud cubiculum transferri potuit, idque etiam = *a gran stento* = *pag*.5. §. 20.; & *pag*.13. §.71. Quod certius redditur *tum* ex eo, quod Infirmus diverso modo loquitur de prima, ac aliis vicibus, quibus alvum exoneravit; nam de prima vice perspicuis verbis narrat, quod *lo solo &c. mi alzai, e mi posi su la cassetta &c., e scaricato il corpo mi riposi di nuovo sul letto* sub §. 16., de aliis verò simpliciter dicit = *ebbi due, ò tre volte l' emissione &c. in quella notte tra li* 10. *e li* 11 *Agosto*, nulla facta mentione, quod solus surrexerit, ut *sub* §.22.; ex quo discretivo loquendi modo validissimum desumitur argumentum, rem diverso modo se habuisse in prima, & aliis vicibus, *ex vulgatis juribus*, de quibus *Rot. dec*.69. *num*.14. *cor Tanar*., alibique passim; Tum etiam ex eo, quod Testis VI. loquendo de mane diei undecimæ luculentissimum præbet testimonium, quod = *la mattina, che io lo lasciai; non lo vedeva* NEPPVR IN STATO DI FARE VN PICCIOLO MOTO PER IL LETTO. *Proc. fol*.236.

124 At esto etiam, falsissimam per hypothesin, Infirmum eas colligere potuisse vires, quibus è lectulo surgere potuerit, non inde tamen inferri potest ad excludendam ingentem virium prostrationem, de qua aliunde constat;

nam

nam ut recte advertit Van-swiet. *ad aphor. 660.* = *Ingens debilitas vocatur impotentia exercendi motus musculares aucta quidem, sic tamen, ut voluntatis imperio aliquo saltem modo fieri possint, quamvis difficulter, neque constanter* =. Et profecto, quamdiù vita est, sanguinisque & humorum viget in corporis partes influxus, per quam rarissime tanta in morbis observatur virium motricium plenaria resolutio, ut efficaci voluntatis nixu neque corpus erigi, neque ejusmodi motus musculares quoquo modo exerceri possint; *Ubi enim totalis impotentia est illos motus exercendi, quæ nullo nixu voluntatis superari potest, dicitur Paralysis, omnino distinguenda a debilitate, quantumvis etiam magna hæc fuerit* =, ut prosequitur *cit. Auctor.* Hinc passim numerosissima occurrunt exempla eorum, qui tabe, Phthisi, atrophia, marcore, marasmo, idque genus alio morbo confecti sunt, quique licet viscera habeant tabefacta, corporaque penitus extenuata, effæta, viribusque exhausta; ejusmodi tamen, imo & majores, motus exercere possunt, quos eis quandoque & Medici consulunt, Offman. *Tom.5. pag. 336. à num.11. ad 14., & Tom.8. pag.56.§.17., & pag.60. §.40.*; & rectè Van-swieten. *ad aphor.* 1062.§. *Omnium autem post med.* ibi = *In Phthisicis videmus quidem* CIRCA FINEM VITÆ *omnium musculorum molem insigniter minutam esse, sed* SUPERSUNT TAMEN OMNES MOTUS VOLUNTARII; ac interdum, vel potius nimium sæpe, inter deambulandum, aliosque motus exercendum, extremum spiritum placide effundunt, prout nonnullos casus recenset Van-swieten. *ad aphor.* 1151. *num.*3. §.*Hæmorrhagiæ*.

125 Post hæc Animadversiones à §. 27. *ad totum* 32. *præ omnibus aliis motivis adversatur* (inquiunt) *potissimum Miraculo defectus primi extremi, scilicet defectus morbi principalis, quem statuunt Postulatores in excretione copiosi sanguinis, jam sedati ope medica ante Invocationem*, ad quem defectum probandum plura ex Summario depromunt, quæ sibi adstruere videntur cessationem sanguinis eruptionis ante *quadraginta octo horas*, quam sanatio contigit.

126 Sed, Animadversionum pace, quod sibi præ omnibus aliis adversari videtur Miraculo, id præ cæteris nil penitus officit, imo ad majorem morbi gravitatem, majoremque Miraculi fulgorem illustrandum, hoc ipso nihil est aptius.

127 De tempore enim inter ultimam supernam sanguinis eruptionem, ac invocationem interjecto, ex Facto superius enucleato §. 21. evincitur, Infirmum sanguinem sursum protrudere perrexisse usque quo die decima Augusti post solis occasum in aliud cubiculum translatus fuit, ubi = *verso mezz'ora di notte* sacram peregit confessionem, omissa Sanctissimi Viatici susceptione = PER LO SPUTO DEL SANGUE, CHE CONTINUAVA = PER IL SANGUE, CHE CONTINUAVA A BUTTARE, *ut ibidem*: Invocatio verò Servi Dei facta fuit mane insequentis diei, deglutito ab Infirmo pulvere ex ejus Sepulcro abraso, hora circiter decima tertia *pag.*56. §. 310., & paulo post Infirmus placidissimo corripi cæpit somno, à quo experrectus hora circiter decima septima perfectissimam sanitatem sibi donatam sensit = *verso le ore* 17. *in* 18. *in circa* Sum. pag.32. §. 180. = *verso le* 17. *ore* pag. 48. in init. = *verso le ore* 17. *di quel giorno* pag.56 §. 311., adeoque, facta temporis computatione, patet, vix dimidium unius diei, vel paulo plus, inter ultimam sanguinis ejectionem, ac Invocationem intercessisse.

128 Frustraque Animadversiones §. 28. ex Sanati ore inferre satagunt, ultimam sanguinis effusionem contigisse mane diei nonæ, post alteram venæ sectio-

sectionem Infirmo administratam, ut ex ejus depositione Sum. pag. 4. §. 18. *& seqq.*, quam una simul cum R. P. Fidei Promotoris glossis, interpretationibus, argumentationibus, ac supplementis, hìc exhibemus = venuto ben mattino (*die mercurii 9. Augusti*) il Medico Jorio &c., ordinò, che mi fossi di nuovo sagnato nell'altro piede &c. Così restando a letto salassato a capo di un altr'ora, e mezza in circa mi sopravenne nuovo butto di sangue meschiato con acqua &c. *ultimus hic fuit sanguinis vomitus; Infirmus enim narrare prosequens alia symptom ita, quibus dicta die 9., & 10. vexatus fuit, non solùm præterit vomitus cruentos, sed eos rotundis verbis excludit* = E stando io così nella mia stanza verso le ore 23. (*nempe diei 9.*) ritornò il Medico, ed avendo saputo il nuovo accidente occorsomi (*ultimam sanguinis vomitionem aqua immixtam*) disse che io fossi trasferito in altra stanza &c. E dopo i Padri mi trasferirono a gran stento in altra stanza &c. il giorno seguente (*nempe die 10.*) in essecuzione di quel che la sera precedente (*idest diei 9*) il Medico avea già prescritto, ma crederono di non doverlo eseguire, attesa la gran copia di sangue da me precedentemente buttata, (*hoc est mane diei 9.*) ed i salassi due volte patiti. E trasferito già nella nuova stanza verso mezz'ora di notte (*diei 10.*) mi confessai &c. Vedendomi già in questo pessimo stato, richiesi (*vespere ejusdem diei 10.*) l'effigie di carta del V. P. Caraccioli &c., quale mi fù portata la mattina seguente &c., (*diei undecimæ*) e continuendo li stessi sintomi di sopra descritti, (*notentur quæsò sequentia verba*) *ALLA SOLA RISERVA DEL SANGUE, CHE PIU' NON MI COMPARVE PER BOCCA*, benche avevo de' stimoli grandi, e suffocazione, e voglia di roversciare, ebbi nondimeno due, ò tre volte l'emissione del sangue con feccia per secesso in quella notte tra li 10., e li 11. di Agosto.

129 Frustra quippe, ex ejusdem enim ipsius Sanati ore constat, eum post pertusam sibi venam mane diei nonæ Augusti, non unam, sed plures passum fuisse sanguinis effusiones, ut *supra sub §. 19.* = *Dalla prima sagnia fattami la sera delli 8. Agosto io non ricevei verun sollievo; e dalla seconda del giorno seguente nemmeno perchè tanto dopo la prima, QUANTO DOPO LA SECONDA CONTINUARONO I VOMITI DI SANGUE, e l'istessi sintomi CON MAGGIOR VEEMENZA DI PRIMA*; Ipsique conveniunt alii Testes relati *ibidem*. Cumque ex Facto, quod Animadversiones ipsæ summo studio relevarunt, constet, eumdem Infirmum prædicta die 9. post horam circiter cum dimidio, quàm sibi iterato vena secta fuit, ad horam usque 23. ejusdem diei, nonnisi unicam passum fuisse sanguinis eruptionem, consequens necessarium illud est, ut aliæ sanguinis effusiones posthac contigisse dicendæ sint, ut per sese patet.

130 Clarius hoc ipsum redditur ex depositione P. Jo. Baptistæ Gomez Testis XV., qui disertissimè testatur, quod = AVANTI DI ME BUTTO' PIU' VOLTE SANGUE, ut *supra sub* §. 19.; Cumque prima sanguinis ejectio, cui Testis idem interfuit, & de qua testatur *Sum. pag. 45. §. 253.*, acciderit mane diei 9. post venæ sectionem Infirmo repetitam, ut habetur ex Sanato *pag. 4. §. 19.* ibi = *ordinò* (Medicus) *che mi fossi di nuovo sagnato &c. Così restando in letto salassato, a capo di un altra ora e mezza in circa mi sopravenne nuovo butto di sangue &c., e nell'atto, che io roversciava detto sangue VENNE LO STESSO LETTORE P. GIO. BATTISTA GOMEZ, che mi vidde in quel lagrimevole stato*, & præcisius, quod acciderit hora decima quarta cum dimidio deponit Testis IX. *Proc. fol. 276. ter. & seq.* ibi = *la mattina de' 9. circa le quattordici ore, e mezza nell'atto, che*

to, che il P. Gio. Battista Gomez faceva la lezione a noi altri Studenti, avendo inteso dalla stanza contigua, dov'era il detto Chierico un gran tossire, che il medesimo faceva, anche con fragore di vomito, ci portassimo ambedue &c. nella stanza del detto Chierico, e viddimo, che buttava sangue in gran copia da bocca &c. Itemque ex facto constet, quod idem Testis XV. *non faceva residenza* in Domo, qua Infirmus erat, *perche dimorava di stanza nell'altra nostra Casa*, & nonnisi *ogni mattina, ed il dopo pranzo veniva a far la lezione*, ut *supra sub dicto* §. 19.; Jam nemo non intelligit, quod aliæ sanguinis ejectiones, quas ipse coram se secutas refert = *avanti di me buttò PIU' VOLTE sangue*, si non contigerunt eadem die 9., prout ex supra perpensis non contigisse evincitur, profecto nonnisi mane, ac vespere insequentis diei decimæ, secutæ fuere.

131 Cur tandem ista quærimus, si ex Testibus supra relatis liquet, sanguinis effusiones perdurasse usque quo Infirmus sacramentalem confessionem peregit vespere diei decimæ post transitum in aliud cubiculum? Neque contrarium suadent ea exadverso magnificata Sanati verba = *e continuando l'istessi sintomi di sopra descritti, alla sola riserva del sangue, che* PIU' NON MI COMPARVE PER BOCCA; Toto enim sermonis contextu lustrato, manifeste comprehenditur verba illa = *più non mi comparve* = esse omnino restricta ad tempus, quod excurrit post ejus transitum in aliud cubiculum, emissamque ibidem sacram confessionem, hora circiter dimidia noctis = E TRASFERITO GIA' NELLA NUOVA STANZA *verso mezz'ora di notte mi confessai &c., e continuando l'istessi sintomi &c. alla sola riserva del sangue, che più non mi comparve per bocca &c. ebbi nondimeno &c. l'emissione del sangue con feccia per secesso* IN QUELLA NOTTE TRA LI 10. E LI 11. DI AGOSTO; perinde ac si dixisset = *trasferito già nella nuova stanza*, (postquam scilicet eò translatus fui, *ad notata in nova Methodo Claudii Lancellotti de Syntaxi Reg.* 34. ibi = *victu mutato, cioe* POST *mutatum, dopo cambiato*, & de Ellypsi §. XIV. ibi = *hoste superato*, DOPO *vinto*) sanguis *più non mi comparve*, nimirùm QUINDI INNANZI, DA ORA IN POI, IN AVVENIRE, DEINCEPS, POSTHAC, ut explicando significationem Dictionis = *Più* = totidem modo relatis verbis docent *Accademici vulgo dicti della crusca verbo Più* §. 16.

132 Neutiquam verò verbis iisdem = *più non mi comparve*, exclusæ remanent sanguinis effusiones per tempus usque tunc antegressum, ut bene abvertit Rot. *decis.* 68. *num.* 2. *part.* 3. *recent.* ibi = *verba præteriti temporis NON EXCLUDUNT ACTUM ANTE INCONTINENTI FACTUM*; sed imo eædem ipsæ prò tempore ad illud usque decurso apertissimè manent inclusæ; prout, spectatâ naturâ dictionis = *non amplius*, docent Sabell. *Summ. Diversor.* §. *Dictiones num.* 28. & Rot. *in rec. par.* 11. *dec.* 132. *num.* 28. ibi = *ponderando maxime dictionem illam = AMPLIUS, QUÆ SOLET ESSE AFFIRMATIVA DE PRÆTERITO, & negativa de futuro*. Faventque huic interpretationi receptisimæ juris nostri regulæ, quibus edocemur, quod exclusio respiciens tempus futurum est inclusio pro tempore præterito; quodque negatur post tempus, ante illud censetur affirmatum; & ex contrario, de quibus *l.* 22. *ff. de legib.*, *ibique Gloss.*, & Tiraquell. *de Retract. Convent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 47., & *seqq.*

133 Multoque id evidentius redditur ex eo, quod Sanatus ipse interrogatus, an verum esset, *che ritrovandosi in sì deplorabilissimo stato, e già spedito dal Medico per ordine del medesimo &c. fu trasportato in altra stanza separata, e*

ta, e stando in questo stato PER IL CONTINUO GETTO DI SANGUE, *non gli fu somministrato altro medico ajuto, ma solamente &c. fu fatto confessare, non potendosegli far prendere il Santissimo Viatico per l'evidentissimo pericolo di nuovo vomito?* ut *ex Proc. fol.*42. *art.*12., in hæc verba respondit = *Veri, e verissimi sono tutti gli accidenti, e sintomi descritti ne' correnti Articoli fol.*114. Si itaque Sanatus *trasportato in altra stanza*, (vespere die 10.) *e stando in questo stato*, continuabant sanguinis effluxus = *per il continuo getto di sangue*, quid amabo apertius, quàm quod tunc primum sanguis amplius non comparuit, cum sacramentalem jam peregit confessionem = *verso mezz'ora di notte mi confessai &c., e continuando l'istessi sintomi &c., alla sola riserva del sangue, che più non mi comparve*.

134 Quid plura! Nonne ipse quidem actus non administratæ Infirmo Sanctissimæ Communionis ostendit, eum sanguinem rejectare non desiisse? aliàs enim, interjecto eo, quod Animaversiones supponunt, temporis spatio a sanguinis effluxu, piaculum fuisset, in religiosissimis, ac scientissimis Theologis non præsumendum, ei Sacramentum non exhibere, ut probe Zacchias *quæst. med. legal. lib.*9. *Tit.*9. *quæst. unic. num.*8. ibi = *Observandum ergo, ne in ipso impetu rejectationis sanguinis, & per aliquod spatium post ipsam, maxime Tussi perseverante, Sacramentum exhibeatur, sed tum demum, cum sufficientem quietem Æger habuerit, & sanguinem rejectare omni ex parte desierit*; Absque eo, quod ad ejusdem Sanctissimæ Communionis omissionem sola sufficeret Tussis, ex rationibus, quas expendit Zacch. *loco cit. num.*7., & Kresllinger. *in Addit ad Reiffenstuel. Theolog. Moral. Tract.*10. *Dist.*3. *num.*36. *Addit.*3.

135 Etsi autem ex ea in posteras horas sanguis amplius exterius per os non prodiit, non cessavit tamen ex vulneratis pulmonis vasis interior ejus effusio; *Vasa* enim *discissa* (sunt verba Van-swiet. *ad aphor.*302. *num.*8. *ante med.*) *pleno rivo sanguinem effundunt interius, licet nulla Hæmorrhagia externe appareat*. Perspectis enim symptomatibus ægrotum immaniter vexantibus, evidens fuit, ejusdem sanguinis partem aliquam *intra pulmonis cavitates, seu vesiculosam ejus substantiam* effluxisse, unde Tussis exacerbatio, magnus semperque auctus suffocationis stimulus, genarum rubor cum partium vicinarum pallore, aliaque pluries memorata phænomena producebantur, *ex auctoritatibus supra deductis* præsertim §.44. *& seq.* aliam verò sanguinis partem, mutatâ, vel impeditâ sibi, supernâ viâ, ex pulmone profluere perrexisse *in cavum pectoris*, prout accidere solere passim testantur Medici, quos inter Van-swiet. *ad aphor.*301. §. *fin.* ibi = *In cavum pectoris ex pulmonis vasis læsis delabi poterit sanguis*, *aphor.*170. *num.*3. §. *Magna* ibi = *Sanguis, vel in aereum cavum Pulmonis &c. eructabitur, vel effusus in Pectoris cavum, Pulmonis liberam expansionem impediet*; Unde summa illa anxietas, & respirationis difficultas ad suffocationem ferme aucta: Gravitatis, & doloris sensus in Pectore, vehemensque ejus Pulsatio: Decubitus in dorsum: ingens virium debilitas, & maxime verò symptomatum incrementum perpetuum = *sempre più mi viddi nell'incremento* Sum. *pag.*8. §.36., cum aliis Testium Dictis relatis *supra* §.22. *& seq.*, ex perpensis a *Boerhaave de cognosc. morb. aphor.*302. ibi = *effusi hic* [in Thoracem] *cruoris signa: Orthopnæa: Decubitus in dorsum .... Debilitas ingens, cum pallore &c. omnium fere symptomatum incrementum perpetuum*, ibique Van-swieten. §. *Orthopnæa vocatur anhelosa, difficilis*, §. *Magnum pondus*, §. *Sunt homines*, & §. *Vasa* ibi = *Vasa sanguinea maxima hic sunt, & cordi admodum vicina: hinc illis*

læsis

læsis, perget sanguis effluere in thoracis cava, unde compressio Pulmonum, anxietas &c. augebuntur perpetuò &c., & ideo symptomatum augmentum perpetuum RECENSETUR MERITO INTER ILLA SIGNA, QUIBUS COGNOSCITUR SANGUINEM IN THORACIS CAVA EFFUNDI. & prius *ad aphor.* 301. *sub num.* 2., ubi agendo de pulmonis vasis dissectis, monet, quod si sanguis exterius non effluat, *colligetur in thoracis cavo, & impediet liberam pulmonis dilatationem, unde summa anxietas, & respirationis impedimentum.* Gorter *Chirurg. Repurgat. aphor.* 1239., ubi sanguinem in cavo pectoris hærentem detegunt: *Respiratio sensim difficilior ..... Decubitus in dorsum dumtaxat commodus ..... Gravitatis sensus in pectore ..... Corporis summa inducta subito debilitas cum pallore ... continuum incrementum symptomatum.*

136 Quamvisque ejusmodi interius continuata sanguinis effusio palam, & ante oculos versata non fuerit, sufficere tamen certe debet sapientissimis Suffragantibus, ea superius memorata signa concurrere, quibus ex receptis medicis regulis, constantique experientia, eadem ipsa animo, & ratione comprehendatur; *quæcumque* enim (sunt vera Hippocr. *lib. de Arte*, cujus Dictum extollit Heister. *Introd. ad Inst. Chir.* §.52.) *oculorum conspectum effugiunt,* EA MENTIS OCULIS OBTINENTUR, *& superantur*, & Fernel., quem laudat Offman. *Tom.*3. *pag.*415. §.8. ibi = *procul dubio, si sensu non cernimus*, POTEST CERTA RATIONE, AC INTELLIGENTIA COMPREHENDI.

137 At ubi etiam, juxta Animadversionum hypothesim, sanguinis per id temporis tam exterior, quàm interior intermisisset effluxus, id ipsum quidem, *apertis licèt manentibus Pulmonis vasis*, multiplici ex capite evenire potuit, ut plenissime supra probavimus à §.92. *usque ad* 98., ad quæ, ne repetitione fastidium creemus; præstantissimos Suffragantes reremittimus.

138 Nobis autem demonstrare sufficit, id quod perspectum, exploratumque est in Facto, Infirmum post intermissas sanguinis eruptiones nullum omnino, ne minimum quidem, levamen sensisse, sed imo magis, magisque in deterius abiisse: Tussi, anxietate, Pectoris oppresione, dolore, ac spastica constrictione, seu Pulsatione cum spiritus difficultate, suffocationis stimulis, Febri, virium languore, cæterisque omnibus symptomatibus, eousque vehementius auctis, & exacerbatis, ut proximè moriturus videretur, ex probatis *supra* §.22. *& seq.*; Ejusmodi autem subsequens symptomatum continuatio, & incrementum, pessimum omem præbebant; ad evidentiam enim usque patefaciebant, disrupta, vel exulcerata Pulmonis vasa, non jam consolidata, sed aperta, & hiantia fuisse, ipsumque Pulmonem, seu vesiculosam ejus substantiam, effusi sanguinis grumis insigniter fuisse infarctam; ut in longe debilioribus circumstantiis monent Ettmuller. *Tom.*1. *cas.* 43. *de Hæmoptys. pag.*879. *col.*2. *ad fin.* ibi = *Difficilioris anhelitus ratio hæc est, quod sanguis emanans ex arteriola non mox fuerit egestus, sed collectus in parenchymate pulmonum nonnihil hæsit, & sic infarctos pulmones in liberiori respirationis negotio turbavit, & pag.*884. *in fin.* ibi = *Postquam ergo ex erosis sic pulmonum arteriolis sanguis hinc, atque inde copiosius in eorum deponitur substantiam, difficiliorem prius anhelitum æger necessariò experitur, quod ob repletas hac ratione plures a sanguine cavernulas, Pulmones ab aere explicari sufficienter nequeant. Quin Tussis quoque, levicula saltem, præcedat necesse est, ob irritatam asperæ arteriæ, ejusque ramulorum membranam interiorem ab eodem sanguine; unde etiam thorax per consensum in motum ejusmodi expiratorium, convulsi-*

 vum

vum plus minus, assurgit. Offman. *de sanguin. flux. ex pulmon. Tom.* 2. *pag*.211. *col*.2. *post. init.*, ubi pessimum Hæmoptyseos præsagium ex eo ducitur, quod post largam sanguinis effusionem = *licet sanguinis screatus remitteret, remansit tamen Tussis molesta, pectoris gravitas, spiratio difficilis &c. dolor pungitivus, & tensivus, qui per vices totum pectus spasmo adeò constringebat, ut omnem fere respirationem ad suffocationem usque tolleret*. Juncker. *Conspect. medic. Tab*.8. *Hemoptys.* §. *VIII. num*.8. ibi = *Quando Hamoptysis Tussim, vel Dyspnæam* [respirationis difficultatem] *relinquit tum justa suspicio subest, quod portiones congrumatæ remanserint*, & benè ad rem Van-swiet. *ad aphor*.900. §. *Si sputum* ibi = *Si sputum supprimitur, Dyspnæa manente &c. malum signum est; cessat quidem sputum, verùm Dyspnæa manens, vel aucta, cum sensu impletionis in Pectore, demonstrat evidenter, non deficere materiam per sputa rejiciendam, sed retineri in Pulmone, unde brevi suffocatio metuenda erit*. Gorter. *Medic Dogmatic. de Tussi aphor*.25. *in not.* ibi = *Si quis ante expuerit sanguinem dein non amplius expuat, verum remaneat Tussis aliqua sicca, non dubitamus portionem sanguinis præcedentis restare in vesiculis; ibidemque concrevisse, aphor*. 43. *in not*. ibi = *Hic sanguis effusus in vesiculis, & collectus generat ulcus Pulmonis cum subsequenti Phthisi, aphor*.45. ibi = *Si expuitio cessat, valde malum, materia enim retinebitur in Pulmonibus, & suffocabit Ægrum &c.*; *vel ex materia retenta generatur Febris hectica putrida malì ominis*.

139 Et ita porro, ecquisnam præ oculis habens ea, quæ superius de morbi gravitate, summaque curationis difficultate, prolixius attulimus, putet, disrupta, erosa, vel exulcerata Pulmonis vasa, tot contra enitentibus gravissimis symptomatibus, fuisse tam cito consolidata? cum potius omnem omnino consolidationis spem desperatam fuisse constet; Quapropter *vel* mox aliæ sanguinis succedere debebant effusiones, *vel* citissima suffocatio metuenda erat, *vel* denique brevi prodire debebat Puris sputum, indeque funestissima Phthisis, juxta fundatissimum Medici curæ Judicium, de quo *in Sum. pag*.27. §.155. ibi = *essendo stata l' evacuazione, e gettito di sangue in tanta abbondanza, e colle qualità accennate, lo giudicai, che era prossimo poi l' Infermo a buttar della marcia, anche se si fusse il sangue a poco a poco fermato, perche il sangue medesimo essendo putrido, era fin da quel tempo disposto a passare in marcia, e formar la piaga ne' Polmoni in quella parte, dov' erano rotti i vasi* = & *Proc. fol*.163. *ter. super* 8. ibi = *Debbo aggiugnere, che il Pronostico da me fatto, e dichiarato della mortale infermità del medemo Chirrico, fu, che o presto per novo gettito di sangue poteva egli rimaner suffogato, e morire, o più tardi se ristagnandosi il sangue, dovea farsi piaga nella parte offesa, e rendersi Tisico con sputar marcia*. Consentaneè quidem iis, quæ jamdudum docuit Hippocrates *lib*.7. *aphor*.15., & 16. ibi = *A sanguinis sputo Puris sputum . . . A Puris sputo Phthisis*, & cumulatissime supra probatum est, quibus in præsens addimus Juncker *loc. cit.* §. *VI. Prognosis num*.2. & 3. ibi = *Hæmoptysis repente subsistens, adfectus pectoris suffocativos &c. post se trahit. . . & licet sanguis non semper tanta quantitate profundatur, ut præsentanea mors succedat, a remanente tamen cruore extravasato facile putrefactio, Pulmonum exulceratio, & Phthisis oritur*; & Zacch. *Oper. Tom*.3. *consil*.78. *num*.8. &. *Ex quibus*, & Offman. *Tom*.2.*pag*.204. §. 14.

140 His ita se habentibus, nil quicquam profectò mutat, Postulatores exhibere titulum Miraculi = *Repentinæ Sanationis à copioso sanguinis effluxu &c.*, cum idem sanguinis effluxus intermisisset; Quandoquidem scientissimi Postula-

ſtulatores morbum, de quo agitur, ſanguinis effluxum vocarunt ab *effectu, ſeu ſymptomate* obſervato, non *a cauſa* eumdem effectum producente, quæ erat ruptura, eroſio, vel exulceratio vaſcularis pulmonum ſubſtantiæ; Conſtat enim inter Medicos, reſque eſt in eorum ſchola explorata, Morborum præſertim internorum denominationem, vel ex functione læſa, vel plerumque ex præcipuo ſymptomate obſervato, deſumi, ut videre licet apud Sennert. *Tom.4. pag.940. col.2. §. penult.* ibi = *novum non eſt, affectus, in quibus ſymptoma, & morbus concurrunt*, PER SYMPTOMATA, *ut magis urgentia, ægris moleſta, & manifeſta*, DEFINIRE. *Ita Phrenitis per delirium, Pleuritis per dolorem definitur, etſi utrobique morbus, Inflammatio ſcilicet, adſit.* Boerhaav. *aphor.* 770., & Gorter. *Medic.Dogmatic. de Vertigin.* §.15. *&* 16., & innumerabilibus exemplis probari poſſet, quæ, cum ſint nimis obvia, brevitatis gratiâ mittimus; Unum interim propoſuiſſe contenti erimus, quod hic ipſe, de quo agitur, Morbus pariter à ſymptomate, ſeu effectu *Hæmoptyſis* nomen duxit, quod latine *ſanguinis ſputum* redditur, eoque laborantes *Hæmoptyci*, ſeu ſanguinem *expuentes* dicuntur.

141 Et quamvis tempore Invocationis ſanguis foras non prodiret, at quia tamen in noſtro caſu eſſentialis morbi cauſa ablata non fuit, ſed ſuam ſedem ſtabilem, & fixam in ſolidis corporis partibus habebat, *ex proximè ſupra probatis:* itemque agitur de morbi effectu, qui, juxta ſui naturam, genium, & indolem, continuus eſſe non ſolet, ſed ad certum tempus intermittere, & per vices, periodos, ſeu quaſi per paroxyſmos reverti, ut in ſpecie de ſanguinis eruptione ex Pulmone notant auctoritates allegatæ *ſupra* §.63., & plenius à §.92. *ad* 98.; quibus addimus ſa. me. Benedict. XIV. *lib.* 4 *part.*1. *cap.*16. *num* 19.; Profecto interpolationis tempore, licèt conquieviſſe videatur effectus, manente tamen cauſa, unde poſtea repullulabit, morbus non amittit, ſed retinet nihilominus nomen ſuum, adeoque *Hæmoptyſis* vocatur, ut agendo de ſanguinis ſputo, aliiſque morbis, qui reverſionem faciunt, latè probat Zacchias *quæſt.Medic. legal. lib.* 2. *Tit.*3. *quæſt.*1. *num.*14., *& quæſt.* 14. *num.*20., ubi hanc rationem aſſignat = *unus enim eſt morbus, qui ſuam feriem, ac typum ſervat .... nam ii morbi tales ex ſua natura ſunt, ut ſtatis temporibus revertantur, unde etiam in intermedio tempore, ubi quietem habent, tales ſanos non eſſe ſummo jure ſancitum eſt, & num.* 22.

142 Sic, exempli loco, morbi cauſa & fomite in viſceribus exiſtente, non ab ea, ſed ab effectu, ſeu ſymptomate; nempe *à tumore aquoſo* dicitur *Hydrops.*, & quamvis vel ſponte ſua, vel per punctionem abdominis, aut alia quacumque methodo, evacuentur aquæ, ſicque ejuſmodi ceſſet effectus, quia tamen ſuperſtes manet cauſa aquas regeneratura, *Hydrops* nihilominus eſt, & appellatur, ut bene Aræteus *lib.*4. *cap.*1. ibi = *Nam tametſi nonnunquam foras ſponte aqua prorumpit, aut aliquis præcordia reſcindens effundit, adhuc in ſede ſua permanet Hydrops*, quem laudat, & ſequitur Offmande *Hydrope Tom.*3. *pag.*322. §.1. ibi = *morbus primarius eſt malus corporis habitus, cujus, ſymptoma potius & affectus ſit Tumor aquoſus, eo, quod, hoc ceſſante, morbus nihilominus permaneret*. Sic in ſexcentis aliis id genus morbis. Quibus conſentanea eſt Juris diſpoſitio in L. *Qui Tertiana ff. de ædilit. edict.*, ubi quod in morboſis affectibus reverſivis non dicitur quis morbo vacare etiam interpolationis tempore, quem textum commentando Cæpolla *num.*14. hanc rationem aſſignat = *ratio eſt, quia non requiritur ad hoc, ut ſit morboſus, quod ſemper, & continuè patiatur morbum*, SED SATIS EST, QUOD HABEAT IN SE, LICET SEMPER NON VE-

XETVR, & in simili favet tritissima illa juris regula, quod *brevi rediturus discessisse non videtur*, de qua *in L. 3. ff. de Divort.*, *L. Ex Facto ff. de hered. instit.*, Tiraquell. *in L. Si unquam §. susceperit liberos num. 177.*, & 180., aliique passim.

143 Idemque morbi titulus benè aptatur, & convenit, etiam in casu, quo sanguis amplius effluxurus non fuisset; Nam, cùm ex eo emanente certo certius Ulcus Pulmonis, & Phthisis exorta fuissent, ut constat *ex supra deductis*, medio hoc tempore, quo hi pejoris notæ morbi perficiebantur, retinet *Hæmoptysis* suum nomen, ut in simili videmus de *Pleuritide*, *Peripeumonia*, quæ licèt in *Gangrænam*, *Sphacelum*, *Empyema*, vertantur, nihilominus, usque quo hi morbi in suum perfectum esse deducti non fuerint, priori nomine vocantur, ut videre est apud *Boerhaav*, & *Van-swieten.* sub dd. Tit., & *in aphoris. 394.*, & sic de aliis; Imo etiamsi Hæmoptysis jam in alium morbum degenerasset, non abs re esset, neque à Medicorum instituto, & usu, alienum eumdem retinere morbi titulum sanguinis effluxus, ceu primarium symptoma, & causam, unde hic alter morbus productus fuit, ut egregiè doctissimus Zacchias *lib. 4. Tit. 1. quæst. 8. num. 58.*, ubi agendo de Miraculo Hæmorrhoissæ a SALVATORE NOSTRO sanata, de quo *Matth. 9.* & *Marc. 5.*, docet, quod licèt in sacro textu mentio fiat solius *sanguinis fluxus*, tamen Mulier illa de necessitate laborare debebat *extrema Cachexia*, *Hydrope*, *aliisque consimilibus morbis*, qui ex eodem sanguinis fluxu oriuntur, ac idcirco *non habet expressam mentionem alterius morbi, sed solins hujus symptomatis, nempe fluxus sanguinis, quia hic erat præcipuus, & PRIMUS AFFECTUS, ET CAUSA ALIORUM, si qui inerant, ut cachexia, Hydropis &c.*, quem sequitur sa. me. Benedict. XIV. *lib. 4. Cap. 16. sub num. 19.* Idque in usu habuit Medicorum magister Hippocrates, qui *Epidem. 3.* narrando historiam Febris, quæ sæpius per aliquot dies intermissa, in alium tandem morbum degeneraverat, in fine addit, quod Ægrotus *continenter ardente laborasset Febri*; quod perpendens Van-swiet. *ad aphor. 741. §. Ubi ergo*, hæc habet = *Videtur autem in similibus casibus* ILLVD NOMEN RETINVISSE, QVOD MORBO IN PRINCIPIO DEDERAT, LICET POSTEA MORBVS DEGENERASSET.

144 Patet itaque, Postulatores, rebus omnibus sapientissimo consilio perpensis, Miraculi titulum, qui omnes morbi status complectatur, aptiorem exhibere non potuisse, quàm quem exhibuerunt.

145 His præhabitis; uno verbo usquequaque summoventur exempla per Animadversiones relata §. 29. Miraculorum approbatorum, in quibus *ejectio sanguinis probata fuit vel in ipso actu Invocationis, vel proximè ad illam*; Præterquam quod enim non exemplis, sed rationibus judicandum esse monet Imperator *in L. Nemo Cod. de sentent.*, & *interloc.*; id, quod magis obtinet in morbis, *quia eorumdem morborum non eadem semper sunt causa, eademque prorsus symptomata, subjecta quoque differunt*, ut totidem verbis perpendit Offman. *Tom. 1. pag. 286. col. 2.*, imo *idem morbus ab eadem causa productus, plane multis modis, dissidentem morbi faciem ratione symptomatum, & ratione periculi in aliis, atque aliis subjectis exhibet*, ut subdit *cit. Auct.* Maxime verò attenta morborum, ac symptomatum diversitate, quæ maxime intercedit inter exempla relata, ac nostram Facti speciem, ut *per sese patet*; Planè tametsi in illis casibus contigerit, sanguinem tempore Invocationis effluxisse, non idcirco tamen inde sequitur, necesse omnino esse id concurrat in aliis casibus, ex vulgatissima juris regula, de qua Pitonius *de controv. Patron. Alleg. 45. num. 17.*, & Rot. *cor. Merlin. dec. 825. num. 23.*, alibi-

alibique. Præsertim verò in casu, de quo agitur, in quo morbi essentia non tam in sanguinis effluxu, quam in exesa, dissoluta, & aperta Pulmonum vasculosa substantia, ejusdem causa effluxus, constituta est, ex *latè supra probatis*.

146 Hujus veritatis pondus tandem vel ipsæ Animadversiones probe sentientes ita subjungunt §. 32. = *Nec dicant Postulatores, quærendum non esse inutili indagine de perseverantia effectuum ipsius morbi ante sanationem eo ipso, quod perseveravit causa morbi ejusdem, nempè* = il vaso aperto, o pur rotto nella propria sostanza de Polmoni; *Peccat enim*, ut ajunt, *responsio in supposito, cum ex supra animadversis constiterit, Hæmorrhagiam processisse à ventriculo*; At quoniam jam satis superque supra demonstratum est, quod in hoc casu non agebatur de Hæmorrhagia ex ventriculo, sed quidem *ex Pulmone*, corruente Animadversionum supposito, concidat simul necesse est ejusmodi earum objectio, & firmum manere debet, *inutili indagine quæri de perseverantia sanguinis effluxus, eo ipso, quod perseveravit causa ejusdem*.

147 A morbi natura, & ultimo statu procedunt Animadversiones ad adhibita *Artis* præsidia, objiciendo in primis §. 34. iteratas venæ sectiones Infirmo administratas *in penultimo, & ultimo morbi tempore*, quas ad Hæmorrhagiam cohibendam proficuas esse dicunt. Sed inaniter inanes ad expugnandum morbum Artis conatus extollunt. Plane non inficias imus, ad sistendam hæmorrhagiam venæ sectionem à quampluribus Medicis commendari; At id tamen indistinctè, & generaliter non obtinet, sed ita demum si malum originem suam ducat, & foveatur *a sola Plethora*, seu à sola nimia boni sanguinis abundantia, nulla accedente cacochymica humorum intemperie, & dyscrasia; tunc enim ex sanguinis missione, depletis vasis nimio sanguine turgentibus, ejusque impetu a parte affecta revulso, non rarò inde ejus mitigatur, vel subsistit effluxus, ut agendo de sanguinis fluxu ex pulmone Offman. *tom. 2. pag.* 205. §. 2. ibi = *si sanguinis abundantia urget, & manifesta adest vasorum plenitudo, statim inter initia instituenda est sanguinis missio*.

148 Immo verò etiamsi malum ex sola sanguinis abundantia exortum fuerit, administratæ venæ sectiones dumtaxat prodesse possunt ad sopiendum ad tempus sanguinis fluxum, nequaquam verò eidem malo tollendo, ac præscindendæ recidivæ sufficiunt, sed, minutâ Plethorâ, necesse omnino est, sanguinis orgasmum contemperari: spasticas stricturas, quæ sanguinem ad Pulmones validius congerunt, relaxari: stagnantem in pectore sanguinem resolvi: obstructiones reserari: disrupta, & hiantia Pulmonis vasa consolidari ad se mutuo, atque ad naturalem habitudinem reduci: denique remissum Pulmonum tonum firmari, ac roborari; aliàs post infidas inducias, idem sanguinis effluxus majori sævitia recurrit, ut rectè admonet Offman. *de sanguinis fluxu ex Pulmone tom. 2. pag.* 210. *observat. 2. in Epicris.*, ubi agendo de venæ sectione hæc habet = *Interim minime morbo tollendo penitus sufficit iis tantum instituta curatio*, SED TEMPORARIUM MODO PRÆSTAT LEVAMEN, AC CEU CURA PALLIATIVA CONSIDERANDA. *Etenim sanguinis missio in talo instituta liberalius, minuit omnino plethoram, & sanguinis impetum à pectore ad inferiora revellit &c. AST NON SUFFICIT REFRÆNASSE IMPETUM, ET EXCRETIONEM, sed eo potissimum medicatio dirigenda, tollatur fundamentum mali*, & latius *pag.* 204. *tit. curatio* expendit, quæ ad Hæmoptysis curationem, præter sanguinis missionem, requirantur.

149 Ex contrario autem, quando, ut in hoc casu, non jam Plethora culpanda

panda est, sed insignis Pulmonum imbecillitas, ut, præter supra deducta, bene ad rem Offman. *in supplement. ad supplem. tom.* 1. *pag.* 512. *sub.* §. 21. ibi = *Hæmoptysis, Phthisis, spirandi difficultas, quibus obnoxia est juvenilis ætas, non tam sanguinis quantitatem, sed potius nativam Pulmonum debilitatem, nimiamque laxitatem sequuntur*; cui & adde ejusdem Pulmonis labem ex Phthisicorum contagio contractam, sanguinis, humorumque tenuitatem, & acrimoniam, morbos prægressos, aliasque supra enarratas causas; prætereaque agitur de corpore macilento, cachectico, causario, & eatenus exhausto, ut Cadaveris speciem exhiberet; In hoc siquidem casu longe alia, atque alia diù multumque continuata præsidia exposcuntur, quàm repetitæ sanguinis missiones, quæ VEL in revellendo sanguinem ad inferiora nil juvant Boerhaav. *de cognosc morb. aphor.* 219. ibi = *Revulsio nil juvat, nisi Plethora adsit*, Tozzius *in Hippocr. lib.* 1. *aphor.* 3. §. *Quod ulterius*; *VEL* sistendo sanguinis profluvio non sufficiunt, ut in specie de iteratis venæ sectionibus ad compescendam Hæmoptysin Offman. *in Dissertat. de venæ sect. abusu tom.* 6. *pag.* 345. §. 26. ibi = *Nam licèt profluvium ad tempus conquiescat, & pallietur quadantenus, NEUTIQUAM TAMEN TOLLITUR, sed sanguis inde tenuior factus, simulque imminuta perspiratione acrior, eo magis per apertos tubulos exitum affectat, & malum vehementia recrudescit majori*; *VEL* si illud quidem compescunt, non tamen ejusdem sanguinis, aliorumque humorum acrimoniam, pravamque qualitatem, abscindere, & emendare possunt Galen. 11. *Method. cap.* 14., Tozzius *in Hippocr. lib.* 1. *aphor.* 3. §. *Quod insuper*; nilque certe operantur, quominus inde Phthisis emergat, eoque celerius, quò ex sanguinis subtractione magis labefactata vasorum vi motrice, depressisque virium reliquiis, sanguis subsistens, ut putrescat, sicque ulcus, vel Sphacelum creet, necessarium est, attenta præsertim vulneratorum vasorum Inflammatione, & cacochymica sanguinis infectione. Unde rectè Van-swieten. = *Periculosam* (ait) *venæ sectionem esse, si projectæ jam vires fuerint*, *ad aphor.* 743. §. *Ex quibus omnibus patet*, Offman. *tom.* 1. *pag.* 454 *Theor.* 2., *& in schol.* §. 1., *tom.* 6. *pag.* 298. §. 11., *& pag.* 342. §. 13., & Tozzius *loco proxime cit.* §. *Quod insuper, &* §. *Quod ulterius* ibi = *cum stagnans extra propria vasa sanguis venæ incisione neutiquam educi, aut aliò distrahi queat, imo potius ex dispendio vividioris portionis facilius concrescit, & difficilius dissolvitur, aut suppuratur*.

150 Et re quidem vera in casu, de quo agitur, si sermo est de venæ sectionibus administratis *in penultimo morbi tempore*, *mense nempè Julio* 1752., ex Facto superius exposito liquet, eas nullum attulisse levamen, cum nihilominus per plures insequentes dies continuaverint sanguinis eruptiones, & licet aliorum remediorum, præsertim *balsamicorum*, usu, quasi per vim cohibitus remanserit exterior sanguinolentus effluxus, paulo post tamen, datis interim perspicuis mali intus delitescentis, ac pejora minitantis, indiciis, cum intermissi temporis usuris majori ferocia erupit, ut *supra* §. 12., *& seqq.*. Si verò sermo est *de ultimo morbi tempore*, neque etiam sanguinis subtractione reprimi potuit morbi impetus, sed imo multo magis Ægroti viribus depressis, insigniter adauctus fuit = *dalla prima sagnia fattami la sera delli* 8. *Agosto* IO NON RICEVEI VERUN SOLLIEVO, *e dalla seconda del giorno seguente* NEMMENO, *perche* TANTO DOPO LA PRIMA; QUANTO DOPO LA SECONDA CONTINUARONO I VOMITI DI SANGUE, E L'ISTESSI SINTOMI CON MAGGIOR VEEMENZA DI PRIMA, *anzi io mi sentiva*

va sempre deteriorare di forze e mi si accrescevano tutti gli altri sintomi &c., e mi si debilitavano sempre più le forze ex Sanati testimonio relato *supra sub* §. 19.; cui concinit Medicus *Sum. pag.* 26. §. 149. deponens, quod Sanatio = *non sia potuta derivare se non da Miracolo del Signor Iddio, e non da efficacia de medicamenti presi &c.* , NE DA SALASSI , *perche* NEPPUR QUESTI SI VIDDERO PROFITTEVOLI, ANZI DETERIORARONO L'INFERMO NELLE FORZE NATURALI, E NIENTE DI SOLLIEVO APPRESE DAGL'ALTRI SINTOMI = & plenius supra probatum est. Quocirca perperam Animadversiones urgent venæ sectiones, quæ potius mirifice retorquentur in ipsas; *Si* enim *quæ juvare debent, non juvant*, *MORBUM PERICULOSUM, ET LETHALEM PRÆSAGIUNT* : sunt verba Sennerti *oper. tom.* 2. *pag.*492. *col.*1.

151 Subjungunt Animadversiones *sub* §. 34., animi deliquium Ægro superventum in actu sectionis venæ = *ebbi un deliquio, che mi tolse la vista, ed anche i sentimenti*, naturaliter cohibere potuisse sanguinis fluxum, juxta ea, quæ opposuit Promotor Fidei Bottinius *in Causa S. Alphonsi* Thuribii super sanatione *ab Hæmorrhagia narium*. Sed tametsi non negemus, quandoque *per animi deliquium contrahi patulam in naribus arteriam, & cessare hæmorrhagiam*, ut, præter allegatos per Bottinium, totidem verbis testatur Van-swiet. *ad aphor.* 927.; At, præterquam quod ea plane sufficeret responsio, quod in hoc casu, non obstante prædicto deliquio, sanguinis continuavit effluxus, omniaque in deterius abierunt, mirum profecto videtur, Animadversiones ipsas hujus Deliquii mentionem fecisse in sanguinis eruptione ex Pulmone, cùm nihil magis patefaciat, naturam omnino fuisse succubituram morbi vehementiæ, quàm hoc ipsum animi deliquium, teste Van-swieten. *ad aphor.* 854. §. *Citam autem* ibi = *dum animi deliquium patiuntur Ægri, cessat cordis motus, adeoque omnia stagnant in Pulmonis vasis; simulque frigore constrictis partibus extremis, venosus sanguis in sinu venæ cavæ, dextra auricula, & cavo cordis dextro, colligitur, stagnans, ad concretionem disponitur, imo sæpe jam floccos polyposos colligit; unde paulo post, dum ex hoc deliquio resuscitantur homines, sanguis ille jam concrescens fere per pulmonem, in plurimis locis obstructum, pelletur; adeòque patet, periculum esse, ne inde morbus augeatur*, id quod repetit *in aphor.* 890. §. *Quandoque contingit in fin.*, & prius *aphor.* 172. *num.*4. ibi = *post magnam hæmorrhagiam vulneratus in animi deliquium labitur, vasa discissa se contrahunt, & cessat omnis sanguinis effluxus. Interim sanguis in thoracis cavo hæret, qui ibi manens corrumpetur, & vicinum pulmonem exedens lenta tabe hominem conficiet*; & agendo de repentina, ut in deliquiis accidere solet, ruptorum vasorum pulmonis constrictione, Offman. *tom.* 1. *pag.* 263. §. 22. ibi = *repentina constrictione sanguis congestus spirandi auget difficultatem, vasorum pulmonalium obstructiones, indurationes, in majoribus verò polyposas concretiones progignit, ut deinde facile recurrat Hæmoptysis, vel Phthisis, & hectica Febris ex pulmonum corruptela enascantur*.

152 Quod verò spectat ad potum aquæ gelidæ, & conditum variis medicamentis præparatum eidem Infirmo præscripta; de quibus *in Animadversionibus* §.35., multiplici ratione omnis omnino dubitatio tollitur; Prima siquidem, quod Infirmus vix, & ne vix quidem, eadem propinata sibi remedia sumere potuit, cum vel in ipso potionis actu, vel paullulum postea, ea tussi rejiceret, unde ab eorum usu destitum fuit, ut ex *Sum. pag.*4. §.16., *pag.*12. §. 61., *pag.*13. §.68. ibi = *nel prender detta acqua, e condito, non poteva ritenere nè l'una, nè l'altro, e subito lo ributtava,*

tava, *pag.*15. §.87. ibi = *perchè si vedeva da me, che ò subito, ò dopo pochissimo tempo immediatamente l'Infermo ributtava l'una, e l'altro con gran veemenza di tosse con tinture di sangue, rarissime volte poi si tentò &c. ma sempre inutilmente per l'istessa cagione*, *pag.*23. §.132., *pag.*26. § 149. Neminem autem latet, medicamenta, tametsi specifica, nisi debita quantitate, repetitis vicibus, ac satis longo, & probe continuato tempore, in usum trahantur, sua virtute, & efficacia carere, ad latè perpensa per Offman. *in Dissert. De medicam. virib. Tom.* 1. *pag.* 424. §.10., & *de prudenti medicament. continuat. Tom.*6. *pag* 278. *& seqq.*

153 Altera ratio sita est in eorumdem medicamentorum natura, & qualitate; Ea quippe remedia quæ a Medico curæ distinctè recensentur *Sum. pag.*22. §.128. = *Ordinai l'uso dell'acqua gelida &c. dippiù una mistura da prenderfela a cucchiaro a cucchiaro, composta dell'acqua di piantagine, ove sia sciolto un acinello del Nepentes quercetano, coll'aggiunta della Pietra Ematide viva, e polvere di coralli rossi, e gileppe di papagno rosso*, partim constabat ex REFRIGERANTIBUS, seu sanguinis ebullitionem componentibus, ut *algida aqua*: partim ex ABSORBENTIBUS, & ADSTRINGENTIBUS, ut *aqua Plantaginis*, *Hæmatites*, *& pulvis coralliorum rubrorum*, ut de singulis agendo monet Offman. *Tom.*1. *pag.*428. *col.*1. *in fin.*, *& pag.*446. *§. V.*, *& Tom.* 6. *pag.*318. *col.*1., *pag.* 319. §.7. partim denique EX OPIATIS, ET NARCOSICIS, seu soporiferis, & obstupefacientibus, ut *Nepentes Quercetani*, *& Syrupus papaveris rubri*, Offman. *in not. ad Pharmacop. Poterii sect.*4. *de Opiatis oper. Tom.*7. *pag.* 231. *litt. a.* & *in Amalth. Castello-Brunon. verb. Nepentes*. Ejusmodi autem medicamenta licèt ad immodicas sanguinis hæmorrhagias compescendas, doloresque mitigandos a nonnullis usurpentur; attamen temporarium dumtaxat præstare apta sunt præsidium, & ad curam palliativam unice referenda: nequaquam verò efficacia sunt ad morbi fundamentum, simul cum recidivæ periculo, expugnandum, tollendum, ac evertendum; ad quem effectum longe profectò, ac longissimè alia, diuturnoque temporis cursu continuata præsidia requiruntur, præsertim in specie Hæmoptysis, qua de agitur, tot gravissimis causis exortæ, tam longo repetitæ principio, tot altis radicibus defixæ, tantisque pravissimis symptomatibus stipatæ ex deductis *supra* §.51. *& seqq.* alibique *sparsim*; & confirmatur ex ipsiusmet Medici curæ testimonio, qui eadem præscripsisse ait ad palliandos dumtaxat, si fieri potuisset, effrenatos morbi motus, non autem ad ipsum curandum, evincendumque morbum, qui inexpugnabilis, & insanabilis evaserat, ut in *cit.* §.128. ibi = *formai il mio giudizio di* ESSERE IL MALE MORTALE, ED INSUPERABILE, *ciò però non ostante* PER NON ABBANDONAR L'INFERMO GIA' DA ME DISPERATO *&c. ordinai, che si fusse sagnato &c. l'uso dell'acqua gelida &c. una mistura &c.*; Frustra autem sunt omnia molimina, nisi possint tolli causæ, ut totidem verbis advertit Van-swiet. *ad aphor.* 396. *in init.*

154 Certiorque redditur, manibusque, ut ita dicamus, contrectatur, eorumdem remediorum inefficacia, ex eo, quod hæc ipsamet medicamenta adhibita fuere in proxima antecedenti sanguinis eruptione, imo etiam *Balsamica*, *& confortantia* diu in usu fuerunt, teste eodem Medico *pag.*20. §.112., *& seqq.*, & nihilominus tametsi natura minus tunc esset delassata, vasorum recens dissolutio, ac non adeo remissus Pulmonum tonus, inutilia tamen ad humorum dyscrasiam emendandam, disruptaque vasa consolidanda, ipsamque morbi causam summovendam, experta fuerunt; Multo

Multo magis inutilia esse debuerunt postquam affectus invaluerat, major successerat atonia, ac natura nimium, nimiumque fracta, depressaque erat, ex copiose supra probatis *loc. cit.*, quibus addimus Offman. *Tom.6. pag.*273. §.6.; Ex ea ratione, quod *non tantum medicamenta curant, sed potius ipsa natura per medicamenta convenienter adjuta*, ut idem Auctor *pag.*271. §.40., *& Tom.*7. *par.*2. *pag.*175. §.XI.; Languescente verò natura, irrita omnis est, vel exquisitissima medicatio, quæ tentatur = *Deficiente domina Natura, deficere oportet Medicum ejus ministrum*, Zacch. *lib.*9. *Tit.*3. *quæst.*2. *num.*26.

155 Addimus verò, hanc ipsam palliativam curam, quam urgens enormis sanguinis profusio exposcit, nunquam, in omni Hæmorragiarum genere, majori discrimine vacare, quod summopere dolent experientissimi Medici, quos inter Offman. *Tom.*2. *pag.*192. *post init.* ibi = *Inter cæteras insuper difficultates non minima est, quo neque ullum certum detur remedium, quod* SINE MAJORI DETRIMENTO *enormem sanguinis profusionem expedite compescere possit &c. itaut ab anodynis sæpius exacerbentur, ut in praxi notissimum est*; Præsertim verò in eo, in quo versamur casu, in quo agitur de sanguinis fluxu ex Pulmone, & quidem non jam Febri, & Inflammatione experti, ut plerumque accidere solet, sed magna ardenti Febri, gravi Pectoris dolore, summo suffocationis periculo, vehementi continua Tussi, gravioribusque vasa fortiter angustantibus spasmis, magnis evomitionis stimulis, stipato, quodque magis urget sanguinis aderat inopia, virium insignis dejectio, vulneratorum vasorum inflammatio ad pectus usque propagata, ac magna sanguinis incorruptionem prona impuritas, *ex supra probatis*; In quibus plane circumstantiis, tum præsertim cum nullas morbus daret inducias, *potus aquæ frigidæ, Adstringentia, & Opiata*, dubio procul summopere damnosa, ac perniciosa sunt; nam licèt sanguinis ad tempus sistere possunt effluxum, Pectori tamen sunt admodum exitialia, Tussim, spasmosque irritant, & exasperant, expectorationem supprimunt, Inflammationem irresolubilem reddunt, inque Sphacelum migrare faciunt, vires jam languentes adhuc magis enervant, ac relinquunt in pulmonalibus vesiculis sanguinis grumulos, qui in corruptionem abeuntes, putredinem, Phthisin, & Hecticam, expeditissimè inferunt, quemadmodum DE POTU AQUÆ FRIGIDÆ disserunt Offman. *Tom.*1. *pag.*476. *sub* §.32., Van-swieten. *ad Boerrhaav. aphor.*640. §. *Verum. & aphor.*743. §. *Disputatum*, & egregiè Tozzius *in Hippocr. lib.*5. *aphor.* 23. §. *penult.*, & *in aphor.*24. *per tot.*, & DE ADSTRINGENTIBUS, ET OPIATIS Offman. *Tom.*1. *pag.*224. §.11. *pag.* 225. §.16., *pag.*344. §.19., *& pag.* 447. *col.*1. §.3., *Tom.*2. *pag* 215. §.11. *Tom.*4. *pag.*104. §. *Ut autem* ibi = *Tabem magis timere oportet, si sanguineus fluor remediis adstringentibus fuerit cohibitus, quippe quæ intra vascula, & vesiculas Pulmonum relinquunt grumulos sanguinis, qui vel ea vasa obstrunt, vel in corruptionem abeunt* = *Tom.*6. *pag.*84. *in fin. pag.* 311. *col.*2. *post med.*, *& pag.*318. *col.*1. *in fin.* ibi = *frequens docet observatio, citò hac ratione* [Adstringentibus] *suppressam Hæmoptysin degenerare in Phthisin*, & *Tom.*8. *pag.*44. §.37., & Van-sviet. *ad Boerrhaav. aphor.* 219. §. *Eadem* ibi = *Omnia auxilia, quæ Hæmorrhagiam compescere possunt, hoc faciunt, vel constricto vase, vel coagulo inducto sanguini effluxuro, vel utroque hoc effectu conspirante, agunt Si ergo hæc remedia, dum sanguini mixta per vasa fluunt, has vires haberent, an non prius constringendo Pulmonis vasa minima, vel coagulando sanguinem, mortem inducerent, impedito sanguinis per pulmonem transitu?*

156 Hinc exulent auctoritates exadverso allegatæ §. 34.; Præterquamquod enim procedunt dumtaxat in cura palliativa, non autem eradicativa, ut liquet *ex supra deductis*; Verùm etiam exploratum in praxi medica est, non eadem medicamenta omnibus eodem morbo laborantibus convenire; sed pro varia Ægrorum constitutione, morbi natura, & statu, necnon symptomatum concursu, imò sæpe sæpius ob minimam circumstantiarum mutationem, variam remediorum indicationem requiri, adeout, quæ uni, aut pluribus aliàs profuerunt, eadem ipsa alteri infensa, & noxia sint futura, Offman. *Tom.1. pag.153. §.13. & 14.*, *& pag.425. sub §. 5.*; *Tom.6. pag.308. § 59.*, *Tom.7. part.2. pag.175. §.11.*, *& pag.176. & Tom.8. pag.36. num.30*, *& pag.37. num.8. & seq.*

157 Neque ex his, quæ de prædictorum remediorum, ac venæ sectionis noxa usque modo diximus, cuipiam mirum videri debeat, doctissimum, ac religiosissimum Medicum curæ ejusmodi remedia præscripsisse; Cum enim, pro summa, qua pollebat, doctrina, & experientia, morbi curationem desperatam esse, ac inevitabilem, jam jamque certò imminentem Ægroti mortem prævideret, atque in re medica non alia superessent auxilia, quæ licet periculis plena, ad ipsumque tollendum morbum inepta, tamen ad retundendum parumper urgentium symptomatum impetum, posticipandamque aliquantulum mortem, qualiter qualiter, conferre poterant, satius duxit, ea cum discrimine experiri, quàm cum imminenti mortis incursu nulla adhibere, juxtà Celsi monitum *lib.2. cap.10. pag.79.* ibi = *Si nullum tamen appareat aliud auxilium, periturusque sit, qui laborat, nisi temeraria quoque via fuerit adjutus, in hoc statu boni Medici est, ostendere, quàm nulla spes sine sanguinis detractione sit: faterique, quantus in hac ipsa re metus sit: & tum demum, si exigatur, sanguinem mittere. De quo dubitare in ejusmodi re non oportet*; SATIVS ENIM EST ANCEPS AVXILIVM EXPERIRI, QVAM NVLLVM, cui consentit Van-swiet. *ad aphor.743 §. Si autem*, & ex Theologis Thophil. Raynaud. *Oper.Tom14. pag.279. col.2.p.280.nu.7.*,*& pag.281.nu.11.*,ubi cum *Sanchez.*,*& Castropalao* hæc habet = *Medicus in statu conclamatæ vitæ Ægri tenetur remedium anceps, quod unicum superfit, experiri, tentareque, num ea via possit Ægrum certæ alioqui morti subducere &c. At prudentia docet, legesque Medicæ ferunt, præstare, experiri auxilium ambiguum, quàm absque omni auxilio Ægrum abjicere.*

158 Demumque omnis dubitatio tollitur ex eo, quod eorumdem remediorum usum morbi ac symptomatum incrementum consecutum fuit; *Si enim causa morbi major sit virtute naturæ, ac remediorum efficacia, ipsa manet invicta, &* DESTRVCTIONEM NACHINÆ SVBINDE INFERT, juxta verba Offman. *Tom 7. part.2. pag.176. §.12.*

159 Omnium autem infirmissimum est, quod Animadversiones *§. 36. & seqq.* validius dicunt, obstaculum, quod scilicet Ægrotus nocte intermedia *inter diem octavam, & nouam Augusti* magnam expertus fuit sanguinis evacuationem per Vascula hæmorrhoidalia, cui alii successerunt hæmorrhoidales fluxus extrema nocte sanationem prægressa, & media *inter diem decimam, & undecimam Augusti*; Cujusmodi sanguinis excretiones ad saluberrimas crises referendas putant, quæ Miraculo obesse debeant.

160 Quandoquidem prorsus exulant à nostro casu termini Criseos, cùm neque morbus quoquo modo sanabilis erat per Crisin, neque etiam hæmorrhoidales illi fluxus critici quoquo modo fuere; Agitur quippe de morbo organico, seu præcipuam sedem suam habente in solidis corporis partibus, earumdemque vitiata, ac læsa structura, qui neque natura, neque fortuna, mul-

multoque minus critica evacuatione sanatur, sed solius Medici peritiam, exquisitamque artis operam exposcit; imo dici vix potest, quantum difficultatis, ac negotii Medentibus facessat, quàmque sæpe sæpius plurimorum præstantissimorum remediorum efficaciam, aliaque opportuna subsidia victor de omnibus agens triumphum, eludat, ut expertissimus testatur Offm. *Tom. 2 pag. 192. §. Postremo quantum difficultatis, & pag. 204. §. 14.*; *Tom. 3. pag. 192. post init.* ibi = *Cachexia, Tabes*, HÆMOPTYSIS, *cruentus vomitus*, OPE NATVRÆ NVNQVAM SANESCVNT, *sed utique desideratissimam Medici opem postulant. Tom. 6. pag. 94. num. 58. §. Hæmoptysis, & Tom. 8. pag. 30. §. 70.*, & comprobatur *ex late supra deductis*, quibus concinit Medicus curæ Sum. *pag. 25. in fin. & seq. sub §. 146., & 150.*

161 Itemque hæmorrhoidales illi fluxus nullo pacto critici fuere; Ii namque, cum non processerint ex vitio nimiæ sanguinis molis, quippè quæ *neque aderat*, deficientibus iis symptomatibus, quæ hæmorrhoides a Plethora excitatas comitari solent, *neque etiam adesse poterat* post tot profusas, intra exiguum viginti circiter dierum spatium, secutas sanguinis evacuationes, quaterque repetitas venæ sectiones, ut in longe debilioribus circumstantiis advertit Offman. *Tom 4. pag. 175. §. Quæ cum ita* ibi = *in præsenti morbi statu nec Plethoræ vitium deprehendo, quippe sanguinis missionibus quater quotannis repetitis satis imminuta videtur: nec ea symptomata observo, quæ hæmorrhoides à mole sanguinis excitatas comitari solent, veluti sunt dorsi, & lumborum dolores pressorii, atque gravativi, ani tenesmus, venarumque sedalium intumescentia*; Sed quidem excitati fuerint ab alicujus visceris sanginei obstructione, ejusdemque sanguinis acrimonia, ac spasmodicis per Infirmum passis constrictionibus, ex probatis *supra §. 81. & 82.*; prætereaque acciderint in subjecto cachectico, viribusque exhausto, *haud certè critici* fuere a providentissima natura ad morbi expugnationem instituti, *sed quidem symptomatici*, seu prava fuerunt supervenientia symptomata, quæ mali causam non tollebant, sed vires nimio plus prosternentes, fatalem morbi exitum procurabant, ad nervose perpensa per Offman. *Tom. 1. pag. 411. §. 28.*; *Tom. 2. pag. 191. in med.* ibi = *si vitium non tam in materia mole, quam in perversa, & maligna humorum indole, aut visceris cujusdam obstructione consistit, nunquam tales hæmorrhagici motus salutares censendi sunt, eo quod in detrimentum, & præsentissimum sæpe exitium convertantur, & pag. 194. §. 7. Tom. 6. pag. 267. §. 18.* ibi = *Quod si vero non sanguinis copia peccat, sed potius serum acre &c. enormes sanguinis profusiones in impuris, cachecticis corporibus concitat; tunc minime salutares, sed potius exitiosæ excretiones habendæ sunt, eo, quod non removendæ causæ morbificæ, quæ tenuissima materia acris est, accomodatæ sunt, sed sanguinem qui potius servari debebat, unacum viribus effundunt &c. Eadem ratio est excretionum sanguinearum, quæ ex obstructione, vel infarctu viscerum nascuntur in Cachecticis, tunc enim SANGVINIS REJECTIONES PER HÆMORRHOIDES, vel etiam per vomitum frequentiores MAXIME DETRIMENTOSÆ ESSE SOLENT, quia non auferunt morbi causam, sed potius vires consumendo TRISTIOREM MORBI EXITVM PROCVRANT; & pag. 298. §. 3. & 4.* ibi = *Cachecticis, qui labem in visceribus contraxerunt, & hepar, vel lienem infarcta, & obstructa hebent, SANGVINIS PER VENAS SEDIS FLVXVS valde familiaris est, & levi ex causa, animi nempe, vel corporis motu suscitantur: TANTVM VERO ABEST, VT ÆGROTANTES INDE SOLAMEN QVODDAM SVARVM MISERIARVM ACCIPIANT, VT POTIVS MAGNVS VIRIVM LANGVOR CON-*

JVNGATVR, ET VIS MORBI VALDE ADAVGEATVR. ECQVIS ITAQVE PRO DVCTV NATVRÆ SALVTARI ID GENVS EXCRETIONIS ÆSTIMARE VELIT? Ettmuller. Tom.2. pag.134. col.1. *ante med.* ibi = *Hæmorrhoides morbosæ sunt, quæ maleficio sanguinis, aut propter quamcunque causam in perniciem Ægri in morbi principio oriuntur:* IRRITATA NATVRA AB IMPETV CAVSÆ MORBIFICÆ, ADEOQVE SVNT NOCIVÆ; & generaliter præmonuit Galenus 9: *Method.* cap.10. ibi = *In morbis maxime est periculosa evacuatio, veluti si ea forte incidit ex corruptela humorum*, & 11. *Meth* cap.14. ibi = *nec obstructio, nec putredo curari per sanguinis missionem potest*.

162 At ubi etiam, per falsissimam hypothesin, eædem evacuationes non symptomaticæ, sed criticæ fuissent, recurrunt planè eædem ipsæ rationes, quas supra *de administratis venæ sectionibus* expendimus, quod scilicet non ad aliud, idque ad summum, conferre potuerunt, nisi ad minuendam, quatenus adfuisset, sanguinis abundantiam, ejusque impetum à supernis ad infernas partes derivandum; at minime verò inservire quicquam poterant curando, ac tollendo morbo in solidis corporis partibus hærente, vel etiam humorum vitio emendando, ac summovendo. Verùm, cùm nulla sanguinis copia redundaret, sed potius summa adesset inopia, ipsaque sanguinis qualitas prava qualitate inquinata, simulque Ægroti vires reperirentur nimium dejectæ, tantum aberat, ut copiosi illi sanguinis fluxus, tametsi critici, in salutarem finem tenderent, ut certam perniciem, mortemque præsentissimam secumferrent, juxta auctoritates in *superiori §.*, & latius §.148., & 149., allegatas, & scitissime monuit Hippocrates *in Coacis* = *aliquando in optimis Crisibus Ægri pereunt* = *cum scilicet* (interprete Tozzio *lib.1. ahpor.20. §. conditiones*) *vires illas non sufferunt*.

163 Quodque reapse ejusmodi hæmorrhagici motus, vel certe non fuerint, vel saltem irriti fuerint, naturæ conatus, manifestum redditur ex eo, quod easdem evacuationes nulla vel comitata, vel consecuta fuit morbi, ejusque pathematum remissio, sed iidem, *post primam assertam Crisin*, continuarunt copiosi sanguinis ex ore effluxus, ac *post alias*, licet non amplius ex ore sanguis erupit, semper tamen eadem ipsa, quæ in toto morbi decursu observata fuerunt, symptomata perseverarunt: eadem quippe sanguinis effervescentia, ejusque, aliorumque humorum putrida diathesis, eadem Febris, Tussis, Pectoris oppressio, palpitatio, dolor, anxietas, ac spirandi difficultas, idem genarum rubor, iidem suffocationis stimuli, eademque aliis comitata phænomenis virium prostratio. Quid dicimus perseverarunt? imò vero hæc eadem majora cæperunt incrementa adeo, ut Ægrotus, omni salutis spe sublata, in summo vitæ discrimine jam proxime versaretur, juxta Facti seriem *superius* à §.17. *ad tot*.23. expositam, & *auctoritates* sparsim *supra*, præsertim *a* §.135. *ad* 140. copiose relatas, hic inutiliter non repetendas. Quando autem simul cum Crisi, & post Crisin, nullum insigne, ac notabile levamen, cum virium augmento, percipiunt Ægri, Crisis dicitur *mala*, & *ad perniciem*, veluti quæ ostendit, naturam frustra effætis viribus, motibusque suis, in expugnabilem tentasse devincere morbum, sed ejus magnitudine victam succubuisse, juxta vulgatissimum, verissimumque medicum canonem, de quo Hippocr. *lib.1. Aphor.2.*, Vanswiet. *ad aphor.* 830. §. *Dolorem sedante, & seqq.*, Offman. *Tom.1.pag.*184. §.24 *in schol.*, & *pag.*388. §.11. ibi = *Monendum verò, quod non omnes larga evacuationes salutem spondeant, sed illæ tantum, quas symptomatum notabilis remissio, pulsus duri, & celeris, in molliorem, & sedatiorem mutatio, liberior, & minus anxia respiratio &c., corporis quies &c., comitantur, &* con-

consequuntur; additque, quod = *neque etiam omnis pathematum remissio Crisis censenda, sed ea tantum, cui arteriarum motu magis naturali, & respiratione liberiori facta, evacuationes aut junguntur, aut postea accedunt*, & Tom.6 pag.180. §.28., missisque aliis, sa. me. Benedict. XIV. *lib. 4. par. 1. Cap.16. sub* §.20., ubi cum doctissimo Lancisio hæc habet = *quacumque evacuationes, ac vasorum inanitiones bonæ, & salutares sunt, si inde Ægri melius se habeant, ac eas leviter tolerent; Contra verò malæ, si non proficiant, nec leviter ferant*; Cujus generis Crises nil detrahunt Miraculo, sed majorem potius morbi gravitatem detegendo, illud etiam, atque etiam illustrant, ut apte distinguendo docet laudatus Pontifex *cit.loc.cap.8. num.26. & 28.*

164 His ita se habentibus inaniter Animadversiones cum *Galeno*, & *Sennerto*, quos *sub earum* §.38. allegant, extollunt salubritatem excretionis sanguinis per sedis venas; Nam, ut rectè distinguit Offman. *Tom. 4. pag. 175. §. Quæ cum ita sint*, ita demum *hæc excretio salubritatem pollicetur, si hæmorrhoidalis evacuatio morbis, qui a sanguinis mole aucta unice dependent supervenerit; tum enim, remoto cruore abundante, reliquus expeditiorem nanciscitur progressum, stagnationes, ac infarctus humorum discutiuntur. Hæc excretio longe discrepat à symptomatica, quæ morbosæ viscerum constitutioni supervenire solet, nullumque infert fructum, sed potius metum incutit, ne nimia contingat, atque vires prosternat.*

165 Ad extremum Animadversiones ad nimium imbecillas confugiunt Imaginationis vires, quas haurire satagunt ex ferventibus precibus, quibus Ægrotus Servi Dei intercessioni se commendavit, ut *in Sum. pag.6. in princ.* = *Svegliandomi, e volendo far esperimento se fosse stata vera visione in sonno, o effettodella mia Fantasia, colla quale avevo principiato a dormire per le veementi preghiere, che precedentemente avevo dirizzato al Ven. P. Caracciolo per la mia salute*; atque ad hunc effectum urgent, Sub-infirmarium ei permittere noluisse, ut in Ecclesiam se conferret, *perche poteva essere anche una Fantasia mia*, ut in Animadversionibus §.39.

166 Sed hoc quoque penitus inane est postremum Animadversionum confugium; *Licet enim* (ut usurpemus verba Honorati Fabri *lib. 5. de appetit. sensitivo Propos. 49. num. 5.*) *vis Imaginationis mirificos effectus præstet, non est tamen quod aliqui physicarum rerum imperiti aliquos effectus eidem tribuant, quos extrinsecus accidere perspicuum est per miraculum*. Plane Imaginatio, seu, quam alii dicunt, Phantasia, non alia naturaliter ratione operatur, nec alio instrumento utitur, quàm spiritibus, quos novo motu ciet, ut nervos variè contendat, aut laxet, ut totidem verbis docet doctissimus Lancisius *apud sa. me. Benedictum XIV. lib. 4. par. 1. cap. ult. sub num. 30.*; Unde, quicquid sit de ejus viribus in morbo, qui vel ortum habuerit ab Imaginatione, vel a solo spirituum, nervorumque inordinato motu dependeat, vel denique in sola excedenti fluidorum quantitate consistat; nullo vitio existente, sive in eorumdem humorum qualitate, sive in solidis partibus; & utrum, necne sanatio per Imaginationem obtenta constans, ac stabilis sit, vel potius cito reversura, qua de re copiose, eruditèque agit idem laudatus Pontifex *loc. cit. ex num. 29.*

167 Hoc certum, inconcussumque, atque apud omnes, istam etiam Sac. Rit. Congregationem, receptissimum est, quod, quando morbus sive a prava humorum qualitate exortus fuerit, sive in solidis corporis partibus hæreat, multo magis si utraque simul concurrant, ut in casu, de quo agitur, quantumcumque vehemens sit Imaginatio, quantumvisque ea spiritus explicet, & urgeat quaque versum, plane ad ejusmodi morbum depellendum haud quc-

quicquam valet, ut explicando contrarias auctoritates, copiosè, ac sapientissimè docet idem Pontifex *cit. loc. num. 31. & 32.*

168 In casu autem, de quo agitur, contra atque Animadversiones supponunt, morbus non pendebat à nimia sanguinis copia, sed ab ejus prava qualitate, neque solùm in fluidorum vitio hærebat, sed in solidis partibus labefactatis, in Pectore, in Visceribus, in Pulmonum substantia è suo tono plane dejecta, vulnerata, exulcerata, inflammata, infecta, nullis neque naturæ, neque Imaginationis, neque etiam in eo, in quo erat statu, Artis præsidiis, sed Digito tantùm Dei exturbandus, confidebat; ut cuiquam superius allata perpendenti persuasissimum esse non dubitamus. Unde merito Medicus curæ disertissimis verbis edixit, *che il caso* (sanatio) *non era di ascriversi a mia fantasia, perche &c. non era possibile naturalmente in questo male mio, che derivava dalla sostanza de' Polmoni infetta, e guasta, che* NON POTEVASI SENZA MIRACOLO RIMETTERE IN STATO SANO, *e molto meno in un tratto repentino* Sum. *pag. 6. in fin. & seq.*, & latius in ejusdem Medici Depositione *pag. 28. sub* §. 156.

169 Reliqua est R. P. Fidei Promotoris Animadversio, *an Sanatio constans fuerit, & adhuc perseveret;* Nam licet, ut ingenue fatetur, *Testes concordi Dicto asserant, Carolum de Vivis à die obtentæ sanationis usque ad tempus examinis, constanti usum fuisse valetudine; At cum examen subierint in Mense Martio 1753., & usque ad præsens tres tantum effluxerint anni, non videtur aliquid certi statui posse per tempus adeò breve in sanatione ab Hemorrhagia* (ut supponunt) *Ventriculi, quæ indole sua est reversiva etiam post plurium annorum decursum.*

170 Jam verò supra extrusimus, funditusque delevimus hanc sæpius repetitam Animadversionem hypothesin, quod agebatur de Hæmorrhagia ventriculi. De reliquo non negamus, sed fatemur, jamque supra probavimus, Hæmoptysin esse ex numero morborum recidivantium; At dicimus tamen, constanterque tuemur, sanationem Caroli de Vivis adeo fuisse usquequaque perfectam, ut simul quoque cujuscumque Recidivæ, non dicam periculum, sed suspicio, dubitatio, metusque, eradicitus præcisa, penitusque sublata remanserint; quod breviter demonstrandum aggredimur.

171 Constat inter Medicos, Recidivam Hæmoptysis, aliarumque Hæmorrhogiarum, non aliunde proficisci, quam *partim* ex causa morbifica, seu liquidorum vitio non penitus emendato, remoto, atque e corpore expulso; *partim* verò ex insigni partis affectæ imbecillitate, & atonia, per morbi vehementiam inductis, ut præ cæteris ponderat Hoffman. *Tom. 1. pag. 182.* §. 13. ibi = *Dantur morbi recidivantes partim ob causam non penitus sublatam, & in corpore adhuc relictam; partim ob insignem partis affectæ imbecillitatem à morbo inductam; & in Schol.* ibi = *Recidivant sanguinis nimiæ per Pulmones, per ventriculum, proruptiones;* Quocirca hoc unum exquirendum est, utrum post sanationem quædam superfuerint signa, quæ latere non poterant, unde argüi quoquomodo possit, *sanguinem cæterosque humores impuritate, Pulmones verò atonia affectos remansisse*, quibus positis, metuenda esset Recidiva: remotis verò, sanationem integram fuisse, Sanatumque ab omni Recidivæ periculo vacuum, expertem, ac liberum remansisse, prò certo habendum est.

172 Porrò inter signa præseferentia, quod Viscera, præsertim Pulmo imbecillitate, & atonia affecta remanserint, hæc recensentur à Boerhaav. *de morb. viscer. debil. aphor. 44.* = *ab hac debilitate per suas causas producta oriuntur facilis vasorum dilatatio: liquidi stagnatio: Cordi aucta resistentia: liquidorum cruditas: spontanea corruptio: ad actiones vitales, animales, naturales*

rales exercendas ineptitudo ; & illa omnia , qua ex his sequi solent , & latè Van-Swiet, *in Comment.* ad eumdem ibi = *debilia vasa , ac viscera habentes , faciem habent inflatam , buccas tumidas , fungosi toto corpore . . . . ad minimum motum anhelant , cor palpitat . . . . totum turbabitur chylificationis opus . . . . , sensim subrepit insolitus torpor , à minimo motu ingens lassitudo , hebetudo omnium sensuum . . . . . debilitatis visceribus degenerare humores in spontaneam corruptelam , hinc semper fieri acriores* . Inter signa verò reliquiarum morbi , seu impuritatis succorum vitalium non penitus foras e corpore eliminatæ , hæc referuntur à Zacchia *quæst. Medico-legal. lib.* 1. *Tit.* 4. *quæst.* 7. *num.* 29. ibi = *Si Æger à priori morbo allevatus quidem videatur , tamen adhuc aliqua non naturalis coloris vestigia , & frequentia pulsus remanere videantur : si appetentia languida adhuc sit , vel bona existente , & Ægro bene comedente , corpus nihil proficiat , sed extenuatio à priori morbo contracta persistat , talis malignè relabitur . Item si animo adhuc Æger dejectus sit , ac remisso : si facies , & palpetra tumida appareant : si sanorum munia obire minus possit , sed ægre ambulet* , & cum Heurnio Hoffman. *Tom.* 1. *pag.* 354. §. 27. ibi = *quod recidiva fit , quando materia morbifica non tota fuerit exclusa . . . . . nota verò reliquiarum morbi sunt , oris siccitas , inappetentia , pervigilium , languor , & pag.* 355. §. 33. ibi = *Hae autem morbi reversuri sunt indicia , si convalescens manet imbecillis , nec cibum appetit , nec ritè concoquit , si spiritus male olet , pracordia inflata sunt , & fauces livida .*

173 Et inter signa rediture Hæmoptyseos sunt Tussis , respiratio difficilis , oppletio Pectoris cum angustia , ac sensus spasticus in thorace ex præmonitis ab Offman. *Tom.* 5. *pag.* 312. §. 27. ibi = *Tussis , respiratio difficilis , Hæmoptysis malum futurum significant* ; Juncker. *Conspect. Medic. Tab.* 8. *de Hæmoptysi* §. *III. num.* 2. ibi = *notabilis congestio , & oppletio pectoris cum angustia exoritur , conjuncto sensu spastico in Thorace , scapulis &c. , & num.* 3. ibi = *Pracurrit quoque interdum temulenta , & gravativa capitis oppletio , primarum viarum distensio* .

174 Nihil autem istorum sanationi Caroli de Vivis superfuit , vel supervenit , sed omnia contraria , Omnipotentis Dei operante virtute , fauste feliciter , prosperèque successerunt : respiratio libera : pulsus æquabilis , ac moderatus : vividus faciei color , vultusque hilaris : corporis robur , & agilitas , atque ad motum , labores , cæteraque Sanorum , suæque ipsius Religionis , munia perfecte planeque obeunda alacritas , & promptitudo : appetitus integer : digestio tametsi communium , minusque salubrium ciborum optima : placidus , reficiensque somnus : secretiones , & excretiones rectè respondentes : mentis , animique vigor : actionum vitalium , animalium , ac naturalium integritas , unoque verbo , sana , & firma , sine ullo prorsus alicujus convalescentiæ vestigio , corporis constitutio , ac si nunquam ægrotasset , imò integrior , ac solidior eâ , quâ naturaliter præditus erat : cujusmodi adepta sanitas , sine ullo præservativo remedio, imo non obstantibus laboribus , studiis , religiosisque oneribus , constans, perseveransque fuit , quemadmodum summa admiratione obstupefacti Sanatus ipse , Medicus curæ , cæterique Testes concordissima voce testantur , quorum Dicta , ne prolixiores simus , dumtaxat innuimus legenda in Summar. §§. 24. 25. 28. 31. *& seqq.* 42. 76. 78. *& seqq.* 90. 91. 144. 147. , *sub* §. 156. , 181. *& seqq.* , 196. *& seqq.* , 224. , *& seqq.* , 264. *& seqq.* , 311. , *& seqq.*

175 His autem omnibus perspectis , cum evidens fiat , vasa , & viscera satis compacta , & solidata evasisse , necnon sanguinem , cæterosque humores depuratos , temperatosque , ipsorumque per vasa motum liberum , æquabilem ,

bilem, ac imperturbatum, omniaque in optimo statu constituta fuisse, ita ut nihil ultra ad perfectam sanationem desiderari possit, ex communi Medicorum sententia, de qua Offman. *Tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *De sanitatis natura, ejusque signis pag.* 100. *& seqq. Tom.* 8. *pag.* 44. §. 107. *in fin.* §. *Atque adeò certum, & indubium recuperatæ valetudinis &c.*, Van-swiet. *ad Aphor.* 47. §. *Sed unde novimus satis firmam jam esse viscerum &c.*; Frustra enim verò Animadversiones metuunt, Recidivam ex vetusta morbi radice jam stirpitus evulsa, nisi forte in ea opinione versantur, eumdem Clericum perpetuò immunem esse debere à quibuscumque morbosis affectionibus, quibus Homines, tametsi optimè valemus, sumus obnoxii.



MIRA-

MIRACULUM II.

Repentinæ Sanationis Antoniæ Niglio ab immanibus doloribus, Ischiadico motum omnem inhibente, & Colico, adjecta gravi, continuaque Febri, aliisque gravibus symptomatibus, viribus illico integre restitutis.

1 UPLICI morbo implicata erat hæc Mulier, altero ISCHIADE, COLICA verò altero, graviſſimis comitantibus ſympromatibus, à quibus omnibus, Ven. Franciſci Caraccioli interceſſione, illico ſimul & ſemel perfectiſſime convaluit. Ad utrumque quod attinet, penitus perluſtrata Facti ſpecie accurate elucubrata à differtiſſimo Dño Cauſæ Patrono, ſeduloque perpenſis ſolidiſſimis rationibus, quas tum ad confirmandam Miraculi veritatem, tum ad oppoſitas Animadverſiones refutandas, fuſe, luculenterque ſub jurejurando ediſſerit D. Peritus in ejus Voto, omnia plane adeò conſtabilita, claraque in luce locata apparent, ut ſupervacuum videri poſſit, nos quoque in eodem argumento verſari; Verum, quia *navem refertam mercibus ſequitur exigua quædam cymbula idem ſecans æquor*, ut in ſimili uſurpemus verba Nyſſeni *in Orat. adverſ. fænerat.*, ideo in aliqua incumbimus, quibus Miraculi perſpicuitas clariori ſplendore refulgeat, propoſitæque objectiones multo magis everſæ maneant.

2 Seorſumque, ut par eſt, ſingulos morbos, ac Sanationes expendendo, primùm agemus.

De Iſchiade.

3 Ad hanc quod attinet, Animadverſionum ſumma vertitur in aſſerto defectu gravitatis morbi, quæ neceſſario requiritur, ut poſſit eſſe Miraculi ſubjectum, & in remediorum applicatione. Sed, ut ſapientiſſimi PP: veritatem facili negotio deprehendant, *in anteceſſum* rem totam, quemadmodum ſe habuerit, paucis dabimus: *mox* gravitatem morbi, eamque maximam, oſtendemus: *denique* Animadverſionibus faciemus ſatis; omniaque, quam breviſſime poterimus, *tribus Capitibus* complectemur.

CAPUT I.

Facti narratio.

4 MULIER Antonia Niglio, ob ſellulariam, quam colebat, artem, vitamque proinde motus expertem, ſenſim ſine ſenſu imminuto ſibi ſolidarum corporis partium robore, vitiatâque ſanguinis, cæterorumque humorum maſſâ, tandem, annos circiter 47. nata, ſibi chronicum, graviſſimumque malum Iſchiadicum acceſſivit; quod licet videretur incipiens, quia tamen latenter altas defixerat radices; *neque enim morbi* (ut inquit Hippocrates *de vict: ration: yanor: lib. 1. cap. 2.*) *de repente hominibus accidunt, ſed paulatim collecti, confertim ſe produnt*, juxta ejuſdem mor-

 bi

ei indolem, mox remittens aliquantulum, mox recrudescens, ideò per plures dies sævire solebat immaniter, ut, præ cruciatu summorum dolorum, lamentis, & ululatibus fremeret Mulier, quæ neque rebus domesticis operam dare, neque incedere, imo nec sedere, aut lecto decumbere, sine maximo incommodo, ac dolore, poterat = *circa il mese di Ottobre, o Novembre del 1747. &c. allora io ero in età di 47. anni &c., mi sentii assalire da un fiero dolore propriamente n lla giocatura dell'osso della coscia &c., tantochè durandomi interpellatamente due, o tre giorni, non solo mi faceva urlare, ma anche m'inabilitava al camino, a star seduta, o in letto, e poi addolcendosi per due, o tre giorni, tantoche poteva far qualche moto, ed esercitarmi dentro la stessa casa, o alla Bottega, ma anche con dolore più mite, e poi fra due, ò tre altri giorni mi ritornava di nuovo colla stessa fierezza.*

5 Cui consentiunt Testis XIII. *pag.* 80. *sub §.* 112. ibi = *Per quanto tocca il male della sciatica &c. Io per la gran confidenza &c. vedeva, che non solo si strascinava ad ogni piccolo moto, e si ajutava colle mani appogiandosi a qualche bancone della Bottega, e cercando ajuto.* Testis XIV. *pag.* 84. §. 136. ibi = *essendo detta Donna da circa un anno, e mezzo prima sorpresa da sciatica nella coscia sinistra, che la faceva malamente lavorare nella Bottega &c., come io vedeva &c., ed anche si lamentava con me &c., tantoche nell'alzarsi dalla sedia, ed in fare qualche altro servizio, andava con dolori, e con strilli appogiandosi.* Testis XVII. *pag.* 89. §. 164. ibi = *fin dal 1747. essendole venuto un dolore alla coscia sinistra, che si diceva esser sciatica la vedeva io continuamente zoppicare, e la sentiva lamentare del dolore, col quale per altro si sforzava a fatigare*, & Testis XVIII. *Proc. fol.* 449. *ter.*

6 Toleratis aliquandiu ejusmodi cruciatibus, cùm in dies magis impotens redderetur ad labores, quibus simùl cum Viro victum sibi quærebat, de Amicarum consilio, Medico adprobante, inungere cæpit partem affectam *oleo lumbricorum terrestrium*; cujus usu identidem repetito, etsi ad aliqua modò longiora, modò breviora, intervalla, iidem dolores remitterent aliquid, non autem penitus intermittebant, sed ex perseverante morbifica causa, quæ exturbari non poterat, rursus cum eodem impetu, eademque vehementia, ac acerbitate redibant, ut latè *in Sum. pag.* 60. §. 6. ibi = *si mitigava il dolore per un mese, e mezzo, o due, e poi ritornava colla stessa fierezza*, pag. 64. §. 39. ibi = *ne sentiva sollievo, quando per otto, quando per quindeci, quando per venti, o più giorni, ne quali veniva abilitata a faticare, ma con dolore più mite, e poi ritornava all'istesso dolore acerbo, come prima*, pag. 80. §. 113. ibi = *le indolciva per qualche tempo di quindici, o venti giorni la volta il dolore, tantoche poteva muoversi ad operare senza acerbità del male*, pag. 84. *in fine* ibi = *la qual unzione anche io molte volte ce la faceva, e ne ricavava qualche sollievo, perche la faceva operare con minor dolore &c., e poi gli ritornava coll'istessa fierezza di prima*, & pag. 89. §. 164. ibi = *ne sentiva qualche refrigerio per quindeci, venti, o più giorni, che non tanto pativa, e poi ritornava da capo.*

7 Transacto inter has vicissitudines anni, & amplius, cursu cùm morbus per repetitos paroxysmorum recursus, diuturnamque moram pertinacior evasisset, atque ipsius Ægrotæ natura, per ætatem jam ad senectutem inclinantem, ejusdemque morbi vim, debilitata, tandem fatisceret, non obstantibus iteratis partis affectæ inunctionibus oleo lumbricato, nullum prorsus per tres continuos menses experta fuit levamen, sed potius morbi ac dolorum augumentum. Testis XIII. *Sum. pag.* 80. §. 114. ibi = *ma da tre mesi prima* (ante ultimum morbi statum) *siccome ella mi disse &c.*

se le

se le inferì talmente il detto dolore di sciatica, che con tutta la detta unzione non se ne sentiva più refrigerio. Testis XIV. *pag. 85. in init.* ibi = *ma poi da tre mesi prima di porsi al letto nell'ultima sua infermità, non solo non ricavò da detta unzione verruno allegerimento, ma anzi sempre più si vedeva aggravata, siccome quasi ogni giorno la sentiva, e ne parlava con me*. Testis XVII. *Proc. fol.* 437. ibi = *per qualche mese prima se le aggravò tanto, che neppure l'olio d'Iscoli le faceva quel beneficio, che prima ne riportava*. Testis XVIII. *Proc. fol.* 450. ibi = *ma poi circa tre mesi prima di porsi al letto &c., se le aggravò talmente, che sebbene calava con sommo sforzo nella Bottega, nondimeno diceva a me, & ad altri, che più non le giovava la detta unzione, ed il dolore se le rendeva più aspro*, & *fol.* 453. ibi = *interrottamente le andò crescendo, perche più si lamentava, e meno si vedeva muovere per il dolore fino a tre mesi in circa prima di porsi a letto, che più non la lasciò*. & *dicto fol. ter. in init.* ibi = *dall'unzione dell'olio di Iscoli ne sentiva il sollievo per quindeci, venti giorni, o per un mese &c. insino a tre mesi prima della di lei caduta in letto, che poi benche fosse stato applicato, non ne ricavò più alcun beneficio, o sollievo*. & Testis XII. Medicus *Sum. pag.* 78. *post init.* ibi = *essendo fuor di dubio, che la detta Donna pativa cronicamente della sciatica sin da un anno, e mesi, che poi se le aggravò notabilissimamente anche prima di porsi al letto*.

8 Inter cætera ejusmodi Ischiadici mali symptomata illud accessit, quod, propter dolorum atrocitatem, spasticamque partium constrictionem, motus ventriculi, & intestinorum peristalticus naturalis insigniter perturbatus fuit, unde alvus officii sui oblivisci, & præter consuetudinem obserari cæpit. Testis XIV. *Proc. fol.* 364., ubi ex ipsius Infirmæ ore hæc habet = *non potendo avere il beneficio del corpo per il dolore grande della sciatica, perche non poteva premersi*, cui consentit ipsa Sanata *Proc. fol.* 288. ibi = *ed essendo poi più aggravata &c. per essermi mancato il beneficio del corpo*.

9 Ab intus retentis excrementis salino-sulphureis magis magisque impuriori effecta sanguinis, & limphæ massa, morbo nedum major fomes accessit, sed etiam incrementum; & sicuti motus morbosi ejus sunt indolis, ut corpus plus mutando, functionesque plus lædendo alia graviora symptomata, novosque etiam morbos producant, ita Ischiadico dolori exquisitissimus *dolor colicus*, *Febris acuta continua*, *ciborum inappetentia*, *nausea*, *vigiliæ*, *excretionum naturalium suppressio*, *ac virium lapsus*, funesto omine supervenerunt; quorum, & morborum, & symptomatum complicationi Mulier supra vires excruciata succumbens, coacta fuit decumbere in lectulo, in quo ad viginti circiter dies immobilis jacebat præ dolorum immanitate, ac tyrannide ejulans, & se contorquens. Sanata *pag.* 60. §. 8. ibi = *Sorpresa di altri sintomi delle viscere, dell'impedimento delli escrementi, e della Febre, vigilie, inappetenza, e mancanza di forze &c. dovei situarmi in letto, dove ci stiedi circa venti giorni e più*, Medicus curæ *pag.* 70. §. 67. ibi = *fu forzata di porsi in letto per l'estremo dolore della sciatica &c. ed anche perchè fu sorpresa da dolori di viscere nel basso ventre, febre continua, acuta, e totali impedimenti di escreti per secessum, ed altri sintomi, quali erano di una continua vigilia, nausea &c.* aliique Testes relati in Summario passim.

10 Intra ejusmodi morborum decursum plura eadem Mulier à Medico curæ remedia accepit; At, quia morbificæ causæ majores erant virtute naturæ, ac remediorum efficacia, ne hilum quidem profecit, sed quotidie magis in deterius abiit, in extremumque virium lapsum conjecta fuit, *pag.* 60. §. 13.

§. 13. ibi = *Niuno di questi medicamenti applicati mi diedero giovamento alcuno, perche non solamente mi sentiva nello stesso stato de' dolori, di nausea, di vigilie, ma anco mi sentiva peggiore, si perchè &c. senza averne verun conforto, si anche perchè mi sentiva mancare di forze, e di spiriti*, & §.14. ibi = *tutti i rimedj ordinatimi non mi apportarono verun profitto, o allieviamento, ma anzi piuttosto m'inasprirono, tantoche non mi poteva neppur voltare per il letto &c., neppur questo empiastro mi fece veruna conferenza, perchè anche questo dolore* (Ischiadicus) *lo sentiva sempre più esacerbato*. Idque ipsum confirmat Medicus, *pag.70.* §.68., *& seqq.*, *pag.72.* §.80., *& seq.* ibi = *coll'uso de' medicamenti da me dati in tutto il corso di venti giorni in circa, non solo non ebbero decremento, o allievamento alcuno, ma sempre da giorno in giorno si andavano aumentando, anche con prosternazione di forze, e di spiriti &c. & pag.74.* §.86. ibi = *il dolor colico, la sciatica, la Febre, la nausea, e la vigilia non solo fino all'ultimo non ebbero verun allegerimento, ma anzi andarono ad accrescersi col sintomo del sonno morboso*, & §.87. ibi = *avendo io veduto, ed osservato, che veruno de' suddetti mali, e morbi andavano a cedere, anzichè si rendevano più fieri coll'uso de' medicamenti. Aliique* Testes *dicto Summ. pag. 65.* §. 45., *pag. 66.* §.47., *et seqq.*, & alibi passim, & quoad *insignem virium prostrationem* concordant alii Testes inferius referendi.

11 Ejusmodi morborum non modo pertinaciam, sed incrementum perspiciens Medicus prognosin fecit *della morte della medesima Inferma fra pochi altri giorni pag.74.* §.86.; Verum, ne quid relinqueret intentatum, edoctus ab Hippocrate *de affect. cap.8.*, ubi quod si Ischiadicum malum *medicamentis non expellitur*, INURITO, ad ejusmodi confugere decrevit extremum crudele remedium ustionis cruris affecti candenti ferro: exigua hac spe ductus = *mi davo a credere, che poteva esserci qualche picciola speranza di poter andare ad allievare tutti i sudetti mali* §.87. *&* §.88. ibi = *mi ero determinato a questo ultimo rimedio per tentare qualche speranza, che poteva una tal ustione produrre*.

12 Hæc meditatus fuit postremo Infirmitatis die, *circa le ore ventidue, nel quale io la ritrovai in aumento di tutti i sintomi, perchè il dolore sciatico era in grado più grave, come anche il dolore delle viscere: escrezione per secessum più non vi era, la nausea la ritrovai accresciuta, i polzi attenuati colla medesima febre, e col tatto fresco, vi trovai il sonno morboso &c. e le vigilie che tuttavia crescevano, come anche viddi accresciuta la debolezza delle forze osservata da me ne' polzi pag.75.* §.89., *& pag.77. sub* §.98., ibi = *dallo stato, che io la lasciai nella sera precedente, che* VERGEVA PRECIPITOSAMENTE VERSO AL MORIRE *con tanti già narrati sintomi accresciuti, e con tanti dolori di viscere, e di sciatica, che non cederono a tanti medicamenti da me prescritti, anzi si accrescevano*, ESSENDOSI LA CAUSA DEL MALE RESA SUPERIORE ALLE MEDICINE.

13 Post Medici discessum omnia præcipitanter in deterius ruere perrexerunt, ut deponunt Testes eidem Mulieri adsistentes, nempe XIII. *pag.82.*§.125. ibi = *Quanto più s'inoltrava nell'Infermità, più si accrescevano i sintomi cattivi, ed io nell'ultima sera, che circa le due ore di notte la lasciai per andare a prendere un pò di riposo in casa mia, stava in un stato assai peggiore de' giorni precedenti, perchè i lamenti, e li urli erano maggiori delle altre volte, per li spasimi, che ella sentiva, così nella Coscia, come nelle viscere &c. e la sentiva spasimare; non essendogli giammai stata allentata la febre, e tutti gli altri sopranominati sintomi*. Testis XIV. *pag.87.* §.157. ibi = *l'ultima*

ma sera &c. (circa un'ora, e mezza di notte, pag. 85. §. 145.) *la lasciai in tal pessimo stato, che me ne ritirai, piangendo, alla mia Casa &c. attesi i gran gridi, che spargeva più del solito per i dolori, che aveva al ventre, ed alla coscia &c., la febre si era accresciuta, e la debolezza era ridotta ad uno stato molto grande, sicchè in quel punto stava sempre peggio di prima.*

14 Sic deinceps per totum ejusdem noctis decursum ad circiter Auroram usque insequentis diei, qua levi somno correpta fuit, eadem ipsa perseveravit, imo insigniter aucta fuit, & dolorum, & symptomatum immanissima atrocitas, sine ulla remissione = *tutta la notte, e fino, che io presi sonno, non feci altro, che continuamente urlare per l'acutissimo dolore della sciatica, che mi tormentava, e per il dolore, che aveva nel basso ventre, e per la febre che anche mi agitava, non ostantechè mi vedeva tuttavia indebolita più di prima di forze; nè io fino che presi sonno mi sentiva in qualche stato migliore in tutti questi sintomi*, MA PIUTTOSTO PEGGIORE DI TUTTI GLI ALTRI GIORNI, CHE IO STIEDI INFERMA; *pag.61. §.19.*, *& pag.63. §.27.*; Cui consonat Maritus *pag. 66. §.48.* ibi = *il dolore non solamente non se li diminuì punto, ma anzi se incrudelì, tantoche fino a tutta quella notte, che la mattina verso l'Alba ricevè la grazia, non faceva altro, che continuamente urlare, senza requie, e senza respiro, come io per la mia assistenza di notte, e giorno continuamente sentiva*, & pag.67. §.54. ibi = *ella stava in pessimo stato &c. ma poi fino all'ultimo giorno, anzi fino all'ultima notte, ella sempre si vidde peggiore, per li continui urli, che io ne sentiva senza interruzzione*, & §.55. ibi = *la notte per li urli di mia Moglie niente avevo potuto dormire*, pag.68. §.59. ibi = *in quella stessa notte pativa più acerbamente dell'altri giorni, e notti*, & pag.69. §.63. ibi = *si accrebbe a tal segno &c., che in quella notte ultima si ritrovava peggio di tutti gli altri giorni precedenti, non ostanti tutti li medicamenti presi*, & Testis XVII, qui è superiori cubiculo miserandos ejusdem Infirmæ audiebat ululatus pag.89. §. 169. ibi = *Io in quella notte anche la intesi urlare fortemente*, juncto Proces. fol.438. ibi = *Io già la sentiva urlare, e lamentarsi fortemente fin dalla mia Bottega, e dalla mia Casa superiore.*

15 Rebus ita se habentibus, planeque conclamatis, sexto, vel septimo novendialium precum die, quibus tum ipsa Mulier, tum ejus Vir, Ven. P. Francisci Caraccioli apud Deum intercessionem invocaverant, illucescere incipiente Aurora, repente desperatæ Ægrotæ perfectissima Sanitas illuxit; & adeo quidem, ut, quæ paululum antea Sceletos, & non Mulier videbatur = *ridottasi per aspetto quasi ad un SCHELTRO, e per forza totalmente debilitata non si poteva movere dal sito dove stava in letto, se non era mossa da me, e da un altra*, pag. 79. init. = *molto smagrata, e decolorata* pag.76. post init. = *per la debolezza estrema delle forze non mi fidava nemmeno voltarmi per il letto* pag. 63. §. 28., protinus plena, torosa, speciosa, & colorata = *nel suo perfetto colore, e carnagione sana* pag.76. post init. = *vivace anche di volto* pag. 90. §. 172., protinus, inquam, expeditissimè è lecto prosiliens = *mi vestii francamente, e calai unitamente con mio Marito giù alla nostra Bottega, ed à fare tutti gli altri esercizj di casa IMMEDIATAMENTE, sentendomi anche PERFETTAMENTE SANA COME SE NON AVESSI AVUTO MAI PIU' MALE &c. Calai senza verun ajuto, e PERFETTAMENTE DA SANA nella Bottega, e fatigaj unitamente con detto mio Marito, cocinai, e feci tutti gli altri servizj di Casa*, CON UNA PIENA, E PERFETTA RO-

BUSTEZZA DI FORZE pag. 62. in fin., & pag. 63. §. 29., cui consonat Maritus pag. 68. §. 56., ubi = NELLO STESSO PUNTO *si vestì, si alzò, e calò con me libera, e franca abbasso la Bottega*, FACENDO TUTTE LE FATICHE CON ROBUSTEZZA GRANDE, E FORZA, *come faceva prima, quando perfettamente era sana, e non ancora era travagliata dalla Sciatica*, & pag. 70. post init., ubi, quod se applicuit IMMEDIATAMENTE *a tutti li servizj domestici, e del mio mestiere, al quale anche mi ajutava, così subito, e con robustezza senza più sentirsi per ombra incommodata da picciol segno de precedenti mali*, & pleniùs *in dicto Summario*. Vixitque in posterum integra semper, optimaque gaudens valetudine: nunquam passa dolorum, ac symptomatum recidivam, ut latè *in Summario*.

16 Hactenus de Facti narratione. Nunc sit

CAPUT II.

Ischiadici morbi gravitas.

17 JAM primum omnium præmittere oportet id, quod inter omnes constat, Ischiadem esse nonnisi *Arthritidis speciem*, quæ ubi omnes articulos affligit, *Arthritis universalis* dicitur, ubi hos, vel illos, *Arthritis particularis*, &, pro diversitate partium affectarum, diversas denominationes habet; si enim dolor in Pedum articulis consistit *Podagra*, in manibus *Chiragra*, in vertebris dorsi *Lumbago*, in articulationibus ossis Ischii *Dolor Ischiadicus* audit, Sennert. *de Arthritide cap. 1. §. Cum vero tom. 4. pag. 940. col. 1.*, Ettmuller. *artic. 8. de dolor. articulor. §. 1. tom. 2. pag. 674.*, Zacchias *quæstion. Med. Legal. lib. 8. tit. 1. quæst. 20. num. 1.* Offman. *tom. 2. pag. 317. §. 1.*, & san. mem. Benedictus XIV. *lib. 4. part. 1. cap. 19. num. 8.*

18 Itemque, causam proximam ejusmodi arthriticorum morborum esse continui solutionem, quam inducit humor serosus, acris, & salsus articulis, partibusque finitimis pertinaciter inhærens, qui nervosarum, ac membranosarum partium stamina violentia quadam distendit, pungit, & vellicat, Sennert. *loc. citat. pag. 941. col. 1. §. penult.* ibi = *Causa proxima doloris arthritici* EST CONTINUI SOLUTIO, *quam inducit affluxus humorum acrium in partes membranosas circa articulum, eas vel distendendo, vel acrimonia simul pungendo, & vellicando, col. 2. §. Breviter* ibi = *Causa proxima arthritidis est humor serosus*, SED SALSUS, ET ACRIS, *& ut Chymici appellant, tartareus, pag. 942. col. 1. §. Frustra* ibi = *humor, qui arthritidem producere debet, serosus*, SALSUS, ACRIS ET TARTAREUS *est, & pag. 962. §. Ut ergo*, Offman. tom. 1. pag. 175. §. 26. in Schol. ibi = Seri excrementum SALINO-SULPHUREUM &c. *in partibus glandulosis & nervosis stagnans eas lancinat, arrodit, &* MORBOS SALINOS PRODUCIT, CUJUS GENERIS SUNT DOLORES ARTUUM, *tom. 2. pag. 319. §. 11. ad fin.* ibi = *Sed monendum hoc loco est, quod dolorifica hæ partium sensilium spastica strictura à viscidioribus seri partibus*, SPICULISQUE, ET ACULEIS SALINO-ACRIBUS *relictis, & intime earum poris se insinuantibus, proficiscantur*, & pag. 341. §. 10. ibi = *Serum autem in dictis morbis* TARTAREA SALSEDINE IMBUTUM ESSE, *nemo, qui gnarus rerum medicarum est, ibit inficias*, *Tom. 4. pag. 4. col. 1. in fin., & seq.* ibi = SALSA, ACRIS LYMPHÆ IN-

INTEMPERIES *Arthritidis genitrix &c. ab ejusmodi* SEROSALSO-ACRI, *quo arthriticorum humores imbuti sunt, membranis nerveis inhærescente, major fit dolorum, & spasmorum vehementia*, Poterius *observat. centur.* I. *cap. XI. de Arthritide* §. *Dixi excrementium*, ibique *Offman. in not.* §. *Dolor potissimum a sale*.

19 Quæ omnia idem ipse fatetur R. P. Fidei Promotor *in Animadversionibus* §. 48. ibi = *cum Ischias nihil aliud sit, quàm* SPECIES ARTHRITIDIS *superiorem coxæ articulum occupantis, & exquisitus iste dolor oriatur &c.* A' SOLVTIONE CONTINVI *facta in eodem articulo per interjectas* PARTICVLAS SALINAS *&c. juxta definitionem communi Physicorum assensu receptam*.

20 His prænotatis, Ischiadicum malum, quo Mulier hæc conflictata fuit, GRAVIS quippe morbus fuit primùm ratione doloris, qui inter Arthritidis species omnium est gravissimus, & vehementissimus: lancinatorius, divulsorius, pungitivus, & quasi rupturam minans, ex communi Medicorum judicio, de quo Hippocrat. *de intern. affect. prope fin. part.* 58. ubi Ischiadicum dolorem morbum gravem esse firmat, Sennert. *de Arthrit. Tom.* 4. *pag.* 946. *col.* 1. *§. VI.* ibi = *Inter omnes Arthritidis species* ISCHIADICUS DOLOR GRAVISSIMVS EST, & §. VII. ibi = ISCHIADICVS DOLOR EST VEHEMENTISSIMVS; Fernel. *lib.* 6. *de part. morb.*, *& sympt. cap.* 18. ibi = ISCHIAS OMNIVM VEHEMENTISSIMA, Ettmuller. *de Arthr. tom.* 2. *pag.* 676. *col.* 1. §. *Inter omnes*, Offman. *tom.* 5. *pag.* 307. *§.* 12. *ad fin.* ibi = *Inter Arthritidis species* ISCHIATES *solet esse* MOLESTISSIMA.

21 Gravis itidem morbus fuit ratione difficultatis curationis, quæ in omnibus ejusmodi arthriticis affectibus, præcipue verò in Ischiadico, multiplici ex causa, summa est; *Tum quia* vitiosus humor intra articulationes ossis Ischii congestus difficillime attenuari, fluidior reddi, atque à membranosarum partium anfractibus exturbari potest, imo potius, partibus affectis ab ejusdem humoris acrimonia contractis, intimius in eas protruditur; *Tum etiam quia* fibrosa ligamentorum, tendinum, & musculosarum tunicarum stamina suum tonum, roburque amittunt, admodumque debilia, & laxa fiunt, unde facilius patent futuræ humorum stagnationi, quæ fomitem ad novos paroxysmos producendos ingenerat. Ita his, aliisque perpensis, unanimiter testantur Medici tum veteres, tum recentiores, quos inter Hippocr. *loc. cit.*, Cels. *libr.* 4. *cap.* 22. Avicenna 22. 3. *Tract.* 2. *cap.* 5., Fernel. *lib.* 3. *Patholog. cap.* 18., Sennert. *tom.* 4. *cap.* 6. *de Dolore Ischiadico pag.* 951. *col.* 2. §. *Est autem hoc malum curatu difficile*, Offman. *Tom.* 1. *pag.* 356. *sub* §. 35., *Tom.* 2. *pag.* 355. *col.* 2. *post init.*

22 Et late, eleganterque Zacchias *cons. V. num.* 7., *&* 8. ibi = *dolorem Ischiadicum chronicum esse, & longum, pluries testatus est Hippocrates, præcipuè &c. ubi morbum esse gravem, ac diuturnum firmavit, & idipsum cæteri Medici unanimiter fatentur, quod multo evidentius ipsa experientia commonstrant, nam* INTER OMNES ARTICVLARES MORBOS, *qui & longi omnes ex sua natura*, ET CVRATV SVNT DIFFICILLIMI, *ut Medicis est notissimum*, DOLORIS ACERBITATE, AFFLICTIONIS DIVTVRNITATE, SANATIONIS DIFFICVLTATE, ET RECIDIVÆ PROMPTITVDINE, MOLESTISSIMVS EST SCIATICVS DOLOR, *ita attestantibus Medicis omnibus. Non una verò ex causa dependet tanta ejus morbi contumacia, tanta dolorum molestia, ac tam longa ægritudinis afflictio* ..... & prosequitur plures expendendo rationes, quas brevitatis

vitatis causa prǣterimus, ita in fine concludendo = *His, aliisque nonnullis ex causis simul concurrentibus, non mirum est, si morbus hic* NON SOLVM EX SVA NATVRA SIT CVRATV DIFFICILIS, SED ETIAM MVLTOTIES INSANABILIS, *quod Medici satis norunt*, & *consil. VI. num.* 2. ibi = *concludenter probatum est, sciatica morbum inter articulares affectus esse*, OMNIVM MOLESTISSIMVM, SOLVTU CONTVMACISSIMVM, AC PRÆ OMNIBVS FACILE RECIDIVAM FACIENTEM.

23 Magis verò gravis morbus fuit ratione diuturnitatis ipsius morbi, quippe qui *per annum cum dimidio circiter*, crebris paroxymis Ægrotam affligendo, duraverat, *ex supra narratis*; Quoties autem ejusmodi morbus diuturnior factus est, atque adeo in habitum, & consuetudinem abiit, ac materia vitiosa partibus altius impacta est, profectò leniri vix, tolli verò ne vix quidem potest; saltem perdifficilius, perque ægrius sanationem recipit, ita ut vulgo *Medicorum opprobrium* dicatur; prout communiter expertissimi dolent Medici Sennert. *Tom.* 4. *pagin.* 946. *col.* 1. §. *VII.*, & §. *XIII. ad fin.* Ettmuller. *Tom.* 2. *pag.* 946. *col.* 1. §. *VII.*, & §. *XIII. ad fin.* Ettmuller. *Tom.* 2. *pag.* 674. *col.* 2. §. *Sæpius*, & §. *Ischiadicus dolor*, Zacch. *cit. consil.* 6. *sub num.* 4., Offman. *Tom.* 2. *pag.* 317. §. 3., & *pag.* 319. §. 11. *in fin.*, & *Tom.* 7. *par.* 2. *in Fundament. Medic. pag.* 31. §. 35., Astruc. *Tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. *pag.* 477. §. *VI.*, & disertissimè testatur Medicus curæ *pag.* 78. *post init.* ibi = *essendo fuor di dubio, che la sudetta Donna pativa cronicamente della sciatica fin da un anno, e mesi, che poi se le aggravò notabilissimamente anche prima di porsi a letto*, ERA IMPOSSIBILE CHE SE NE FOSSE POTVTA GVARIRE NATVRALMENTE *a forza de medicamenti, se non dopo lunghissimo tempo di più, e più mesi, e forse di qualche anno, perche benche la causa del male per qualche tempo &c. vada qualche volta a diminuirsi, ed anche in conseguenza il dolore*, RINANENDOCI PERO' SEMPRE LA RADICE, *ed il principio della medesima causa* SUOLE SEMPRE IL MALE RIPETERE; *tanto più, che in una parte remota, dove i medicamenti non possono operare, se non che lentissimamente, e con lunghissimo tempo, ed essendovi sempre quella parte offesa, e viziata, sembra* IMPOSSIBILE, CHE RADICALMENTE SI POSSA SVELLERE IL MALE, & Procels. fol. 328. ter. ibi = *per la cura della sciatica &c. per regola dell'arte &c., ò era impossibile, ò difficilissimo a curarsi, se non dopo lunghissimi mesi.*

24 Augebatur morbi gravitas ex ipsius Ægrotantis ætate annorum quadraginta novem, ut *in Sum. pag.* 72. *init.* ibi = *era nell'età di* 49. *anni*, & *pag.* 80. §. 115., ex quo quadragesimo nono anno cùm prima incipiat senectus, præsertim in Mulieribus, juxta *Hippocratem*, *Celsum*, aliosque communiter, quos sequitur Tozzi in *Hippocr. lib.* 1. *aphor.* 13. §. *Nomine senum*, & *lib* 3. *aphor.* 18. *sub* §. *fin.*, imo juxta nonnullos exordiatur ab anno quadragesimo quinto, & cum *Varrone* docet Cujac. *Tom.* 6. *col.* 617. *lit. A.*, & *Tom.* 10. *col.* 1078. *in fin.*, & *seq.*, & favet Boerhaav. *de cognosc. morb. aphor.* 495. ibi = *essata atas à* 45. *anno*; Plane Ischiadicum malum eò rebellius evadit, quo huic ipsi morbo producendo mirifice ætas ipsa pateat, ad tradita per Hippocr. *lib.* 3. *aphor. ult.*, & Cels. *lib.* 2. *cap.* 1. ibi = *In senectute articulorum dolores*, quos textus explanando Tozzius *cit. aphor. ultim.*, docet, senectutis nomen hic intelligi etiam de prima. Cujusmodi ætatis circumstantiam maximi facit Zacchias *cit. consf.* 5. *num.* 8. & 9. ibi = *cum tot difficultatibus ex ipsa natura provenientibus adjungitur Patientis atas senilis, tunc enim* DESPERATA OMNINO RES EST, *quia cum hujusmodi dolores senibus sint familiares*, & *sene-*

& senectutis maxime vitio contingunt, juxtà Hippocr., *jam patet*, *quod vitium ab ætate proveniens*, *durante ea ætate tolli non potest*, *quia causa illud fovens* NON SOLVM NON EST AMOVIBILIS, SED IN DIES VIRES ACQVIRIT; *unde prudenter Galenus dicebat*, *Arthritidem ex eorum morborum numero esse qui* SENES COMITANTVR VSQVE AD MORTEM, QVOD MVLTO MAGIS HABET LOCVM *in hac Arthritidis specie*, *nempe* IN SCIATICA. Imo verò, quod notandum est, idem annus quadragesimus nonus, quem Mulier tunc agebat, ille ipse est, qui concordi omnium suffragio statuitur inter *periculosos*, *difficiles*, *imo quandoque lethales*, ut totidem verbis monet Offman. *Tom.5. pag.90.* §.3.; Maxime verò infensus est Fæminarum saluti, teste eodem Auctore *loc. cit. pag.* 93. *col.* 2. *post init.* ibi = ANNUS HIC QUADRAGESIMVS NONVS MAXIME INFENSVS EST FÆMINARVM SANITATI.

25 Accedebat anni tempus, quo morbus postremo recruduit, Hyems scilicet ad Ver proximè accedens, ut *in Sum. pag.68* §.59., quo tempore tantum abest, Ischiadem sanari posse, ut potius aut de novo prehendat, aut jam facta exacerbatur, & rebellior evadit, ut in terminis Ischiadici doloris docet Zacch. *cit. consil.5. num.* 10. ibi = *His addebatur temporis conditio*, *in quo sanatus est*, *cum adhuc vigeret Hyems*; *aut saltem instaret Ver*; *nam circa quadragesimam sanatus est*; *In his verò temporibus hujusmodi morbi* TANTVM ABEST, VT SANARI SOLEANT, QVIN POTIVS, AVT DE NOVO TVNC PREHENDVNT, AVT JAM FACTI EXACERBANTVR, & Offman. *Tom.* 1. *pag.* 266. §. 23., ubi quod in Hyeme ARTHRITIDES, ET ACVTI DOLORES IMPETVNT, *nam acriori frigore &c. humorum impetus*, *& copia ad artus*, *& partes extremas dirigitur*, *unde* REBELLES FIVNT *humorum stagnationes*, ET PERICVLOSÆ *tenuissimorum vasorum ab impactis humoribus oppilationes*.

26 Gravis quoque morbus erat spectatis ejus effectibus, veluti, qui de causæ magnitudine, morbique vi, ac vehementia testantur Offman. *Tom.1. pag.165.* §.31.; Certâ siquidem experientiâ constat ligamenta juncturarum ab acrimonia humorum arrodi, Partem affectam decurtari, luxato articulo, Femoreque a suo sinu dimoto; unde Claudicatio, Paralysis, & Cruris tabes frequentes ab Ischiade emergunt, Tozzi *de Arthr. Tom.* 1. *pag.*241. §. *Quamquam vers. Ischiade laborantes*, *& in Hippocr. lib.* 3. *aphor.* 22. §. *Coxendicum dolores*, Sennert. *Tom.* 4. *pag.946.* §. *VI. & VII.*, *& pag.* 951. §. *Est autem hoc malum*, Gorter. *Chirurg. aphor.* 173., Offman. *Tom.* 2. *pag.* 341. §. 10., *& in not. ad Consil. Poter. Tom.7. pag.*50. *cap.*10. §. *Ischiadico*, *& pag.*85. *cap.*86. §. *Claudum*, *& impotentem*.

27 Magnumque eidem morbo gravitatis pondus addebat superventus, & complicatio sævissimi doloris Colici: *In morbis enim* (ut docet Hippocr. *de affect. cap.6.*) *qui alter alteri superaccedit*, *plerumque interficit*; *Quum enim corpori a priori morbo debilitato alter morbus supervenerit præ imbecillitate prius perit*, *quàm alter*, *qui posterius accessit*, *morbus desinat*, Van-swiet. *ad aphor.*819. ubi quod alterius morbi superventus *prioris morbi augmentum designat*, *dum ad alias corporis partes propagatur malum*; *vel saltem indicat*, *per morbum sic mutata fuisse fluida*, *& solida corporis*, *ut etiam aliæ functiones lædantur*.

28 Sufficeret certè quidem, vel etiam nimia esset hæc tanta morbi gravitas; Verùm enim vero eam mirum in modum augebant, imo funestum morbi

exitum promovebant, comitantia illa, atque in dies deteriora effecta, symptomata: vigiliæ diu protractæ, summa inappetentia, & nausea, insignisque alvi stypticitas = *andandosi sempre più avanzando li mali &c. anche colla stitichezza del corpo, la nausea, e le vigilie, che non poteva mai dormire, nè prendere alcuna piccola cosa di cibo pag.85. §.143.*, alibique sparsim, ex ea. inter cæteras, ratione, *quia dolore, & inediis Æger marcescit; unde etiam Phthisis Ischiadica nomen accepit*, quam relatis verbis expendit Sennert. *Tom.4. pag.951. col.2. §. Est autem*, prout in hoc casu Ægrota jam sensibiliter tabescebat, imo pene erat macie confectæ *era molto smagrata, e decolorata pag.76. post init.= ridottasi per aspetto quasi ad un scheletro* pag.79. §.105.

29 Certius vero, præsentiusque periculum allatura erat gravis illa, quæ Ischiadi accesserat *Febris acuta continua*, quæ plus plusque increscebat, deteriorque evadebat in dies = *Febre continua, acuta*, teste Medico *pag.70. §.67.,: & pag.71. ante §.69.* ibi = *la Febre non cedè punto, ma piuttosto si andava avanzando*; Ejusmodi enim Febris non modo summam dolorum acerbitatem, morbique auctam gravitatem apertissime demonstrabat, Sennert. *Tom.4. pag.946. col.1. §.VI.* ibi = *Ischiadicus dolor gravissimus est, & ob doloris magnitudinem, & ob symptomatum supervenientium gravitatem; Vigilias enim propter dolorem gravissimum infert, Febres accendit*, Offman. *in supplem. part.2. pag.16. §.5.* ibi = *Febris Symptomatica est, quæ accedit doloribus gravioribus, arthritidi, malo Ischiadico &c.*, & *Tom.2. de dolor. arthrit. pag.342. §.15. in fin.*, ubi, quod hæc Febris *doloris acerbioris soboles est*, ET INFLAMMATIONEM INSEQUITUR; Sed enim vero mali ominis erat, ac summopere perniciosa, ut idem Offman. *Tom.1. pag.411. §.29.* ibi = *ab omnibus gravissimis doloribus Febres fieri acutas, quas veteres dixerunt symptomaticas, experientia in dies edocet. Sed omnes sic accedentes Febres* NIHIL BONI, SED PLUS DAMNI MINANTUR, & *Tom.6. pag.269. §.31.* ibi = *ubicumque Febres gravissimis doloribus accedunt*, CERTE NIHIL BONI, SED PLUS DAMNI INDE EXPECTANDUM EST.

30 Potissimum autem, quia eadem acuta continua Febris pessimi moris erat, admodumque pravis incedebat sociata phænomenis, videlicet, exilitate, & attenuatione pulsus = *ritrovai i polzi attenuati colla medesima Febre*, teste Medico *pag.75. §.89.*, & *Procesf. fol.329. in init.* ibi = *la Febre di giorno in giorno accresceva, li polzi s'impicciolivano*; Extremorum frigore = *colla medesima Febre, e col tatto fresco* cit. §.89., & dicto fol.329. ibi = *il tatto si andava rendendo sempre più fresco*: Comate, seu somnolentia morbosa = *vi ritrovai il sonno morboso, che l'era principiato qualche giorno precedente*, ut cit. §.89. Urina parciori, & qualitatis instar sanorum = *ve ne osservava* (urinam) *meno dell'ordinario &c.*, *e precisamente negli ultimi giorni vedeva l'urina nel colore, e nella qualità, come di un sano, ch'è uno degli indicj pessimi in tutti li Febricitanti, e nelli mali, che l'accompagnano, pag.76. prope fin.*; Ejusmodi autem phænomena, quæ Febrem acutam continuam comitabantur, certissima signa exhibebant pessimæ ejusdem Febris naturæ, summamque morbi gravitatem, ac pessima quævis prænunciabant, prout cuiquam notum est, & perpendendo PULSUM PARVUM, ET EXILEM monent Boerhaav. *aphor.634.* ibique Van-swiet. *§. Quo debilior*, Offman. *Tom.6. pag.241. §.16. in fin.*, EXTREMORUM FRIGUS, Hippocrat. *lib. 4. aphor.48.* ibique *Tozzi*, Van-swiet. *ad aphor.579. §. Omnium, & aphor.731. §. Cum autem synochus*, Offman.

Offman. *ad Poter. Centur.* 1. *cap.* 33. *litt. A.*, SOMNOLENTIAM MORBOSAM, Hippocr. *lib.* 2. *aphor.* 1., ibique Tozzi Van-swiet. *ad aphor.* 735. *§. Ubi somnus*, Sennert. *Tom.* 4. *pag.* 963. *col.* 1. §. *Et in specie*, ubi quod = *Somnolentia si in Arthritide adsit, aliquid materiæ etiam per venas, & arterias IN IPSUM CEREBRUM effundi docet, & URINAM PARCIOREM, ET QUALITATIS INSTAR SANORUM*, Offman. *in supplem. part.* 2. *pag.* 27. *§. In malignis urina sæpe sanorum similis est num.* 44. *& pag.* 28. *num.* 6.

31 Tandemque, ne in perspicuis rebus longi simus, plane desperatum morbum faciebat ingens illa virium prostratio, de qua *pag.* 61. *post init.* = *mi sentiva mancare di forze, e di spiriti*, & *§.* 14. *non mi poteva neppur voltare per il letto*, & pag 63. §. 28 = *per la DEBOLEZZA ESTREMA DELLE FORZE non mi fidava nemmeno voltarmi per il letto*, *pag.* 71. *§.* 69. = *Si debilitò, oltre tutti questi sintomi nelle forze*, pag. 72. *§.* 80. = *da giorno in giorno si andavano* [symptomata] *aumentando, anche con prosternazione di forze, e di spiriti*, pag. 75. *§.* 89. = *viddi ACCRESCIUTA LA DEBOLEZZA DELLE FORZE osservata da me ne' polzi*, pag. 79. *§.* 105. = *per forza* TOTALMENTE DEBILITATA, *non si poteva muovere dal sito, dove stava in letto, se non era mossa da me, e da un'altra commune vicina*, pag. 87. *§.* 157. = LA DEBOLEZZA ERA RIDOTTA AD UN STATO MOLTO GRANDE ; Effætis namque viribus, spiritibusque melioribus absumptis, nullo Naturæ molimine, nullo Artis auxilio sanari morbus poterat, Offman. *Tom.* 3. *pag.* 273. *§.* 4, Zacch. *Consil.* 30. *num.* 6. Van-swiet. *ad aphor.* 734. *§. Quo debilior.*, prout re ipsa jam succumbentem morbo naturam, irritaque facta Artis præsidia, evidentissime demonstrabat, vehementia morbi, & symptomatum nunquam vel paululum decrescens, sed plurimum increscens = *Non solo non ebbero decremento* (inquit Medicus pag. 72. *§.* 80.) *o alleviamento alcuno*, *MA SEMPRE DI GIORNO IN GIORNO SI ANDAVANO AUMENTANDO*, & pag 77. sub *§.* 98. ibi = *non cederono a tanti medicamenti da me prescritti*, ANZI SI ACCRESCEVANO, ESSENDOSI LA CAUSA DEL MALE RESA SUPERIORE ALLE MEDICINE ; Quandocumque enim (ut præmonet Offman. *Tom.* 6. *pag.* 177. *post init.*) *vehementia morbi, & symptomatum non decrescit, sed potius in eodem statu permanet, vel increscit, tunc* PESSIMUM INDICIUM EST. Hinc discimus, quam sapientissime Medicus curæ proximam mortem præsagiverit = *feci giudizio, che doveva andare a succumbere colla morte dopo alcuni giorni*, *pag.* 71. *§* 69., *& pag.* 77. *sub §.* 98. = *vergeva precipitosamente verso al morire*.

32 Jam verò, his omnibus, firmiter constabilita Ischiadici morbi diuturnitate, & gravitate, demonstratâque remediorum inutilitate, ac proximo fatali morbi exitu, opus non esset peculiari responsione ad obiectiones ex adverso excitatas, quippe quæ jam funditus eversæ manent, attamen, ne muneri nostro deesse videamur, id in sequenti Capite plenius exequemur.

CAPUT III.

Satisfit Animadversionibus.

33 QUÆ de Ischiadici morbi *initio*, & *progressu* Animadversiones §. 42. & 43. obiiciunt, ea omnia in universum summoventur prompta illa, atque verissima responsione, Miraculi essentiam constitutam non es-

se in primis morbi stadiis, sed quidem in ultimo, eoque maxime statu, in quo reperiebatur tempore, quo miraculosa sanatio contigit, cum morbi etiam levissimi processu temporis gravissimi, & lethales fieri possint, & frequentissime fiant, ut supra probavimus *in Miracula I. §.70.*; Verùm de Ischiadis gravitate, inter ipsa quoque ejus initia, & progressum, nemini dubium esse poterit perpendenti Facti seriem, aliaque de ejusdem morbi natura superius per nos deducta. Nil profecto quicquam in contrarium urgente, Mulierem intra primos quindecim menses, quibus Ischiade conflictata fuit, *neque* lecto decubuisse, neque domestica intermisisse officia, *neque* Medici opem invocasse, sed, repetentium paroxysmorum tempore, illitâ parte affecta oleo lumbricato, quandoque menstruas, & etiam aliquando bimestres expertam fuisse inducias, ut *cit.* §. 42., *&* 43.

34 Quandoquidem, quod ad *primam*, & *alteram* attinet obiectionis partem ex Facto constat, Mulierem, urgentibus paroxysmis, lecto non decubuisse, ac domesticis vacasse officiis, *non jam* propter morbi levitatem, *sed tum* propter ejus gravitatem, quæ impediebat, quominus sine magno dolore lecto decumberet = *M' INABILITAVA al camino, a star seduta, O IN LETTO &c., e così continuò per un anno, e mesi fino all' ultima infermità pag.*59. §.3. *&* 5.; *TUM ETIAM* propter ejus necessitatem, ex eo quia nulli ei erant, neque reditus, neque Filii, aut Domestici, aut Ancillæ, sed sola cum Viro manibus, laboribusque suis victum sibi quærere, ac parare cogebatur, ut *in Proc. fol.* 287., *&* 298.; dum aliàs nonnisi claudicando, seseque fulcro innitendo, magnosque perpetiendo cruciatus, necessarios subire enitebatur labores, ut supra §. 4. & 5. Neminem autem latet, argumentum trahi non posse ab iis, quæ propter necessitatem fiunt in *Leg. Quæ propter necessitatem ff. de regul. jur.*, *& in Cap. In argumentum eod. tit. in* 6., & bene in simili ponderat Rot. *dec.* 778.*num.*5.*cor. Buratto* ubi, quod inferri non potest ad excludendam assiduitatem, & acerbitatem doloris capitis, ex eo, quia eo laborans potuerit per se ipsum Ecclesiæ inservire, nam *potuit aliquando per seipsum deservire, & simul dolore capitis vexari, quamvis maximo detrimento, & periculo*, & favet quoque *decis.*24. *num.*11. *post Zacch. quæst. Medic. leg.*

35 Illud quoque, quod ægrota Mulier Medicum non accersivit, non jam processit ex levitate morbi, de cujus gravitate ex supra deductis constat, sed quidem ex eademmet rei familiaris angustia, quâ ei integrum non erat magnos, & quotidianos diu impendere sumptus, in diæretica, & pharmaceutica remedia, quorum in hoc morbo *diuturna continuatione medicamentorum opus est* teste Sennert. *Tom.* 4. *pag.*966. *col.* 2. *post init.* Etiam quia *vulgata multorum est opinio, Arthritidem esse incurabilem; unde etiam accidit, ut arthritici multi, QUASI IN MORBO DESPERATO, NULLOS MEDICOS CONSULANT* sunt verba ejusdem Auctoris *pag.*965. *quæst.*10. *in init.*, *& pag.* 966. *col.*2. ibi = *Plerique enim sibi persuasum habent, malum hoc esse incurabile, & PROPTEREA DE MEDICO, ET MEDICAMENTIS NON SUNT SOLLICITI*; De reliquo eadem Mulier Medici consilium exquirere, &, quæ præ viribus poterat remedia adhibere non prætermisit, ut ipsa deponit *Procefs. fol.*291. *terg.* ibi = *nè io, nè mio Marito chiamammo verun Medico &c., ma passando il Medico D. Nicola di Micco per avanti la nostra Bottega, che andava facendo le visite per altri infermi, AVENDOLO DOMANDATO PIU' VOLTE DEL SUO SENTIMENTO, ci diceva, che avessimo continuata l' unzione del sudetto Olio, e che avessi preso a mio arbitrio un decotto di salvia, siccome io me lo provedeva di tanto in tanto*; cui concors est Medicus ipse *Sum. pag.* 71. *sub* §.72.

§.72. ibi = *mentre io nell' anno 1747. passava per avanti la Bottega &c.*, *fui PIV' D' VNA VOLTA nel passaggio chiamato da Antonia Niglio, che si lamentava di patire un dolor grave nella Coscia sinistra verso l' osso scio*, *RICERCANDO ME DI QVALCHE MEDICAMENTO, che vi avessi potuto applicare*.

36 Quod verò spectat ad inunctiones parti affectæ adhibitas oleo lumbricorum terrestrium, quicquid sit in abstracto de efficacia ejusdem olei, quod cæteroquin tametsi vim quamdam habeat leniendi acerbum doloris sensum, unde inter anodyna, seu dolorem sedantia recensetur ab Offman. *Tom.1. pag.448. col.1. ante med.*, *& in observation. Physico-Chymic. lib. 1. observ.14. De peculiari oleorum, quæ ex regno animantium petuntur indole, ac virtute*. *Tom. 4. pag 464. §. Operationem*; attamen arthriticæ materiæ emendandæ, & eradicandæ impotens est, sicuti & cætera anodyna, de quibus Sennert. *de Arthrit. Tom.4. pag 948. col.1. §. Anodyna*, hæc habet = *Anodyna partem affectam demulcent, & laxant*, *CAVSAM VERO' IPSAM NON DISCVTIVNT*.

37 Quantalibet tamen ejusdem olei virtus sit & efficacia in abstracto, hoc certum est in concreto casus nostri, adhibitas eo unctiones tanti non fuisse, ut morbum ipsum evincere, morbificasque causas discutere, & exterminare potuerint, cum, iis non obstantibus, quamvis dolorum immanitas ad aliquod tempus sedata manserit, nunquam iidem dolores penitus cessarunt, atque ex perseverante intus morbifica causa, post infidas remissiones, rursus eadem sævitia revertebantur juxtà Testium depositiones relatas supra *sub §. 6.*; *Imo* per tres continuos Menses, qui immediatè præcesserunt ultimam morbi catastrophen *non solo non ricavò da detta unzione veruno allegerimento, ma anzi sempre più si vedeva aggravata, Sum.pag.85. in init.*, & latius probavimus *supra §.7.*; Unde ex his potius confirmata remanet gravitas, & contumacia morbi, quæ eo usque processerant, ut remediorum efficaciam eluderent; ad notata per Offman. *Tom 7. part. 2. pag. 176. §.12. &* bene Pignatell. *Tom.10. Consult. 177. num. 8.* ibi = *ex medicaminum inutilitate AVGETVR RATIO MIRACVLI*.

38 Denique, quod ad ipsas attinet morbi remissiones, quas R. P. Fidei Promotor in primo morbi stadio quandoque menstruas, quandoque bimestres fuisse obiicit, id sane nihil quicquam de ejusdem morbi *neque gravitate, neque longinquitate demit*; Non quidem de gravitate, cùm hæc quidem ipsa sit Ischiadici, aliorumque articularium, in primis atrociorum, dolorum, natura, & indoles, ut continuò corpus affligere, & excruciare non soleant eodem intentionis, ac vehementiæ gradu, sed remissiones suas, & quandoque etiam intermissiones, habere, datisque aliquibus induciis, per paroxysmos, & periodos, eodem impetu repetere, ut communiter tradunt Medici, & præ cæteris Sennert. *Tom.4. in Tract. de Arthritide pag.940. col.2. §.Solet hoc malum non continuum esse, sed per intervalla, & periodos affligere, & §. Et quia* Offman. *Tom.1. pag.169. §.29., & in schol.. & Tom.6. pag.117. col.2.*; ubi rationes expendit, cur præsentibus licet semper, & quidem in eadem activitate, causis morbificis, dolores, motusque morbosi non semper præsentes sint, sed vèl remittant, vel ferientur, ac nonnisi periodicè recurrant; quas brevitatis causâ præterimus; sed non ideo tamen morbus minus gravis quoquo modo dici potest, imo vel inter initia gravissimus apparet; Cum ejusmodi morbi recursus apertissimè patefaciat, arthriticam materiam jam inde ab initio subigi, & expugnari non potuisse, quin postea eosdem dolores suscitaret, ac vitium ipsum non modo in fluidis, sed multo magis in solidis, eorum tono, & robo-

robore, textura, & conformatione naturali, dejectis, & labefactatis, quod morbi magnitudinem, ac vehementiam demonstrat, constitisse, ut bene idem Offman. *Tom.* I. *pag* 244. §. 39. ibi = *PER MORBI VEHEMENTIAM Infirmitas solidis infertur partibus, ex qua facilis morborum recursus, & afflictio ejus partis fit, QUAM SEMEL MORBUS FORTITER EXERCUIT &c. Dolores podagrici, & qui dicuntur rheumatici, ita partem adfligunt, debilemque reddunt, ut serum acre, vel tareum, ad glandulas, vel ligamenta artuum glandulosa delatum, facile ibi subsistat, & crudeles hos dolores denuo provocet.*

39 Neque etiam prædictæ intercalares remissiones quidquam detrahunt de morbi diuturnitate, quippe quæ desumitur ab eo tempore, quo primùm Mulier Ischiade correpta fuit; nam tametsi dolores continui non fuerint, unus certe tamen, idemque morbus est, qui mox remittendo, mox recrudescendo, naturam geniumque suum servat; Unde eodem morbo affecti etiam remissionis tempore Ischiadici vocantur, sicuti Podagrici, Epileptici, Quartanarii dicuntur, qui iisdem morbis nonnisi per intervalla, & periodos affliguntur, ut in specie docet elegantissimus Textus *in leg. Qui Tertiana ff. de ædilit. edict.* ibi = *Qui tertiana febre, aut quartana, AUT PODAGRA vexarentur, quive comitialem morbum haberent, NE IIS QUIDEM DIEBUS, QUIBUS MORBUS VACARET, RECTE SANI DICENTUR*, & in eamdem *leg. Capoll. num.* I. ibi = *Qui patiuntur Podagram, NON DICUNTUR SANI ETIAM ILLIS DIEBUS, QUIBUS NON VEXANTUR PRÆDICTO MORBO*, & *num.* 4., ubi *ratio*, inquit, *est, quia non requiritur ad hoc, ut sit morbosus, quod semper, & continue patiatur morbum, sed satis est, quod habeat in se, licet semper non vexetur*; cujusmodi juris dispositionem, veluti ex re medica depromptam, ac veritati innixam, amplexantur, ac tuentur Medici, quos inter Zacchias *quæst. Medico-legal. lib.* 2. *tit.* 3. *quæst.* I. *num.* 14., & *quæst.* 14. *num.* 22., ubi Arthritidem, Podagram, aliosque similes morbos reversionem facientes, inter eos recenset, quibus affecti, neque etiam in interpolationis tempore sani dici possunt, & ante eum Sennert. *de Arthrit. tom.* 4. *pag.* 940. *col.* 2. §. *Et quia*, ubi, quod non ideo minus Arthritide laborare quis dicitur, quod morbus per intervalla recurrat, quia *ea est hujus morbi natura, ut in primo etiam paroxysmo per intervalla recurrere aptus natus sit; sicut qui Tertiana, vel Quartana Febre primùm corripitur, revera Tertiana, vel quartana laborare dicitur, & si plures paroxysmos tertia, vel quarta die recurrentes non expertus sit*; Id, quod multo indubitantius obtinet in hoc casu, in quo licèt acerbissimi cruciatus per intervalla molliti fuerint, nunquam tamen neque etiam intermediis temporibus penitus vacarunt, ut supra probatum est.

40 Pergunt Animadversiones *dicto* §. 44. *in fin.*, & *seq.* præmonendo Postulatores, ne Ischiadici morbi gravitatem desumant à superventis doloribus colicis, & somnolentia morbosa, qua identidem Mulier gravari solebat; quum *primi* verè colici non fuerint, sed vel hysterici, vel quicumque dolores in quavis Intestinorum parte excitati; atque *altera*, non jam somnolentia morbosa, sed quies, sed ex latè supra deductis à §. 20. *ad* 32., luculenter evincitur, Postulatores ad fundandam, demonstrandamque Ischiadis gravitatem, eamque maximam, neque Colicis doloribus, neque somnolentia morbosa indigere, quum ex aliis quampluribus ibidem ad exuberantiam usque perpensis, de ea dubitari non possit: Verùm enim vero, *ad Colicos quod attinet dolores*, de eorum veritate, & gravitate, veluti de morbo separato, & idiopathico, seorsum, sermo instituendus erit:

erit : Interim tamen, etiamsi, falsissimam per hypothesin, iidem verè Colici non fuerint, sed quicumque demum dolores ex quavis causa suborti, & in quavis Intestinorum parte suam sedem habentes, attamen veluti fixi, pertinaces, sævi, & atroces, atque uno eodemque tempore complicati cum immanissimis Ischiadicis cruciatibus, negari non potest, quin eis majus gravitatis pondus adderent, ac vicissim acciperent, ex *auctoritatibus supra* §. 27. *allegatis*, quibus addimus Actruc. *Tom.* 1. *pag.* 425. *in fin.* & *seq.* ibi = *quandoquidem, ut antiquus morbus accessione recentioris ingravescit, sic novum antiquioris praexistentia intendi necesse est*.

41 Somnolentiam autem revera fuisse morbosam, & non naturalem quietem, pluries testatus est Medicus curæ *pag.* 70. §. 67., *pag.* 74. §. 86., *pag.* 75. §. 89., cujus judicio standum esse jura omnia constituunt, de quibus Rota apud Zacch. *dec.* 33. *num.* 17., *decis.* 35. *num.* 13., & *in rec. decis.* 374. *num.* 17. *part.* 14., & *dec.* 312. *num.* 16. *part.* 15.; Præsertim quia ad detegendam ejusmodi ipsius judicii firmitatem, & veritatem, vel hoc solum sufficeret, quod Mulier nullum inde levamen sentiebat, pag. 61. init. = *appena dopo un quarto, ò una mezz'ora al più era risvegliata da medesimi dolori, senza averne verun conforto*, & *pag.* 82. §. 125. = *stava in un stato assai peggiore &c., ogni tanto tempo le veniva un pò di sonno, che non gli durava più, che un quarto, o un terzo d'ora, o al più una mezz'ora, e poi nuovamente si svegliava, e la sentiva spasimare, non essendogli giammai stata allentata la febre, e tutti gl'altri sintomi*; imo potius experiebatur dolorum exacerbationem, ac debilitatis, aliorumque symptomatum incrementum *pag.* 70. *in fin.* & *seq.* = *vi si aggiunse anche il sonno morboso, che la sorprendeva per un quarto, o una mezz'ora al più, di tanto in tanto &c., e secondo l'osservazioni &c. non solo io non viddi verun miglioramento, ma piuttosto deteriorazione delli sintomi &c., e si debilitò oltre tutti questi sintomi nelle forze*; & pag. 74. §. 86. = *la sciatica, la febre &c. non ebbero verun alleggerimento, ma anzi andorono ad accrescersi*, & pag. 75. §. 89. = *il giorno precedente* (sanationem) *circa le ore* 22. *la ritrovai in aumento di tutti i sintomi, perche il dolore sciatico era in grado più grave &c., come anche viddi accresciuta la debolezza delle forze osservata da me nei polzi*. Quoties autem in morbis somnus male cedit, lethale signum est, juxta Hippocrat. *lib.* 2. *aphor.* 1. ibi = *In quo morbo somnus laborem facit*, *MORTALE*, ibique Tozzius = *ubi somnus ita se habet, ut inde vivens magis debilitetur, atque infirmetur, tunc LETHALE SIGNUM CENSENDUM EST &c. Dicitur autem somnus in mortis laborem facere, & nocere, ex Galeno, cum Febres exacerbat &c. dolores &c. suscitat, quibus ægri plurimum divexati vires amittunt*, Boerhaav. *de cognosc. morb. aphor.* 735. *ibique* Van-swiet. §. *Ubi somnus difficilis, vel male cedens* ibi = *Ubi autem somnus difficilis est &c., vel licet profundo somno demersi jacuerint, evigilantes tamen* INDE NULLUM LEVAMEN SENTIUNT, *sed potius auctam corporis defatigationem, & majorem debilitatem percipiunt; hinc* IN ANGUSTO SPES EST, ET FERE SEMPER LETHALIS EVENTUS MORBI ERIT.

42 Urgent Animadversiones §. 47. Medicum curæ non tanti fecisse Ischiadicum malum, ut ex eo vitæ discrimen metuerit, ut ex ejus depositione *pag.* 73. §. 83. ibi = *avvertendo io di non poter dare in un medesimo tempo medicamenti per l'uno, e l'altro principal dolore colico, e sciatico, che sarebbero stati contrarj all'uno, ed all'altro male, pensai di andare al riparo del primo, come più pericoloso di vita, curandomi meno del dolor sciatico, che avendo bisogno di più lunga cura, poco importava, che avessi differita*

la cu-

la cura con medicamenti più efficaci a miglior tempo, dopo che l'Inferma era afficurata di vita per il dolor colico.

43 Verum triplici ratione isthæc Animadversio tollitur; Altera, quod, ut sanatio inter Miracula recenseatur, haud quaquam tanta maxima morbi gravitas requiritur, quæ Ægrotum in vitæ discrimen adduxerit, sed satis est, morbum fuisse gravem, & vel impossibilem, vel curatu difficilem, ut sapientissimis Patribus perspectissimum est, & docet San. Mem. Benedictus XIV. *lib.4. par. 1. cap. 8. num. 2. & 3.* ibi = *morbum debere esse gravem, & vel impossibilem*, VEL CURATU DIFFICILEM, *ut Sanatio Miraculo sit adscribenda*. Altera verò, quod Medicus loquitur comparative cum dolore Colico, quem periculosiorem Ischiadico affirmat = *pensai di andare al riparo del primo* (colici) *COME PIU' PERICOLOSO DI VITA*; quibus verbis non negat, sed fatetur, Ischiadicum quoque vitæ periculum intendisse, licèt non eadem celeritate, ut in simili advertit Osius Aurelius apud *Everard. Otton. Thesaur. Jur. Rom. tom. 3. col. 703.* ibi = *verbum MAGIS comparativè accipitur, cùm plus tribuit uni rei, quàm alii*, SIGNIFICAT TAMEN, REM UTRAMQUE, QUALITATEM EAMDEM HABERE, *sed non eodem gradu, ut cum dicimus, mel magis esse dulce, quàm uvas. Uvæ dulces sunt, sed mel magis. Sic si dicam, Titium magis doctum quàm cæteros, scientiam utique non detraham cæteris, sed præ illis Titium faciam eminentem*; id, quod clarius evincitur ex immediatè antecedentibus ipsius Medici verbis, quibus utrosque dolores vitæ periculosos edicit = *erano detti mali indicanti una morte non troppo lontana dell'Inferma*, ut *in dicto §. 83.*

44 Ac postremo advertendum est, Medicum sermonem habere de primo accessu ad Infirmam, ut ibidem = *alla prima visita* =; quo primum tempore licèt Ischiadem lethalem non putaverit, prout in genere ipsa per se se, sicuti cæteræ Arthritidis species, mortem plerumque afferre non solent; at processu tamen ægritudinis, quo dirior facta fuit in dies, necnon funesta syndrome Febris acutæ continuæ, magnæ prostrationis virium, aliorumque memoratorum symptomatum, dubio procul lethalis evasit, prout jam ipsemet Medicus proximam mortem probe cognovit, & præsagivit *pag. 71. §. 69., & 70., & pag. 77. sub §. 98.*, & luculenter evincitur *ex copiose supra deductis*, quibus nunc addimus Sennert. *Tom. 4. pag. 945. cap. 4. Prognostica §. I., & II.* ibi = *Arthritis plerumque morbus lethalis non est &c. Si tamen periculosa inflammationes, vel perniciosa febres accedant, vel natura succumbat, ut humores vitiosos amplius expellere non possit, Æger de vita periclitari potest. Et si quid tale periculosum conjungatur cum vehementi articulorum dolore, puta delirium &c., ac sudor frigidus, & pulsus parvus supervenerit, Ægrum eodem, vel altero die moriturum indicio est*. Offman. in not. ad Poter. *Centur.1. cap.33. lit. A.*, ubi quod *sæpius Arthritis certis in personis malignitate stipatur, & necat*, & San. Mem. Benedict. XIV. *lib.4. cap. 19. num. 8.* ibi = *Morbus hic lethalis non est, nisi accedant symptomata gravia, ut si vires doloribus, & vigiliis multum debilitata sint, aut periculosa inflammationes accedant, aut perniciosa Febres*; Imo vel ipsi acerbissimi dolores, quibus dies noctesque, ac jamdiu, cruciabatur, & consumebatur Ægrota, utique morbum etiam suâ naturâ benignum, lethalem effecissent, ut apposite ad rem monet Offman. *Tom.1. pag. 223. §. 9. in Schol.* ibi = *ea sæpe dolorum est indoles, ut si diutius durent, vires animi, & corporis frangendo*, *MORBUM ALIAS BENIGNUM LETHALEM EFFICIANT, VEL ETIAM IPSI SOLI MORTEM ACCERSANT*.

45 Pro-

45 Prosequuntur Animadversiones §. 48. lato calamo objiciendo, Febrem supervenientam Ægrotæ, *symptoma* fuisse, quod *non ad perniciem, sed ad salutem videtur referendum, cum ex illo discuti, & resolvi potuerit dolor Ischiadis, quo Ægra conflictabatur*; ad quod probandum nonnullas in medium proferunt generales auctoritates de Febris in profligandis, & extinguendis morbificis causis sæpius experto salutari effectu. Sed frustra.

46 Plane non inficias imus, quod nonnulli morbi commode solvantur Febre, quoniam motus in febre tam intestinus, quàm progressivus attenuat, incidit, & resolvit materiam immobilem, eamque fixam, & stagnantem ad evacuationem disponit, ac præparat: unde sæpius natura ip.a febre utitur in morbis ad remedium. Sed sapientissimos Suffragantes probe discernere exoramus motus naturæ febriles, qui bonum effectum præstare possunt, & salutares, ac critici habendi sunt, ab iis, qui perniciales, symptomatici, ac noxii sunt, ac sedulo investigare, *in quibus morbis, ac quo tempore, & sub quibus circumstantiis*; salutarem, & utilem effectum in medendo præstare queant; id quod paulo penitius, breviter tamen strictimque, ex Medicorum Schola expromemus.

47 PRIMUM Febris, quæ medicina corporis est depuratoria, & evacuatoria, ea est, quæ nec nimis debilis, nec nimis vehemens, sed moderata est: quæ secundissimis incedit signis: quæ parum durat, ac vel eadem die, vel postridie, summum perendie, definit: quæque demùm vires non infringit. SECUNDO' morbus, cui Febris sociatur, a sola copia humorum, non autem à qualitate materiæ salsæ, & acris, ortus esse debet. TERTIO sensibilis morbi ac symptomatum allevatio, & quædam insignis, notatuque digna, eaque manifesta, evacuatio per congrua emunctoria succedere debet. Ubi autem res contra se habent, non jam salus, sed certa pernicies a febri expectanda est. Ita iidem ipsi qui Febris salubritatem extollunt, apertissime distinguunt Auctores, ac præ cæteris Tozzi *in Hippocr. libr. 4. aphor. 57. §. Quamquam, & lib. 6. aphor. 51. sub §. Tandem* ibi = *Verumtamen Febris ista nec adeo mitis, & levis esse debet, nec multum vehemens, aut diutius protracta, quæ vires infringat, & deprimat, sed laudabilis erit, qua de genere ephemerarum statuuntur, ut nimirum non transcedat spatium trium dierum. Cæterum si febris limites ephemerarum excederet, & ab humoribus plus debito fermentescentibus, ac vitiosis proveniret, non omnino tuta foret; quoniam exinde &c. potius novus, ac deterior morbus exoriretur priore pejor.* Offman. *Tom. 2. pag. 191. post med.* ubi, quod motus febriles, *si vitium non tam in materiæ mole, quàm in perversa, & maligna humorum indole consistit, numquam salutares censendi sunt, eo, quod in detrimentum, & præsentissimum sæpe exitium convertantur.*

48 In hoc autem, in quo versamur, casu NEQUE Febris ejusmodi fuit naturæ, sed continua, acuta, pravis symptomatibus stipata, ac diutius producta cum insigni virium depressione ut *supra* §. 28. *& seqq.*; NEQUE Ischiadicus morbus à sola humorum copia pendebat, sed potius ab eorumdem humorum salsa, & acri qualitate; ut *supra* §. 18. *& 19.*; atque ipsa quoque Febris nonnisi ab eorumdem humorum acredine exorta fuit, quæ nimium aucta nervorum fluidum impetuosius agitando, sanguinem in crasi, & motu suo naturali depuratorio turbavit, ut in specie notat Offman. *in not. ad Consil. Poter. Centur. 1. Cap. 11. de Arthritide cum Febre liter. B. Oper. Tom. 7. pagin. 11. in fin., & seq.* NEQUE ETIAM in ejusdem Febris curriculo aliqua dolorum, ac symptomatum remissio, sed potius augmentum perceptum fuit ex deductis supra *in Facti narratione* NEQUE DENIQUE

 ulla

ulla vitiosorum humorum evacuatio successit, prout uno ore concinunt Sanata, Medicus, cæterique Testes *passim in Summario*; In quibus circumstantiis tantum profectò aberat, ejusdemmodi Febrem salutarem effectum exerere quoquo modo potuisse, ut potius, & omnino morbum in extremam Infirmæ perniciem præcipitasset, ut præcipitabat, ex auctoritatibus *supra* §. *29. & seqq* allegatis, quibus addimus Offm. *Tom. 1. pag. 171. §. 37. in Schol.*, *pag. 184. §. 26.* ibi = *Febres, quæ AD EXITIVM, ET SVMMAM PERNICIEM TENDVNT CORPORIS, sunt &c., illæ febres, quæ à gravi læsione exter narum partium nervosarum &c., a NIMIIS DOLORIBVS FIVNT, quia omnes hi morbi, & motus morbosi non ita sunt comparati, ut causas removeant, sed potius læsiones reddunt graviores, & IN EXTREMAM PERNICIEM, AC IMBECILLITATEM &c. PRECIPITANT*, & Tom. 2. pag. 186. §. 2. ibi = *Dolores arthritici &c., Ischiatis &c. semper incipiunt cum insultu febrili &c., sub quo ad articulos agitur ex interaneis acris recrementia materia, ibique acerbos suscitat dolores, qui novam cient febrem, eo graviorem, quo graviores ipsi &c. Ita autem* (prosequitur §. 4.) *omnes hæ symptomaticæ, & continuæ febres sunt comparatæ, ut universam œconomiam functionum pervertant, vires frangant, multaque exitialia symptomata inducere possint. PLANE OMNI TAMEN DESTITVVNTVR VTILITATE, nec sicuti aliæ Febres, removendæ, & vincendæ causæ servi.nt ... minus sufficiunt.*

49 Et, inter cæteras, ratione, quod ejusmodi Ischiadici, arthriticique dolores suscitantur a materia salino-acri, ut *supra* §. 18. *&* 19.; Febris verò acuta continua, ex sua indole, ac natura, sanguinis massam in sales, & olea volatiliora, & acria, resolvit. Offman. *Tom. 1. pag. 319. §. 2.*, Boerrhaav. *aphor.* 100. §. *Sanguinis resolutionem in sales*, Van swiet. *ad aphor. 729.* §. *Causæ*; Sicque tantum abest, ut vitiosos humores temperare, corrigere, ac removere aliqua ratione possit, ut ex contrario eos insigniter foveat, & augeat, intimiusque in nervosas, fibrosasque partes affectas protrudat, ut bene ad rem Offman. *in not. ad Poter. loc. cit.* Cui hæc altera ratio accedit, quod in Ischiadico morbo causa mali non solum in humorum vitio consistat, sed præcipuè in magna tendinearum, fibrosarumque partium atonia, ac imbecillitate, Zacch. *quæst. Medico-legal. lib. 8. Tit. 1. quæst. 20. num. 4. vers. ac breviter dico*, Offman. *Tom. 1. pag. 356, sub* §. *35.*, Astruc. *lib. 4: cap. 10. §. VI. num. 3.*; Febris verò acuta continua ejusmodi atoniæ, & laxitati occurrere, suppetiasque ferre non potest, sed potius magis magisque partium elaterem, tonum ac robur suffuratur, & destruit, Offman. *Tom. 1. pag. 319. §. 2.*, Boerhaav. *aphor. 587.*, Van-swiet. *ad aphor. 662. §. 3.*, aliique passim. Hinc merito Febris acuta continua, communi Medicorum judicio, nunquam salutaris naturæ motus censetur, sed summopere perniciosa, ac periculosa reputatur, ac prædicatur, ut eum *Hippocrate, & Galeno* docet Zacchias *lib. 1. Tit. 4. quæst. 4. num. 101.* ibi = *Febris acuta CAVSA EST, ET SIGNVM PERNICIOSISSIMVM*, Boerhaav. *APHOR. 564.*, ibique Van-swiet. *§. 1., & ad aphor. 728. §. 1. in fin.*; Offman. *Tom. 2. pag. 105. §. 2. in fin.*

50 Post hæc Animdversiones §. 49. obiiciunt adhibita pro expugnandis morbis remedia, quæ singillatim enumerant, eaque apta, & efficacia fuisse contendunt; Quo posito continuato remediorum usu; *videbatur* inquiunt, *aperte adversari elementaribus principiis, attribuere sanationem Miraculo*, juxta ea, quæ, aliis relatis, differit sa. me. Benedictus XIV. *lib. 4. part. 1. Cap. 8. num. 8.*

51 Sed si remediorum usus generaliter sine ullo discrimine, adversaretur Miraculis, plurima ex eorum albo delenda, ac nulla in posterum forent ei adscri-

scribenda; cum vix ac ne vix quidem contingat, remedia eaque apta, in morbis non adhiberi. Hinc rectissimè monet idem ipse Sapientissimus Pontifex, non tam spectandum esse remediorum usum, sed investigandum, cognoscendum, perspiciendumque *imprimis*, an fuerint apta, & potuerint proficere, ac *deinde*, num revera profecerint; nam si vel non apta fuerint, vel non proficua, non jam ad eorum virtutem, sed ad Miraculum referri sanitas debet, ut explicando auctoritates per Animadversiones allegatas, docet *loc. cit. sub dicto num* 8. ibi = *Et si pro regula statuitur, Sanationem non miraculo, sed viribus medicamentorum esse adscribendam DVMMODO MEDICAMENTA FVERINT APTA, & POTVERINT PROFICERE; prò regula explicatione, vel etiam limitatione statuendum erit, SANATIONEM ESSE MIRACVLO, & non viribus Medicamentorum ADSCRIBENDAM, si constet, medicamenta adhibita NON FVISSE APTA, SED AVT NOCVA, AVT INVTILIA*; id. quod aliorum auctoritate, & exemplis confirmat.

52 Restricto itaque examine ad adhibitorum remediorum naturam, & effectum, iisque cum genio morbi comparatis, plane, re penitus perspecta, nedum facile intelligetur; sed manibus, ut ita dicamus, contrectabitur; ea neque efficacia, neque proficua, sed inefficacia, & inutilia, imo verò nocua fuisse. Porro, quod spectat *ad Purgantia*, nempe oleum amygdalarum dulcium, & Magnesiam, ea adhibita fuerunt non jam pro *Ischiade*, de qua nunc est sermo, sed prò *Colica*, de qua inferius. Interim tamen ad omnem dubitationem tollendam præstantissimos PP. advertere rogamus, ejusmodi Purgantia nullo prorsus modo utilia, & conducibilia fuisse ad Ischiadici mali, non dicam expugnationem, sed mitigationem, ut in terminis ejusmodi arthriticorum morborum docet Poterius *Centur*. I. *Cap. XI. de Arthritide* §. 2. *ad fin.* ibi = *Purgemus ejusmodi humores quantum voluerimus, quid inde? NE MINIMVM QVIDEM LEVAMINIS AFFEREMVS*, ibique Offman. *in not.* §. *Purgemus* ibi = *PVRGANTIA NIHIL VALENT AD PRÆSERVATIONEM, VEL MITIGATIONEM ARTHRITIDIS. Morbus hic Salinus est, purgantia autem nullam vim habent in salia, nec quæ in lympha, & massa sanguinea existunt*; Imo verò potius sunt noxia, ex ea perspicua ratione, quam subdit idem Offmannus his verbis = *cum humores, sub quorum favore salium ferocia delitescebat, subducunt, & spiculis suis irritando DOLORES, & SPASMOS AVGENT*, & prius *Tom.* I. *pag.* 218. §. 28. generaliter hæc habet = *Vbi dolores sunt &c. ibi Purgantia magnas calamitates afferunt*.

53 Atque ita reapse, cum eadem Mulier, Purgantium, & Clysterum ope, aliquas, tametsi minimas, fæces per alvum emiserit, (quæ cæteroquin postremis ægritudinis diebus penitus suppressæ remanserant, juxta Testium Dicta *relata infra* §. 86.) nihil inde levaminis, sed majus detrimentum percepit, *pag.* 65. §. 45. ibi = *Nè la Febre, nè i dolori, nè i morbi riceverono alcuna moderazione, nè mia Moglie ricavò beneficio alcuno per l'evacuazione delle feccie, se non in picciolissima quantità*, MA SEMPRE PIU' ACCRESCENDOSI, ED INCRUDELENDOSI I MALI, *come io vedeva, ed osservava notte, e giorno &c.*, Medicus curæ *pag.* 71. *post init.* ibi *anche da questa piccola sfecciatura il dolore sciatico non andava punto a cedere*, MA SI RENDEVA PIU' ACUTO, aliique Testes *pag.* 81. *sub* §. 121. & *seq.* ibi = *dall'uso de' quali medicamenti ella non ricevè, se non che in piie volte piccole sfecciature*. CHE NEPPURE LE ALLEGERIVANO IN MINIMA PARTE I SINTOMI, *perche la Febre continuava, e i dolori così nel ventre, che nella coscia* SI ESACERBAVANO, *ed ella non ritro-*

L 2 *vava*

vava nè requie, ne riposo, CONTINUAMENTE URLANDO, *e patendo continuamente vigilie* CON CONTINUI URLI, E GRIDI, *e le forze anche si andavano abbattendo*, *pag*.85. §.143. *in fin*. ibi = *in pochissima quantità in più volte ne evacuò*, SENZA VERUNO SOLLIEVO DE' MALI, & *pag*.87. *post init*. ibi = *non se vidde altro beneficio, se non di* UNA PICCIOLISSIMA EVACUAZIONE, QUASI INSENSIBILE *in più volte delle feccie, e dalle unzioni verun vantaggio ne' dolori*, MA SEMPRE PIU' SI ANDAVANO ACCRESCENDO *colla febre continuata, e colla debolezza delle forze*.

54 Quod verò attinet ad remedia exterius Femori affecto admota; eadem, ubi etiam congrua fuissent, at certo certius tamen ad morbi eradicationem conferre non potuissent; quoniam propter loci profunditatem, incumbentemque articulo carnem, adipisque abundantiam, musculorumque crassitudinem, eorumdem remediorum vis penetrare intus nequit, ut necesse foret; quemadmodum in specie Ischiadici doloris communiter dolent Medici Sennert. *Tom*. 4. *pag*.946. *col*.1.§. *VII*. ibi = *si humor semel affluxerit, & in coxendicem sese insinuaverit, difficulter curatur, quia remedia discutientia* PROPTER ARTICULO INCUMBENTEM CARNEM, PENETRARE, QUO DEBENT, NEQUEUNT: Zacchias *Consil*. 5. *num*. 7. §. *Tertio* ibi = *dolentis articuli* PROFUNDITAS IMPEDIT PENETRATIONEM OMNIUM MEDICAMENTORUM, *tam eorum, quæ ad levandum dolorem, aut ad materiæ resolutionem, vel concoctionem, exterius adhibentur, quam eorum, quæ ad purgandam quomodocumque eam ipsam materiam, interius assumuntur*, Offman. *Tom*.6. *pag*.129.§.18. ibi = PARUM IS ADLEVABIT ISCHIADICOS DOLORES; *qui natibus, vel femori auxilia externa admovet*. QUONIAM OB ABUNDANTIAM ADIPIS, MUSCULORUMQUE CRASSITUDINEM MEDICAMENTI VIS ADFECTAM PARTEM MINUS PENETRARE VALET.

55 Verùm enim vero remedia parti affectæ applicata, tametsi non morbi eradicationem, sed doloris mitigationem spectarent, teste Medico curæ *Process. fol* 329. *super*. 34. ibi = *Ho deposto la composizione dell'Empiastro, che io feci applicare alla sudetta Inferma, dopo la prova fatta per più giorni dell' unzione dell' olio di legno santo nella Coscia* PER ALLEGGERIRLE IL DOLORE; at certe tamen neque morbi, neque symptomatum naturæ consentanea quoquo modo fuerunt. Sic in primis minime convenientes fuere unctiones administratæ oleo ligni Indici, quod lignum, & *Guajacum*, & *Sanctum* dicitur; Siquidem certa ratione, & constanti experientia compertum est, idem oleum acerrimo sale scatere, ac intensissimè calefacere, ut in specie Offman. *observat. Chymic. libr* 1. *observ*. 11.§.*Quarto praxis nos docet* ibi = *virtus Olei ligni Guajaci* INTENSISSIME CALEFACIENS *nota est*, *Tom*. 3. *pag*.440 *col*.2. *post init*. ibi = *lignum Guajacum* ABUNDANTI *eoque subtili resinoso*, ET ACERRIMO SALE *præ aliis scatet*, Van-swiet. *ad aphor*.376. *ad fin*. ibi = OLEA ILLA ACRIA *empyreumatica valido igne* EX LIGNO GUAJACO, *& similibus, expressa &c. In his maxima tenacitas oleosa, quâ* MEATUS OBSTRUUNT, ET VALIDA SIMUL ACRIMONIA, *quâ vasa irritata constringuntur, deprehenduntur*; Tantaque est ejusdem olei acrimonia, ut externis corporis partibus applicatum, validam inflammationem, ipsamque Gangrænam excitare potens sit, ac sæpenumero excitaverit, ut subjungit Van-swiet. *loc. cit*. ibi = *imprudentius cuti inuncta pessimas inflammationes, imo gangrænam ipsam aliquando produxisse, observatum fuit, & ad aphor*.388.§.*Humor acer* ibi = OLEA ACRIA *empyreumatica* EX LIGNO GUAJACO

ex-

expressa enti applicata veras escharas gangrænosas faciunt, & ad aphor.1069. *ad fin.* ibi = *OLEA ACRIA*, *ut oleum LIGNI GUAJACI &c. parti affecta si applicentur*, *dolorem molestum excitant*, *& inflammationem tantum quandoque*, *ut brevi gangrana sequi posset*.

56 Hoc præcognito, cum certum sit, in Ischiadico morbo peccare humorem salsum, & acrem, ut *supra* §.18., & 19.; atque eodem ipso administratarum unctionum tempore Mulierem paroxysmis dire vexatam, atque acuta continua Febri correptam reperiri, plane per sese patet, ejusmodi oleum non modò incongruum fuisse, sed ad humorum acrimoniam jam præsentem vehementer augendum, ignique lignos addendum, perquam fuisse sua sponte efficacem, Offman. *observat. Chymic. lib.1. oservat.* 8. §. *Praterea* ibi = *ex quo illud perquam utile consectarium practicum fluit*: *Ubi intensus in morbo quodam est calor &c.*, ibi = *AB EJUSMODI OLEIS CALIDIORIBUS NONNISI PERICULUM METUENDUM EST*, *& in not. ad Poter. Centur.*1. *Cap.*39. *lit.E.* ibi = *In acutis omnia calida volatilia oleosa motum sanguinis tam intestinum*, *quàm progressivum augentia*, *SÆVIORA REDDUNT SYMPTOMATA &c. Ex omnibus autem calidissima sunt olea*. *Tom.*6. *pag.*114. *post init.* ibi = *medicamenta*, *quæ adhuc activioris indolis sunt*, *salsa*, *& acria*, *AUGEBUNT INTEMPERIEM sanguinis salsam*. *Toties observavimus IN ARTRITICIS DOLORIBUS omnia remedia*, *quæ notabili salsedine*, *calore*, *acredine*, *notata fuerunt*, *AUCTA SEMPER PATHEMATA FUISSE*, *ET DOLORES*, *rosiones*, *exulcerationes ATROCIORES EXINDE FACTAS &c. Si enim motus intestinus concitatior* (ut Febris) *salia producit*, *facile exinde fluit*, *omnia calida*, *& spirituosa*, *quoniam motum hunc sanguinis calidum mirifice augent*, *salibus quoque producendis*, *ac generandis apta*, *et idonea esse*, & *pag.*116.§.24. *prope fin.* ibi = *IN ARTHRITICIS*, *& rheumaticis doloribus &c.*, *omnia salsa*, *acria*, *calida*, *SUMME DEPREHENDUNTUR HOSTILIA*, & *Tom.*6. *pag.*338. §.41. *in fin.*, & in specie ligni Guajaci, quod non conveniat, imo obsit, ubi calor, & humorum acrimonia vigent. Astruc. *de morb. vener.lib.*2. *cap.*6.§.*Sed nihil est vulgo imprudentius Tom.*1.*pag.*139., *et cap.XI.* §. *IV. pag.* 209. Etiam ex eo, quod cum idem oleum, sua maxima tenacitate, meatus obstruat, porosque, ac vasa constringat, teste Van-swiet. *loc. cit.*, minime convenit Ischiadico malo, in quo illud sollicite providendum est, ut meatus magis aperiantur, ac transpirationis negotium non interturbetur, ne acris, & noxia materia intra corpus, & ad sanguinem cum majori pernicie retropellatur, juxta ea, quæ monet Offman. *Tom.*6. *pag.*128. §.17.

57 Similiter ad ejusdem Ischiadici mali, ejusque symptomatum naturam, accommodatum non fuit *Ceratum*, seu *Emplastrum* de Ranis cum Mercurio; Præter enim inefficaciam, & incommoda, quæ ex ejusmodi emplastris proveniunt, de quibus Astruc. *lib.*2. *cap.XII. pag.*219. §. *Idem* ibi = *Quandoquidem atomi mercuriales crassioribus*, *& unguinosis Emplastrorum partibus arctius irretita*, *nec frictione ulla*, *sed calore solo corporis excitata*, *& parcius*, *& lentius intro subeunt*. *Adde & ægrotantibus incommoda esse*, *quos inde angi certum est calore*, *prurigine*, *variis*, *erysipelate*, *imo furunculis*, *propter nimiam Emplastrorum acredinem*, *aut inhibita perspirationis moram*. *Ideo jamdudum universali eorum usu desitum est*.

58 Accessit eo, quod idem Emplastrum renovatum non fuit, sed illud ipsum initio applicatum ad plures dies Femori infixum mansit, ut evincitur ex Sum. *pag.*60. §. 12. *pag* 66. *sub* §. 47., *pag.*76. §.95. *in fin.*, *pag.*81. §.121.; Ex qua diuturna ejusdem Emplastri retentione, *Vel* idem calore

loci

loci fotum, mora, ac vitiosæ arthriticæ materiæ inquinamento, alteratum, in deleteriam, summèque noxiam naturam abiit, prout etiam in benignis remediis evenire, experientiâ edoceat; *Vel saltem* infructuosum, ac inutile evasit; cum ejusmodi emplastra mercurialia tertio quoque die renovari debeant, juxta monitum Ferrerii *de Pudendagra lib.*1. *cap.*10. apud Astruc *Tom.*2. *pag.*186. *post init.* ibi = *Emplastra mercurialia renovanda esse tartio quoque die.*

59 Profectò, quicquid sit de ejusdem Emplastri virtute in Ischiadicis, cæterisque arthriticis doloribus, qui à *lue Gallica* procedunt, in cæteris verò arthriticis doloribus, qui ab hac lue non pendent, ejusmodi mercurialia Emplastra communibus Medicorum suffragiis, certissimisque experientiis, sunt perniciosissima: tantum abest, ut singularem opem afferant. Offman. *Tom.*1. *pag.*220. §.*XI.*, *& in Schol.*, *& §.* 12. ibi = *Igitur mercurialia neque interne, NEQUE EXTERNÆ CONVENIUNT, ubi succorum magna est impuritas, & dyscrasia salino-sulphurea, ut IN ARTHRITIDE, & qui a salibus nascuntur morbis*, & in Schol. ibi = *Mercurialem inunctionem ARTHRITICIS corporibus VALDE NOXIAM FUISSE, autor est Hildanus Cent* 4. *observ.* 81., *& pag.* 221 *§.*14., *& in Schol.*, *& §.*15. *in Schol.* ibi = *nunquam corporibus infirmis &c.*, *& qui a præcedenti morbo vires amiserunt, Mercurialia adhibere oportet &c. ARTHRITICI MAXIMOPERE SIBI AB HORUM USU CAVEANT, & ubi genus nervosum spasmis valde lacessitur*, Wedelius *in Miscel. Natur. Decad.*2. *anno.*4. *observ.*120., ubi prodit funestum plane unctionis mercurialis successum in Arthritide; Et distinguendo inter Arthritidem ex *impura venere* ortam, atque ex aliis causis progenitam, hæc habet idem Offmannus *Tom.*1. *pag.*298. §.35. ibi = *probe notari debet illa differentia, quæ inter dolorem arthriticum, & inter dolorem artuum venereum intercedit &c. ARTHRITIS acrioribus pharmacis, ut mercurialibus, MIRUM EXACERBATUR; quum contra dolores luis Gallicæ nonnisi hisce præsidiis facile auferantur*, cui concors est Astruc. *lib.* 4. *cap.* 4. *pag.*414. *post init.*

60 Imo verò etiam Ischiadici dolores a Gallica lue orti, tametsi mercurialium usu quandoque mitigentur, sæpe numero tamen non cedunt, potissimum verò si inveterati fuerint, & crebris insultibus ægrotum afflixerint, teste experientissimo Astruc. *lib.*4. *cap.*5. *artic.*2. §. *Quotiescumque habitualis pag.*429., *& cap.*10. *Artic. VI.* §. *Experientia notum est, dolores Arthriticos, & Ischiadicos.*

61 Multo autem minus idem Emplastrum congruum fuit, attento concursu febris acutæ continuæ, & virium Infirmæ prostrationis, aliorumque dolorum complicatione; Certa enim, & ab omnibus definita lex est, ne mercurialia quoquo modo applicentur iis, qui aut actu sunt Febri correpti, aut vires depressas habent, aut quovis alio gravi acuto morbo decumbunt, cum ex eis nullum Infirmi commodum percipiant, sed certe in pejora ruant, ut latè Astruc. *lib.*4.*cap.*6.*§.I. pag.*433., *& pag.*434. §. *II.*, *& pag.*453. §.*Caterum a quacumque causa.*

62 Ratio multiplex est, sed ne præsentes Responsiones in volumen crescant, hanc unam exponemus, quæ cæteroquin ante cujusvis oculos versatur; videlicet materia Ischiadici doloris salsa est, & acerrima, ut *supra* §.18. 19. & *alibi*: Febris sales acriores reddit, imo sanguinis massam in sales, & olea acria resolvit, ut *supra §.*49.; Mercurialia verò ejus sunt indolis, ut quoties humorum acrimoniam, & salinam intemperiem in corpore reperiunt, corrosivam, & virulentam acquirant facultatem & na-

& naturam, ut communiter monent Medici, & Chymici, præsertim Offman. *Tom.3. pag.419. §. 2.* ibi = *longe deteriora fiunt symptomata, quia Mercurius salibus associatus valde rodentem acquirit facultatem, & pag.424. post med.* ibi = *Ea enim medicamentorum ex Hydrargyro paratorum est indoles, ut salium connubium minus amice ineant, sed facile corrosivam & virulentam adsumant naturam, Tom.6. pag.101. §. 36., & pag. 314. §.20. vers. Indubitatæ veritatis.*

63 Itaque evidenter patet, remedia parti affectæ applicata, morbo, ac symptomatibus, quibus Ægrota vexabatur, neutiquam apta fuisse, sed potius incongrua, & nocitura; At ubi etiam, falsissimam per hypothesin, de eorum incongruitate, & noxa, non constaret, prout constat, *a priori* sat superque tamen foret, constare *à posteriori*, seu ab effectu; cùm remediorum etiam congruorum vires non sint absolutæ, sed relativæ ad individua ægrotantium, & comitantes circumstantias, *dum unum medicamentum eodem, modo, & regimine, tempore, ac dosi, eodem in morbo exhibitum, uni prodesse, alteri non convenire, sed nocere, per attentam observationem confirmatur*: sunt verba Offmanni *Tom.1. pag.425. post init.*, & *in supplem. par.2. pag.37. §.9.* ibi = *Sæpius medicamentum, quod uni subjecto prodest, alteri infensum est, & contrarios producit effectus.*

64 Et re quidem vera, remedia adhibita nil quicquam profuisse, sed valde nocuisse, idem, qui fallere non potest, mirifice patefecit eventus; Quandoquidem de unctionibus *oleo ligni Guajaci*, quæ primùm in usum vocatæ fuerunt, Sanata, aliique Testes hæc habent in *Sum. pag.60. §.12.* = *perchè* NON MI SENTIVA ALLEGGERIRE IL GRAVE, ED ACUTO DOLORE DELLA SCIATICA &c. *in luogo dell'unzione dell'oglio di legno santo, mi fece applicare un empiastro &c. pag.65. §.44., & 45.* ibi = *Nè la Febre, nè i dolori, nè i morbi riceverono alcuna moderazione, pag. 66. §.46.* = *avendo veduto, che l'unzione dell'oglio del legno santo* NULLA LE *PROFITTAVA &c.*, & §.49. ibi = *Il Medico vedendo che &c. le unzioni alla sciatica niente profittavano, ANZICHE ANDAVANO I MALI PIUTTOSTO AL PEGGIO, che al meglio &c.* Medicus curæ *pag. 74. §.84.* ibi = *ordinai la prima volta l'unzione dell'oglio di legno santo, e poi udendo per alcuni giorni, che* NULLA LE GIOVAVA *&c.*, §.85., *& §.87.* ibi = *Avendo io veduto, ed osservato, che veruno de sudetti mali, e morbi andavano a cedere*, ANZICHE SI RENDEVANO SEMPRE PIU' FIERI *coll'uso de' sopraccennati medicamenti &c.*, aliique Testes *pag. pag.81. §.121., & pag.86. in fin. & seq.* ibi = *ordinò &c l'unzione dell'oglio di legno santo alla coscia &c. ma &c. non si vidde &c dalle unzioni verun vantaggio ne' dolori*, MA SEMPRE PIU' SI ANDAVANO ACCRESCENDO *colla Febre continuata, e colla debolezza delle forze*; Quapropter vale dicto eisdem unctionibus, deventum fuit ad sæpedictum Ceratum.

65 Deque hoc ipso etiam *Cerato*, quod, eo non obstante Ægrota nullum unquam ne minimum quidem experta fuerit levamen, sed ex contrario dolorum ferocitatem magis, atque magis, ad momentum usque obtentæ miraculosæ sanationis, adauctam, sicuti & cæterorum symptomatum incrementum eadem ipsa Mulier, aliique Testes concordi voce testantur Summar. *pag.60. in fin., & seq. pag.61. §.14.* ibi = NEPPUR QUESTO EMPIASTRO MI FECE VERUNA CONFERENZA, *perche anche questo dolore* [Ischiadicus] LO SENTIVA SEMPRE PIU' ESACERBATO, & §.16. ibi = *il male della Sciatica* SEMPRE PIU' S'INCRUDELIVA, *non ostante l'empiastro*. Vir ejus *pag.66. §.47., & 48.* ibi =

coll'ap-

coll'applicazione di detto empiastro per tutto il tempo, che fu tenuto da mia Moglie, il dolore NON SOLAMENTE NON SE LE DIMINVI' PVNTO, MA ANZI SE INCRVDELI', *tanto che fino à tutta quella notte, che la mattina verso l'alba ricevè la Grazia, non faceva altro, che continuamente urlare*, SENZA REQVIE, E SENZA RESPIRO, *come io per la mia assistenza di notte, e giorno continuamente sentiva, & §.50., pag.69. §.63.*, Medicus curæ, aliique Testes, quorum Dicta, brevitatis gratiâ omittimus, ea dumtaxat indicantes *pag.74. §.86. & 87. pag.75. §.89., pag.77. §.98. pag.82. §.125.*, alibique; Et adeo quidem, ut Medicus curæ necesse putaverit tentare crudelissimum illud remedium ustionis Arabicæ, ut ipsemet deponit *pag.74. §.87.* ibi = *Avendo io veduto, ed osservato, che veramo de' sudetti mali, e morbi andavano a cedere, anziche SI RENDEVANO SEMPRE PIU' FIERI COLL'USO DE'SOPRACENNATI MEDICAMENTI, io mi determinai di far esperimento dell'ustione Arabica, cioè di far focare la coscia verso l'osso scio, dove l'Inferma pativa*, & latius continuationem exacerbationis dolorum, ac symptomatum incrementum ad obtentam usque miraculosam sanationem, probavimus supra *in Expositione Facti*.

66 His cognitis, planèque perspectis, *SI*, sapientissimi Patres justissimi rerum æstimatores, *si*, inquam inter Medicos constat, *eam esse materiæ, quæ dolores in articulis creat, & fovet, indolem, & crasim, ut vix ab ulla Medicina immutari, alterari, & ejus pernicialis vis destrui possit*, ut hisce verbis testatur Offman. *Tom.2. pag.355. col.2. post init.*, & probavimus *supra §.21., & 22*; *SI*, pluribus licèt remediis in subsidium vocatis, vix ante quadragesimum diem humorum discussio sperari potest, ut cum Hippocrate notat Sennert. *de Arthritide Tom.4. pag.942. col.1. post init.* ibi = *pars debilitata humorem, qui affluxit, difficulter, & NON-NISI LONGO TEMPORE discutere potest, unde accidit, ut antequam unus humor discutiatur, quod Hippocrates VIX ANTE* 40. *DIEM fieri scribit, alius humor affluat*; *SI* multò difficilius materiæ discussio obtineri potest in hac Arthritidis specie, nempe Ischiade, dum *vastis musculis, quibus Femoris articulatio tegitur, remediorum accessus impeditur*, ut, præter auctoritates allegatas *supra §* 54., hisce verbis monet Offman. *in not. ad Poter.* Tom.7. *pag.*51. *cap.* 10. *§. Ischiadico dolore*; *SI* magis id procedit in Ischiade, quæ diutius afflixit, cum in ea mali causa profundius resideat, altiusque partibus sit impacta, *juxta auctoritates allegatas supra* § 23., imo toties penitus sit insanabilis, Offman. *in supplem. par.2. pag.31. §.35* ibi=*malum podagricum, arthriticum si diu duravit, & succos corporis notabiliter deturpavit, levari quidem, AST PERFECTE SANARI NEQUIT*; *SI* rursus eadem vitiosa materia multo minus extirpari potest in ætate provecta, ac præcipue in hyemali, ac vernali anni tempore, ut *supra probavimus* § 24. & 25.; *SI* præterea difficultatem auget comitatus Febris acutæ continuæ, ut *supra §.29.* 30.48. & 49.; quæ imo, dum ad affectam, & irritatam partem majorem vitiosæ materiæ affluxum proritat, ut advertit Offman, *Tom.1. pag.411. §. 29., Tom.6. pag.269. §.31.* eâ prius non summotâ, vanum est sanationem sperare; *SI* alia comitantia Symptomata, ac inprimis insignis virium dejectio omnem remediorum efficaciam eludit, ut *supra §.31.*; *SI* demùm spectanda non est materialis remediorum applicatio, eorumque vis in abstracto, sed in concreto *omnes, quæcumque post medicaminis usum inciderunt, mutationes studiosè adnotandæ sunt, in primis, utrum symptomatum vis ac vehementia inde tantisper vel mitigata, vel adaucta sit?* juxta monitum Offman. *Tom.1.*

*Tom.*1. *pag.*289. §. *Ulterius*; Ac denique, ne diu sermonem provehamus, *Si* remedia, ea etiam dicimus, quæ causis morbificis corrigendis, expugnandisque apprime sunt apta, paulatim efficaciam suam produnt, ac sensibilibus, ac successivis allevamentis gradatim operantur, & nonnisi inductâ vitiosæ materiæ per congrua emunctoria evacuatione, sanationem afferre possunt, ut idem Auctor *Tom.*6. *pag.*261. §.25 ibi = *quandocumque itaque salutaris effectus in corpore nostro fieri debet, ut vel materia maligna mitigetur, vel corrigatur, vel certa moles humorum dissolvatur, & evacuetur*, *CERTUS NUMERUS, GRADUSQUE MOTUUM NECESSARIUS EST, CONSEQUENTER ETIAM CERTUM TEMPUS*.. *Ut fibræ motrices spasmis, & vehementioribus motibus debilitatæ recipiant vigorem, & robur* &c., *OPUS PARITER EST CERTA TEMPORIS PERIODO*, & *pag.*264. *col.* 1. *in fin.* ibi = *neque aliter amissa sanitas recuperatur, vel morbus interitum corpori minitans profligatur, NISI SUB CERTO MOTUUM ORDINE, SUCCESSU, SEU TEMPORE; sive enim natura sola, sive Arte adjuta sanet morbos* &c. *certa semper methodo, certo ordine*, *CERTO TEMPORE*, *certis motibus causæ morbificæ oppositis, id perficit*, & *Tom.* 1. *pag.*416. §. 11. ibi = *omnes in rerum natura operationes PER GRADUS, NON PER SALTUS, PAULATIM, ET SUCCESSIVE, NON VERO CUM IMPETU, ET VIOLENTIA QUADAM, perficiuntur*.

67 Si hæc vera sunt, prout sunt verissima, ecquisnam amabo, cui cor sapit, putabit unquam, remedia Infirmæ applicata, quæ neque tunc, cum vires naturæ minus projectæ erant, ulla unquam ex parte allevare potuerunt dolores: quæ insuper morbo opportuna non fuisse deprehenduntur, imo, & eum, & dolores, & symptomata vehementius in dies exasperasse constat, potuisse sat citò attenuare materiam morbosam, reserare vasa, restituere oscillatorium partium motum, disgregare obices, profligare vitiosos humores, morbum radicitus extirpare, simulque amissam sanitatem redintegrare penitus, & constabilire? Quid dicimus, citò? In temporis momento, contra enitentibus tot, tantisque gravissimis symptomatibus, & circumstantiis supra expensis; eoque maxime tempore, quo vehementius omnia urgerent, quumque vires naturæ prostratæ, jamque exhaustæ jacerent, atque Ægrota ad summum perniciei gradum perducta jam esset? Enim vero, si veritatem amamus, fateri omnino cogimur, secutam instantaneam sanationem, non inutili, inefficaci, & nocuæ remediorum operationi, sed omnipotenti omnipotentis Dei virtuti esse omnino accepto ferendam, quemadmodum scientissime docet Zacchias *consil.* 1. §. *fin.* ibi = *Si quicquam profuissent* (remedia) *MORBUS POST EORUM USUM NON ESSET ADAUCTUS, SED REMISISSET; at contra post eorum usum Tumor ulterius processit, & morbi accidentia perseveraverunt. Cum ergo causa morbifica adhuc vigerent*, NON POTERAT MORBUS EX NATURÆ, AUT ARTIS OPE SUPERARI; *unde reliquum est*, SANATIONEM HANC FUISSE MERE MIRACULOSAM.

68 Et ita eam Dei virtuti supra naturæ, ac remediorum vires, operatæ accepto tulit Medicus curæ *Sum. pag.*77. §. 99. *& seqq.* ibi = *Io certamente nel vedere la medesima Donna quella mattina nella sua Bottega in una perfetta sanità &c. io rimasi quasi fuor di me, come avesse ciò potuto avvenire, perche dallo stato, che io la lasciai nella SERA PRECEDENTE, CHE VERGEVA PRECIPITOSAMENTE VERSO AL MORIRE con tanti già narrati sintomi accresciuti e con tanti dolori di viscere, e di sciatica, che*

M non

non cederono a tanti medicamenti da me prescritti , *ANZI SI ACCRESCEVANO* , *ESSENDOSI LA CAUSA DEL MALE RESA SUPERIORE ALLE MEDICINE* , *pensai al racconto* , *ch' ella mi fece* , *che non poteva ciò seguire* , *SE NON CHE PER PRODIGIO DELLA DIVINA ONNIPOTENZA &c. poiche ERA IMPOSSIBILE* , *che naturalmente* , *ò per le forze naturali* , *o per li medicamenti* , *quando anche in essi si fosse esperimentato qualche principio di miglioria* , IL CHE NON VI FU , MA ANZI TUTTO IL CONTRARIO , *neppure così istantaneamente poteva senza prodigio passare dallo stato grave d' infermità ad un stato di perfetta salute* , *come io viddi &c.* , NON POTENDO NE I MEDICAMENTI , NE LE FORZE NATURALI OPERARE COSI REPENTINANENTE LA SANITA' *in qualsisia corpo infermo* , MA OPERANO INSENSIBILMENTE , E COL SUO TEMPO . *Aggiungendo* , *che essendo fuor di dubio* , *che la sudetta Donna pativa cronicamente della Sciatica fin da un anno* , *e mesi* , *che poi se le aggravò no' bilissimamente anche prima di porsi a letto* , ERA IMPOSSIBILE , *che se ne fosse potuta guarire naturalmente a forza de medicamenti* , SE NON DOPO LUNGHISSIMO TEMPO DI PIU' , E PIU' MESI , E FORSE DI QUALCHE ANNO &c. , *tantopiù* , *che in una parte remota* , *dove* I MEDICAMENTI NON POSSONO OPERARE , SE NON CHE LENTISSIMAMENTE , E CON LONGHISSIMO TEMPO , *ed essendovi sempre quella parte offesa* , *e viziata* , SEMBRA IMPOSSIBILE , CHE RADICALMENTE SI POSSA SVELLERE IL MALE ; *tanto più poi* , *che con questo male vi concorsero tanti altri di sopra da me deposti* , *non mi parve* , *nè mi pare per niun verso* , *che una tal sanità repentina non possa attribuirsi* , SE NON A VERO MIRACOLO DI DIO *per intercessione di detto suo Servo P. Caraccioli* ; Cui consentit D. Peritus pro veritate scribens ; & concinunt Sanata , Testesque omnes *in Summario* relati .

69 Crescit Miraculi splendor ex eo , quod Mulier post tantam morbi durationem , tantamque exacerbationem , ac symptomatum multitudinem , & gravitatem , post Febrem acutam continuam , post longas vigilias , diuturnamque inediam , atque in ea ipsa , qua vel tunc reperiebatur , summa virium dejectione , ita ut neque etiam se vertere in lectulo posset , protinus , nullo aut cibo , aut somno refecta , nemine auxiliante , nulla interjecta mora , nulloque statu neutro intercedente , protinus , inquam , valida , robusta , alacris , ac perfectissimè sana , ex eodem lecto prosilierit , expeditissimè incesserit , sursumque , deorsumque perrexerit , omnibusque laboribus , & exercitiis tanto vigore se dederit , ac si nunquam ægrotasset , ut *supra* §. 15. Profecto omnem Naturæ virtutem , omnemque adhibitorum remediorum efficaciam id longissime excedit ; Neminem siquidem latet , resque est quotidiana experientia confirmata , acerbos , diuturnosque dolores , tantam , tametsi discesserint , musculosarum , ac nervosarum partium atoniam relinquere , ut partes affectæ ad Paralysin disponantur , diuque maneant vel ægrè motum ferentes , vel prorsus impotentes ad motum , & quandoque verè Paraliticæ fiant , ut recte advertit Van-swieten. *ad Boerhaav. aphor.* 1060. §. *Dolor ingens* ibi = *acerbi tales* , *& diuturni dolores impediunt omnem motum partis dolentis* , *& sæpe vicinarum* ; *unde MUSCULI LONGO TEMPORE QUIESCENTES AD PARALYSIN DISPONUNTUR* , & paulo superius = *vidi sic a pertinaci dolore circa ultimam lumborum vertebram* , *Paralysin femorum* , *& crurum secutam fuisse incurabilem &c. Dolentissimum hunc morbum expertus Boerhaavius per plures septimanas caruit usu artuum inferiorum* , DOLORE JAM

JAM CESSANTE, Tozzi *Tom.* I. *de Arthrit.* §. *Analogus in fin. pag.* 240. *col.* 2. *in med.* ibi = *Arthritis*, POSTQUAM DESIERIT, *articulos deserit tam graviter affectos, atque imbecilles*, UT ÆGRE MOTUM FERANT. Offman. *Tom.* I. *pag.* 169. §. 32. ibi = *quo vehementior est spasmus, & quo diutius partem affligit*, EO MAJOR ATONIA, IMBECILLITAS, AC VIRIUM RESOLUTIO RELINQUITUR; Cujusmodi imbecillitas nonnisi ingestis spirituosis alimentis, aliisque præsidiis in subsidium vocatis, paulatim, gradatimque, & cum tempore, roboratur & instauratur, ut idem Offman. *loc. cit* §. 30. ibi = *unde sequitur, partibus* TAMDIU ILLAM INHÆRERE DEBILITATEM USQUE DUM CUM TEMPORE, PAULIATMQUE *recentibus succis spirituosis iterum perfusæ, ac refocillatæ fuerint*, & Boerhaav. *aphor.* 28.; ibique Van-swieten.; & bene similem circumstantiam ad miraculi magnitudinem comprobandam perpendit Cornel. a Lapide *in Act.* 3. 8.

70 Splendetque magis Miraculi claritas ex eo, quod eadem Mulier nimium decolorata, emaciata, ac ferme Sceletos evaserat = *ridottasi per aspetto quasi ad un Scheltro* = *molto smagrata, e decolorata*, ut *supra* §. 15.; atque in instanti pristinam naturalem, ac sanam torositatem, perfectum colorem, ac vultus etiam vivacitatem acquisivit = *nel suo perfetto colore, e carnagione, sana, vivace anche di volto*, ut ibidem. Enimvero ejusmodi instantanea mutatio nunquam naturaliter, nisi post aliquod temporis intervallum succedere poterat, cum ad hunc effectum necessaria sit nutritio, quæ opportuna, diuque continuata cibaria exposcit, ac sensim sine sensu, lentoque gradu procedit, ut cuiquam notissimum est, & bene ad rem Van-swiet. *ad Boerhaav. de morb. chronic. aphor.* 1056. §. *Simul* ibi = INTRA PAUCOS JAM DIES *bonam hæmatopojesin restitui posse, & robur addi universæ solidorum compagi*, NEMO EXPECTARE POTERIT. *Menses quandoque plures requiruntur, antequam sensim aucto robore, redeat firma sanitas.*

71 Confirmaturque magnopere Miraculi veritas, ac magnitudo ex eo, quod Mulier nedum in instanti perfecte convaluit sed in posterum etiam sana per multos annos vixit, & vivit, contra quam natura Ischiadici morbi ferat, qui hoc peculiare habet, ut etiamsi ex toto curatus, humoresque eum producentes radicitus evulsi fuerint, levi tamen negotio, & quamfacillime reversionem facit; ut cum *Avicenna* docet *Zacchias consil.* 5. *num.* 9. ibi = *Sciatica habet, inter alias, hoc peculiare, ut facillime revertatur, Avicenna cap.* 5. *ubi* = *Sciatica, inquit, & Podagra, cum curantur, & eradicantur earum materiæ, quæ sunt ex iis, redeunt qualibet ex causa* = *hoc est* ETIAMSI EX TOTO CURENTUR, ITAUT AB RADICE HUMORES EAS PRODUCENTES EVELLANTUR, LEVI TAMEN NEGOTIO, AC FACILLIME REVENSIONEM FACIUNT, & *num.* 12.; ubi hanc circumstantiam ad majorem Miraculi comprobationem hisce verbis extollit = *Et ut magis innotescat* ABSQUE ULLA NATURÆ OPE, ET SUPRA OMNES NATURÆ CREATÆ VIRES, *sanum fuisse factum, non solum sanatur in instanti ex morbo, qui aliàs à natura NONNISI LONGISSIMO TEMPORIS INTERVALLO vix sanari, ET NE VIX QUIDEM POTEST, & liber ab eo omni ex parte evadit, nullo relicto morbi vestigio, sed in posterum etiam sanus per multos annos vivit:* CONTRA QUAM NATURA IPSIUS MORBI FERAT.

72 Tandem veritatis vi compulsæ ipsemet fatentur Animadversiones §. 50.; remedia adhibita tanti in hoc casu non fuisse, quæ ullam Infirmæ opem attulerint; sed primum advertendum esse subjungunt, quod etiamsi ad no-

ctem usque adeptæ sanationis *dolor Ischiadis , et asserta Colica torquerent Ægram, nemo tamen fuit, qui crederet illam in præsenti vita discrimine; aliàs tam Medicus, Domestici, quàm ipsa Sanata solliciti fuissent de Sacramentis moritura administrandis; Cumque in Summario nullum extet hujus rei vestigium, optimo jure licet inferre, quod morbi molesti quidem fuerint in ultimo statu, sed a quovis vita periculo immunes.*

73 Omni tamen ex parte isthæc animadversio corruit. Primum ex eo, quia ad Miraculi approbationem haud quaquam necessarium est, morbos fuisse lethales, sed sat quidem est, fuisse graves, curatuque difficiles, ut RR. PP. exploratum est, & probavimus *supra §.43.* Deinde quia licet in hoc casu præsens non fuerit vitæ discrimen, proximum tamen certe fuit, ut liquido patet ex *cumulate supra deductis*, & testatur Medicus curæ *Sum. pag. 71. §.69.* ibi = *feci giudizio, che dovea andare à succumbere colla morte* DOPPO ALCVNI GIORNI, & §. 70. ibi = *avendola lasciata la sera con tanti gravi, e pessimi sintomi, che* POCHI GIORNI DI VITA LE *poteva dare*, & *pag. 74. §. 86.* ubi, quod prognosticum fecit = *della morte della medesima Inferma* FRA POCHI ALTRI GIORNI, & *pag. 77. sub §.98.* ibi = *dallo stato, che io la lasciai nella sera precedente, che* VERGEVA PRECIPITOSAMENTE VERSO AL MORIRE. Hinc D. Fidei Prom. mirum non videatur, eidem Infirmæ administrata non fuisse Sanctissima Sacramenta morituræ administranda; nam si sermo est *de Sanctissimo Viatico*, ad illius administrationem tale mortis periculum imminere debet, quod præseferat Ægrotum Sacram Communionem amplius sumere non posse, ex textu *Rubrica Ritualis Tit.26. §.4.*; ibique *Baruffaldus num. 19.* & communiter Theologi. Si verò sermo est *de sacratissima extrema unctione*, & ea quoque præbetur, dum mortis periculum imminet, ut *ex eodem Rituali Tit.27. §.5.*

74 Reliquum est Sanctissimum Pœnitentiæ Sacramentum, de quo licet nullum verbum habeatur in Summario, propterea quia Testes hac de re interrogati non fuerunt, tamen omissum non fuisse ex pluribus colligitur, imo redditur manifestum; Agitur quippe de Muliere, quæ erat = *buona Cristiana, assai devota* Sum. pag.87. §.157. quæque = *sin da che io era figliuola &c. mi confessava in ogni Festa &c.; poi essendomi accasata sono stata solita confessarmi ogni Domenica dal fù P. MAVRO &c.* ut *in Process. fol.287.* Itemque ex facto compertum est, eumdem P. Maurum Infirmæ Confessarium ad eam invisendam perrexisse, ut *dicto Proc. fol.288. & ter.* ibi = *Hò inteso nominare il Ven. P. Caraccioli dal sudetto* P. MAURO GIA' MIO CONFESSORE &c. *in occasione che &c. mi confinarono* (morbi) *in letto &c.* IL DETTO MIO CONEESSORE MI PORTO' *la Figura di detto Ven. ordinandomi &c. il* DETTO P. MAVRO &c. ESSENDO VENVTO A RITROVARMI IN LETTO, DOVE STAVA, & *Summar. pag.81. §.20.* = *il detto P. Mauro mi portò la figura di detto Ven. P. Caraccioli, e raccomandò a me &c.* Quis autem putet, Mulierem valde piam, ac jam inde a pueritia solitam cofiteri singulis diebus Dominicis, cùm graviter ægrotaret, & sui Confessarii copiam haberet, sacram confessionem omisisse? Nemo plane edoctus a S. Gregorio, qui in ejus *Epistola relata in cap.6. de præsumpt.* hæc habet = *ex transacta vita didicimus, quid etiam de subsequenti præsumamus*; atque ad hunc effectum sufficere verosimilitudinem, in gravioribus terminis docet san. mem. Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 38. num. 22.*

75 Secundo loco advertendum inquiunt Animadversiones §. 51. quod *morbi Mulierem torquentes cùm ortum haberent à causa mere humorali, saviores fieri*

fieri potuerunt in ultima parte status, in qua Natura, superatâ vi morbifica, validior redditur. Tunc enim symptomata omnia fortiora sunt, itaut Ægri aliquando de vita periclitentur, juxta ea, quæ tradunt Galenus, & Zacchias relati à sa. me. Benedicto XIV. *lib. 4. par. 1. Cap. 8. num. 6.*

76 Maximas perturbationes in corpore ægrotantis, & multa sæpè satis terribilia symptomata apparere in certamine morbi cum natura, cùm scilicèt morbus in apice sui incrementi constitutus magis irritando Naturam, hæc quandoque, collectis viribus, quæ in Ægro de sanitate supersunt, adversus morbificas causas exurgit, easque vincere, atque è corpore expellere tentat, nedum Animadversionibus, sed Postulatoribus, ac omnibus est cognitissimum. Sed quorsum hæc in nostro casu? NEQUE Natura tantâ virium copiâ suffulta erat, ut vehementiori morbi conatui resistere posset, imo in ultimo præsertim statu, admodum imbecilla, languens, & quasi oppressa, ac devicta jacebat, ut *supra* §. 31.; *Nam virtus ita prostrata ad pugnam contra morbum non excitatur*, ut recte totidem verbis monet Galenus *de Crisi. libr. 3. cap. 10.*, cui adhæret Van-swiet. *ad aphor. 587. §. Præterea pag. 341.* NEQUE ETIAM Ischias hujus indolis morbus est, qui se à Natura, præsertim in instanti, vinci patiatur, ut in genere morborum chronicorum, quod NEQUE NATURA, NEQUE FORTUNA SOLVANTUR tradit Cœlius Aurelianus *in Præfat.* Offman. *Tom. 1. pag.* 410. *§.* 26. ibi = *morbos chronicos* NATURA SOLA NON VINCIT &c., IN EXPUGNANDIS IIS LANGUET, NEC DISPELLENDIS SUFFICIT, & in specie Ischiadis docet Zacchias *Consil. 5. sub num.* 10. NEQUE DENIQUE ulla humorum excretio, vel depositio in loca quædam corporis contigit, quæ copiosa, insignis, effatuque digna, ac omnino manifestissima esse debuisset; quâ deficiente, certissimum est, vel naturam nullo modo tentasse depellere morbum, vel, si tentavit, frustraneum ejus molimen fuisse, ac graviora illa symptomata, non jam ab ea victrice, sed quidem à triumphante morbo profecta fuisse, juxta communem Medicorum sententiam, de qua Galenus *de dieb. critic. lib. 1. cap. 1.* ibi = *solutiones morborum, qui non paulatim imminuti fuerunt, sed subito quieverunt, ut fidæ sint,* REQUIRUNT OMNINO EXCRETIONEM QUAMDAM COPIOSAM, AUT ABSCESSUM INSIGNEM; *nam qui sine his cessaverunt, recidivam facere amant*, Van-swiet. *ad aphor.* 587. §. *Solam subjectam, & §. Ex quibus omnibus*, & idem ipse Zacchias à sa. me. Benedicto XIV. *loco per Animadversiones allegato*.

77 Quid multa loquimur? Idem ipse D. Promotor Fidei ejusmodi objectionem destruit, atque à casu nostro extraneam esse ingenue in veritatis obsequium hisce verbis fatetur §. 52. = QUÆ SI MINUS FORTASSE VERA COMPERIANTUR IN CASU NOSTRO, QUIA NULLA INTERCESSERIT CRISIS &c. Verùm, uti subjungit, *sat erit, ut attenta indole morborum non gravi, & attenta continuatione remediorum, sanatio redacta dici possit ad statum dubitandi*, in quo themate Miraculo adscribi non meretur, sed ad summum tribuenda est *simplici Gratiæ*, ex animadversis à *Bordono de Miracul. ibidem allegato*.

78 Sed ex supra late deductis funditus corruente ejusmodi R. D. Fidei Promotoris supposito, quod morborum indoles non fuerit gravis, itemque penitus summotâ remediorum efficaciâ, simul quoque collabescat necesse est afferta ratio dubitandi, utrum, necne sanatio miraculosa fuerit; Non enim versamur in dubio, sed in re certa, & in præsentia, atque ante oculos proposita, morbos fuisse graves, ac remedia nil profuisse, sed potius obfuisse, adeòque instantaneam sanationem nonnisi ex Omnipoten-
tis

tis Dei miraculo contigisse ex firmissimis rationibus nervose supra constabilitis, quæ ejusmodi dubitationibus certa ratione destitutis everti non possunt; *Alias enim* [ut in simili usurpemus verba Pitonii *Discept. 28. num. 3.*] *cum in omni re etiam clarissima ex subtilitate ingeniorum inveniri possint dubitandi rationes, seu potius nebulæ quædam, sequeretur, quod nunquam, aut rarissime haberet locum* Miraculi approbatio: contra omnem juris, & æqui bonique rationem, contra vetus laudabile istius Sacræ Congregationis, & Sedis Apostolicæ institutum, & contra communem Theologorum sententiam, quibus edocemur, sanationem esse Miraculo adscribendam, quoties nulla insignis humorum evacuatio successit, ac medicamenta vel non fuerint apta, vel inutilia, aut etiam nocua experta fuere; quemadmodum cum eodem exadverso allegato *Bordono*, *Contelorio*, *Frances Pignatellio*, *Auditoribus Rotæ*, docet sapientissimus ille Pontifex Benedictus XIV. *lib. 4. par. 1. cap. 8. sub num. 8.*, & alibi passim.

79 Ad extremum Animadversiones *§. 53.*, sanationem, de qua agitur, potius *Gratiæ*, quàm Miraculo attribuendam esse concludunt, ex eo quia *non solùm Mulier eam* GRATIAM *nuncupavit, sed etiam quia ipsa credidit opus in instanti absolutum, & undequaque perfectum; non enim expergefacta amovit a parte affecta Ceratum, sed perseveravit in ejus retentione, quousque advenit Medicus*, ut *in Sum. pag. 63. §. 30.*

80 Incassum tamen; non enim ex materiali denominatione *Gratiæ* per Mulierem facta labefactatur Miraculi veritas jam firmiter supra constabilita; Verùm quid eadem Mulier *nomine Gratiæ* intellexerit, non semel, sed pluries eadem ipsa explicavit *Proc. fol. 289.* ibi = *dico esser* MIRACOLO *quello, che io ricevei dal Signore Iddio per intercessione di detto V. P. Caraccioli*, & terg. ibi = *e questo io credo che* VERAMENTE SIA UN VERO MIRACOLO, & *Sum. pag. 64. §. 35.* ibi = *Tanto io quanto mio Marito, ed il Medico &c.*, TUTTI ABBIAMO CREDUTO FERMAMENTE, *che la detta mia salute così istantaneamente ricuperata* SIA STATA PER MIRACOLO DI DIO *per i meriti &c.* Quid? quod eadem Mulier suam sanationem non modo Miraculum fuisse affirmat, sed, aptis adductis rationibus, apertissime negat, Gratiam dici posse = *perche se fossi stata guarita a poco poco, la stimarei Grazia*, ut *dicto fol. 289. ter.*

81 Quod vero Mulier non statim amoverit a parte affecta *Ceratum*, id, non jam ex eo processit, quod non crediderit sanationem in instanti absolutam, & undequaque perfectam; nam statim expergefacta è somno, quem paulo antea ceperat, *io già sentendomi libera da tutti li sopraccennati dolori, da Febre, e da ogni altro sintomo, da cui venni travagliata in tutta quella notte, mi vestii francamente, e calai unitamente con mio Marito giù alla nostra Bottega*, E MI POSI A FATIGARE, *ed a fare tutti gli altri servizj di Casa* IMMEDIATAMENTE, *sentendomi anche* PERFETTAMENTE SANA, *come se non avessi avuto mai più male &c. Svegliata* MI SENTII PERFETTAMENTE SANA, *e libera da ogni morbo &c. ed ogni altro sintomo, che mi travagliava estremamente fino al punto, che circa una mezz'ora prima aveva preso un pò di sonno &c. subito mi vestii da me, quandoche prima per li acerbi dolori, e per la debolezza estrema delle forze non mi fidava nemmeno voltarmi per il letto. Calai senza verun ajuto*, E PERFETTAMENTE DA SANA *nella Bottega*, E FATIGAI *unitamente con mio Marito, e cocinai, e feci tutti gli altri servizj di Casa*, CON UNA PIENA, E PERFETTA ROBUSTEZZA DI FORZE. *Sum. pag. 62. §. 25. & seq.*; Sed quidem Cerati retentio ex hoc ipso processit, quod Mulier

Mulier se perfectissimè sanam sentiens statim alacriter convolavit ad ejus tabernam, ibique totam se dedit, applicavitque ad compensandos intermissos labores, quibus victum sibi quærebat; in iis namque occupata ad ejusdem Cerati amotionem non advertit, ut passim similia evenire solere cuiquam notum est, & testatur Van-Swiet. *ad aphor. 1086. §. Observatur quandoque*. Facessat itaque ejusmodi Animadversionum argumentum, & ex ipsiusmet Sanatæ ore, & ineluctabili Facto, veritatem, ac certitudinem instantaneæ, ac perfectissimæ sanationis, habentes, ne amplius, *dimisso sensu rei veritatem manifeste monstrante, multis nihilominus ratiociniorum momentis in subsidium vocatis, eamdem in dubium vocent* ut totidem verbis monet Wagner. *in Diss. de Contras. sect. 1. in init.*, & ex nostris Mantic. *de conject. lib. 12. Tit. 17. num. 3.* Potius admirentur, quomodo idem Ceratum Femori jam sano impactum eamdem mulierem non vexaverit, cum *inde* (uti de ejusmodi Ceratis testatur Astruc. *lib. 2. cap. 7. pag. 153. §. Sic jampridem obsoluit) cutis calens, rubefacta, erysipelatosa in pustulas, seu ecthymata pruriginosa exasperatur, cum maximo ægri tædio, nec sine Febris periculo*.

82 Vestra, sapientissimi Suffragantes, in nostris Scriptis legendis benignitas nimium provexit orationem nostram, quæ ex cymbula, uti meditati fuimus, nobis pene insciis, in navem crevit; sed, ne ea abuti videamur, hoc compensabimus brevitate insequentis Inspectionis.

De Colica.

83 Animadversiones de Colicæ gravitate in genere nil hæsitantes, cum omnibus perspectum sit, morbum esse gravissimum, duo dumtaxat in specie casus nostri obiiciunt: *alterum*, quod morbus non fuerit vera, & absoluta Colica, sed vel *Colica hysterica*, ex eo, quod Mulier per tres antea menses repurgata non fuit menstrua excretione, vel *quicumque dolor in quavis intestinorum parte excitatus*, ut *in §. 45.*: *Alterum* verò, quod prò ejus curatione Ægrota nonnulla remedia a Medico accepit, quorum usu alvina excretio jam suppressa, promota fuit, atque ita à proximo mortis discrimine liberata fuit, ut *in §. 46. & 49.*

84 Sed quod ad primam objectionem spectat, quia eam nervose refutat D. Peritus pro veritate scribens in ejus disertissimo Voto, quo à §. 33. *ad* 52., latè probat, morbum fuisse veram, & absolutam Colicam, non jam hystericam, vel alium quemvis dolorem; Imo & Colico dolori inflammationem in Intestinorum membranis sese adjunxisse; ideo, ne in re manibus jactata, & excussa, occupatissimis Suffragantibus laborem addamus minime necessarium, remissive nos habemus ad eumdem Peritum.

85 Altera verò objectio penitus destruitur à toto Summario, quo constat, remedia nunquam levasse Colicum dolorem, imo eum quotidie magis crudelem, & refractarium evasisse, ut *in dicto Sum. §§. 11. 14. 19. 68. 85. 87. 89. sub §. 98.*, alibique. Quod verò aliqua alvina excretio successerit, hæc in primis admodum exigua fuit, ac nullo prorsus pacto dolorum acerbitatrm demulsit; nilque amplius operata fuit, nisi demum mortem aliàs ante septimum diem secuturam, ad alios paucos dies produxit, quemadmodum idem ipse Medicus curæ, cui uni Animadversiones innituntur, iisdemque ipsis ex adverso relatis verbis clarissime testatur *Sum. pag. 73. in fin. & seq.* ibi = *tantochè se &c. non avesse evacuata* QUALCHE PICCIOLISSIMA QUANTITA' *in diverse volte, ella* NON AVEREBBE PASSATO IL SETTIMO GIORNO A VIVERE, & §. 85. ibi = *al-*

la

la sola riserva dell'anzidetta PICCIOLISSIMA SFECCIATURA, *che la liberò* DAL PIU' PROSSIMO, ED IMMINENTE PERICOLO DI MORTE, TUTTI GLI ALTRI SINTOMI, CIOE' IL DOLOR COLICO &c. NON SOLO FIN ALL'ULTIMO NON EBBE VERUN ALLEGERIMENTO, MA ANZI ANDARONO AD ACCRESCERSI *col sopranominato sintomo del sonno morboso, che mi fece fare un pronostico più probabile, ed accertato* DELLA MORTE DELLA MEDESIMA INFERMA FRA POCHI ALTRI GIORNI.

86 De reliquo postremis Infirmitatis diebus alvus penitus erat adstricta, *pag. 75. §. 89.* ibi = *escrezione per secessum più non vi era, pag. 76. §. 96.* ibi = *ella affatto si era stitichita, pag. 78. §. 103.* ibi = *ma poi verso l' ultimo nepure potè più sfecciare, e li urli erano continui, pag. 83. §. 132.* ibi = *ma anzi ajutata qualche volta anche con qualche lavativo per farla sfecciare, precisamente verso l'ultimi giorni della di lei infermità, nulla se ne cavava di profitto, perche niente evacuava, pag. 87. §. 157.* ibi = *anche l'era cessato quel poco di evacuazione per basso da qualche giorno.*

87 Ex his aliisque in dicto Voto D. Periti deductis, constito de duobus morbis separatis, nempe *ISCHIADE, & COLICA*, itemque docto de utriusque gravitate, cum Mulier ab utroque sana evaserit, profecto non pro uno, sed pro duplici Miraculo respondendum esset, authore, & suasore sapientissimo illo Pontifice sa. me. Benedicto XIV. *Tom. 4. cap. 8. num. 21. ad fin.* ibi = *in laborante duplici morbo, quorum alter sit separatus ab alio &c., si alterius quoque morbi sanatio citra Naturæ opem contingat, NON PRO UNO, SED PRO DUPLICI MIRACLO PRONUNCIANDUM EST.*

Quare &c.

Dominicus) *Colmeta Advocati.*
Hieronymus)

Dominicus Musacchus.

REVISA

Jo: Prunettus Sub-Promotor Fidei.

NEAPOLITANA
Beatificationis, & Canonizationis
VEN. SERVI DEI
FRANCISCI CARACCIOLI
Fundatoris Religionis Clericorum Regularium Minorum.

DISSERTATIONES
MEDICO-PHYSICÆ,
QUAS
PRO VERITATE
SUPER
MIRACULIS CONSCRIPSIT
ISIDORUS BACCHETTIUS
Romanus Philosophus & Medicus
IN ANIMADVERSIONES R. P. FIDEI PROMOTORIS.

BEATISSIME PATER



SI laudabili more, institutoque factum esse fatemur ab iis, qui in contemplandis perspiciendisque rebus physicis a natura ipsa in obscuro positis, ita se compararunt, ut nihil sibi ratum habendum, nihil pro certo amplectendum putent, nisi quod firma constantique experientia, ac perspicua ratione evidenter sit comprobatum; quanto potiori jure commendandi sunt ii, qui in Sacris defendendis caussis, ut bene recteque suo fungantur munere, non aliam nisi ejusmodi viam sibi insistendam esse proponunt? Horum sane vestigiis, ut veritati, cui uni studemus, morem gerere possimus, nobis pro virili parte inhærendum esse putamus: in hac præsertim Caussa Ven. Servi Dei Francisci Caraccioli, quo facilius evidentiusque doctissimis, sapientissimisque R. P. Fidei Promotoris Animadversio-

 nibus

nibus reponamus. Quod eo magis faciendum esse judicamus, propterea quia tam ille docte ac sapienter contra Miracula hæc disserere conatus est, quantum tu, PONTIFEX OPTIME, vel me tacente, ex hac eadem caussa dignoscere potes. Cujus defensionem clarissimi, ex Familia Clericorum Regularium Minorum Viri mihi mandandam esse voluerunt. In arenam igitur descendam, atque fideliter tum ratione, tum experientia propria & optimorum Auctorum, opposita argumenta refellere conabor: ac ostendam quam apertissime, ejusmodi morborum repentinas sanationes non ab impare quidem natura, sed a summo effectore, ac moderatore Deo Ven. FRANCISCI CARACCIOLI intercessione patratas in Miraculorum album esse referendas.

Atque utinam, BEATISSIME PATER, Divinus Ille Spiritus, qui Pontificis Max. animum peculiari modo gubernat, eam tibi ingerat mentem, ut postea quam mira hæc perpenderis opera a tanto Viro peracta, eum in Sanctorum numerum referendum constituas; ut majori inde Dei gloria ferventiores ad eum preces Christiani homines fundant: amplissima Neapolitana Civitas, quæ nihil magis in votis habet, gaudio compleatur: exultet Clericorum Reg. Min. Ordo, quem ipse instituit: maxime vero Hispana provincia, quæ eum singulari observantia veneratur; ac demum Roma ipsa, Religionis Sedes ac Caput, sub iis defensoribus beatior & illustrior habeatur.

MIRACULUM PRIMUM

Repentinæ Sanationis Caroli de Vivis Religionis Clericorum Regularium Minorum a copioso, & immodico sanguinis effluxu, ac pravis symptomatibus, quæ eum ad deploratum statum redegerant, cum instantanea, & perfecta deperditarum virium recuperatione.

1 ANtequam multis & gravibus argumentis R. P. Promotoris occurrimus. CLEMENS OPT. PONTIFEX, perpendendum nobis est, utrum Carolus de Vivis vera & *habituali* hæmoptysi conflictatus fuerit; a qua de improviso Ven. *Francisci Caraccioli* impetratione incolumis evaserat. Idque non alia quidem de caussa, nisi ut omnibus manifestissime pateat, nos tuto, religioseque, jure jurando firmasse, vere ejusmodi sanationem Miraculo tribuendam esse.

2 Quare ne cui vel minimum in dignoscenda hujus hæmoptyseos differentia a ceteris sanguinis sputis dubium relinquatur, congruum judicamus, ejus signa, differentiam, caussasque hoc loco ex summis rei medicæ Scriptoribus exponere; ea interim cum morbo Caroli de Vivis, ejusque symptomatis, quæ hominem opprimebant, comparando.

3 Igitur egregie cordatus medicus Hermannus Boerhaavius sanguinis rejectionem ex pulmone cum dolore . . . angusta oppressione in thorace perceptis, cum tussi, pulmonis strepitu, fibris, membranulis &c. oriri, verbis iisdem edicit. (1)

4 Siquidem hæc ipsa phænomena in morbo Caroli de Vivis extitisse procul dubio deprehendimus; Quemadmodum præter ceteros testes (2), Idem de se ipso fideliter in omnibus morbi periodis enarrat. =*Sorpreso da*

(1) *Aphor. de Co-* ... *Cur. Morb.* §. 1199.
(2) *Summ.* §§. 44. 46. 47. 51. 52. 58. & §. 166.

sò da un gravissimo dolor di petto cagionato da un catarro con gran difficoltà di respiro, tosse e pulsazione grande nel petto . . . con qualche espurgazione . . . di sangue di bocca nell'atto del tossire. = (1) Atque hic addit deinde. = *Precedente una tosse più grave del solito, buttai con affluenza molta quantità di sangue, fra il quale vi ci erano molti pezzetti glutinosi, accrescendomisi . . . tutti gl'altri sintomi.* = (2) Tum vero de ultimo morbi stadio idem sic pergit. = *Mi venne tal sconvolgimento . . . . . dolor di petto . . . ed affanno con tutti gl'altri precedenti sintomi . . . ebbi un butto tale di sangue &c.* = (3) Paulo denique inferius sic habet. = *Mi sopravenne nuovo butto di sangue, avendolo roverSciato sul pavimento a canto il letto colli stessi sintomi di Tosse, e di altri dolori di petto . . . e di battimento del Torace, che mai mi avevan lasciato.* = (4) Porro hæc eadem constanter Medicus affirmat. (5)

(1) *Summ.* §.2.

(2) *Sum.* §§.7.&8.

(3) *Sum.* §.13.

(4) *Summ.* §.19.
(5) *Summ.* §.92. §.129. & §.135.

5 Hujus ergo ægrotantis notas apte cohærere cum iis, quas ex Boerhaavio exaratas proposuimus, & Auctores medici, & observationes evincunt. Præter enim dolorem ab eodem Boerhaavio supra propositum, angusta etiam pectoris oppressio & difficilis spiritus in ejusmodi hæmoptysi non deerant; Sicuti præsertim a celebri Hoffmanno hisce monemur. = *Hæmoptysin porro nunquam non antecedit . . .* PECTORIS OPPRESSIO, & DIFFICILIS SPIRATIO. = (6) Tussis vero contumax in juvene de Vivis non defuit, & uberior sanguinis rejectio. Quæ hæmoptysis signa Aretæus ita describit. = *Si a pulmone; repente, uberiorque sanguis emanat; idque magis si erosio in caussa sit,* TUSSIS PERMOLESTA EST. = (7) Deinde excreta vasorum ramenta in sanguine illius inerant; Medico præter ceteros testante. = *Ma ben lo trovai deteriorato la mattina per li segni del sangue in gran copia buttato per bocca . . .* MESCHIATO CON FILAMENTI. = (8) Quod sane indicium præter ceteros Hollerius in primis adnotat in sputo sanguinis ex pulmone. (9) Denique tamquam depicta in hæmoptysi Caroli de Vivis conspiciuntur, quæ jamdiu Aretæus protulit. = *Verum pectoris gravitas, ruborque in facie multo magis in pulmonis vitio reperitur.* = (10) Siquidem hæc in ægrotante extitisse Medicus sic enarrat. = *Lo ritrovai . . . con . . .* ACCENZIONE DI GOTE, AFFANNO, E DIFFICOLTA' DI RESPIRO *&c.* = (11)

(6) *Medic. Rat. Syst. tom.3 de Genealog. morb. ex turb. solid & fluid. mechanism.* §. n. *sect.1. cap.4.*
(7) *De Cauff. & Sign. Morb. acut. cap.2. de Sanguin. reject. p. m.* 14.

(8) *Summ.* §.129.
(9) *De Morb. intern. lib.1. cap.25. de Sput. Sanguin. Schol.*
(10) *Id. ibid. loc. supra cit.*

(11) *Summ. ibid.*

6 Cum itaque ex collatis hæmoptysis notis de morbi natura, quo Carolus de Vivis laborabat, amplius ambigi nequeat; ad illius differentiam ab aliis sanguinis sputis, clarioris doctrinæ gratia, transeundum est.

7 Primum igitur Caroli de Vivis hæmoptysin differentem fuisse a sputo cruento, quod ex intimo faucium, narium, gulæque ductu erumpit, satis constat ex eo, quod & tussi, non vero screatu sanguinem is ejiciebat; & copiosum, non autem paucum, aut commixtum pituita ipsum cruorem excreabat; Quemadmodum ex ipsis testibus patet. = *Mi venne un nuovo butto di sangue . . . colli stessi sintomi* DI TOSSE. = (12) Neque aliter Medicus evenisse testatur. = *Oltre quello,* (parlando del sangue) *che buttava con* LA TOSSE. = (13) Quare hoc ipsum discrimen & experientia, & rei medicæ Scriptores pro certo intercedere affirmant; De quo unus instar omnium Hoffmannus sit, qui hoc quidem pacto scriptum reliquit. = *Hæmoptysis curato distinguenda est a sputo cruento, quod ex interiori gurgulionis, faucium*

(12) *Summ.* §.19.

(13) *Summ.* §.135.

 ac na-

ac narium ductu emergit, & potius SCREATU, quam TUSSI, succedit, parcius etiam esse solet, pituita remixtum. = (1)

(1) Hoffmann. *ibid. loc. supr. cit. tom.1. sect.1. cap.3. de Morb. curat. dignosc.* ℥. 22. *p. m.*296.

8 Deinde in hæmoptysi Caroli de Vivis non parce, neque cum pruritu ac sapore sanguis emittebatur. = *Continuò da due o tre altre volte ad aver COPIOSI VOMITI DI SANGUE, che fu da me osservato, oltre quello che buttava con LA TOSSE, & i sintomi erano sempre l'istessi.* = (2) Quibus sane notis hæmoptysin distinguendam Authores proponunt, & in primis Hoffmannus (3) a sputo illo cruento, quod ex fauciatis (sunt Auctoris verba) asperæ arteriæ vasis cum tussi quidem ejicitur, sed parciori in quantitate, & cum pruritu ac sapore salso jungi fuevit.

(2) *Summ. ibid.*
(3) *Id. ibid. loc. supra cit.*

9 Tum denique anxius conatus & labor, qui ab hæmoptysi Caroli de Vivis aberant, eam a cruento vomitu longe distare satis superque ostendunt. Pro certo enim scimus, non conatum in eo, non laborem in rejiciendo sanguine; sed tussim tantummodo, quæ hominem divexabat, contumacem fuisse. = *COLLA TOSSE PIU' DEL SOLITO, ... viddi, che attualmente buttò del molto sangue.* = (4) Alter vero Testis sic porro pergit. = *Mi accorsi bensì, che li continuava LA TOSSE, ugualmente grande, come nella sera.* = (5) & alibi. = *Con profonda TOSSE attualmente buttava sangue dalla bocca.* (6) Quæ sane tussis non cruentæ vomitionis, sed hæmoptysis indicium certissimum est. Nam in cruento vomitu citra tussim cum anxio conatu sanguis evomitur; in hæmoptysi vero nullo nisu ac labore, sed tussi frequente cruor extunditur: omnibus Medicis auctoribus, & præsertim Hoffmanno, (7) id testantibus.

(4) *Summ.* ℥.254.
(5) *Summ.* ℥. 218.
(6) *Summ.* ℥.212.
(7) *Id. ibid. loc. sup. cit.*

10 Cognitis igitur hæmoptyseos differentiis, hujus quoque caussæ, quo magis res pateat, considerandæ sunt; ac præcipue internæ, quæ vascularem pulmonum substantiam lædendo, sanguinis fluxum ex iisdem pulmonibus promovent, investigandæ sunt.

11 Primum quidem ab hujusmodi caussis Carolum de Vivis ad *habitualem* hæmoptysin prædispositum fuisse, ex eo patet, quod & corpore gracilis erat; & colore cachecticus: eodem sic de seipso testante. = *Essendo io stato per il passato, anche prima di entrare nella Religione di una COMPLESSIONE DEBOLE E GRACILE, E DI MAL COLORE, continuando così dopo l'ingresso, che sono in oggi sette anni in Roma. Venuto poi in Napoli nel* 1748.... *continuai nella stessa MIA GRACILITA'.* = (8) Atque hæc quidem cum ceteris testimoniis conveniunt. = *L'osservai di temperamento delicato, e complessione macilente, e volto scolorito.* = (9)

(8) *Summ.* ℥.1.
(9) *Summ.* ℥. 43. & ℥.97.

12 Ex hac itaque imbecillitate, qua Carolus de Vivis a natura conformatus erat; quæque auctore Celso, omnibus morbis patet; malum simul corporis habitum, Cachexian Græci appellant, in eum derivasse tam certum est, quam quod maxime; teste in primis summo viro Boerhaavio. (10) Cum vero hujusmodi malus corporis habitus adest; certum quoque indicium esse læsæ ac depravatæ nutritionis per totam ejusdem corporis compagem Van Swietenius optimus Medicus testatur (11)

(10) *Aph. de Cogn. & Cur. Morb. visc. debil. & lax. vor.* ℥. 44. & *Cachex.* ℥.1166. & *sequent.*
(11) *In Comm.* Boerh. *tom.*1.℥.44.

13 Ergo nil mirum si a debilitate illa, pravus faciei color in eodem Carolo de Vivis aspiceretur. Quippe cui omnium humorum degeneratio a sanitatis canditionibus necessario contingere debuerat. (12) Ex quo certe aliquid vitiosorum succorum in illius pulmonibus præsertim cumulari necesse fuit. Pulmo enim, docente Hallerio, (13) in omnes

(12) Wanswiet. *ibid. loc. cit.*
(13) Haller *in not. Præl. Acad. in in-*

omnes (auctoris verbis utimur) omnino humores nostros agit, atque materiem crudam omnem primus accipit. *stit. rei Medic.* Boerh. *tom.* 6. §. 820. *Pulmo.*

14 Quid igitur? nonne hinc necessario hæmoptysin *habitualem* Carolo de Vivis subortam fuisse cogimur fateri? sane id ipsum scite, docteque Christophorus Bennet in Vestibulo ad Theatrum Tabidorum fieri demonstrat. (1) Rem autem ex eo Boerhaavius hisce verbis confirmat. = *Nonnulla corpora sunt tam tenera, ut cibum & potum subigere non valeant; & VITIUM HÆRET IN PULMONE; & Bennet vocat hos pulmones catarrhosos: tum vero ibi fit accumulatio & majus tuber, nisi oriatur hæmoptoe.* = (2)

(1) Bennet. *p. m.* 98. & 99. *Succor. alien. defect. & devast.*

(2) *Phthis. Pul. mon. in Comm. edit. Traject. ad Rhen. tom.* 5. *p. m.* 137.

15 Adde quod de eadem imbecillitate sub eodem auctore sic ediscimus. = *A debilitate facilis etiam oritur vasorum dissolutio ab internis externisve caussis, acribus vel motis, effusio, stagnatio, corruptio, evacuatio liquidi ad vitam, sanitatemque necessarii.* = (3) Cui sententiæ Hoffmannus quoque ita subscripsit. = *Porro de iis, quæ remotius ad inducendam sanguinis e pulmonibus eruptionem faciunt, per ipsam experientiam constat; corpora graciliora, tenerioribus fibris & vasis prædita... accedentibus aliis caussis, per quam facile in hunc ancipitem morbum* (hæmoptysin) *prolabi.* = (4)

(3) *Ibid. loc. supr. cit. Aph.* §. 44.

(4) *Idibid. loc. sup. cit. tom.* 2. *de Sang. flux. ex Pulm.* §. 10.

16 Quæ cum interim ita se habeant; manifesto per se patet, Carolum de Vivis imbecillum, pravaque corporis constitutione fictum, vera & *habituali* hæmoptoe laborasse.

17 Neque deinde silentio prætereundum est, ætatem etiam Caroli de Vivis pronam ad hæmoptysin fuisse. = *Essendo egli, come compariva allora in età d'anni* 18. *in* 20. = (5) In hac perfecto ætate, qua vasa ad apicem incrementi evecta, longius produci nequeunt; sanguine interea copia, impetu, & acrimonia augescente, facillime corpora, & multo magis graciliora in rejectionem sanguinis ex pulmonibus offendere, præsertim intra XVI., & XXXVI. ætatis annum, auctores Medici edicunt; (6) & in primis Hippocrates, qui ita de hac re suam sententiam protulit. = *Juvenibus autem, sanguinis spuitiones, tabes &c.* = (7) Cui Celsus hoc modo assentitur. = *Adolescentia... tabi maxime objecta est: fereque JUVENES sunt, QUI SANGUINEM EXPUUNT.* = (8) Quibus ita Hoffmannus suffragatur. =*Hinc enim est, quod JUVENES... AD HÆMOPTYSIN, phthisin, hecticam &c. admodum sint proclives, & crebrius iisdem tententur.* = (9)

(5) *Summ.* §. 97.

(6) Boerh. *loc. sup. cit.* §. 1198.

(7) *Aph.* 29. *lib.* 3.

(8) *Celsus de Medic. lib.* 2. *cap.* 2.

(9) Hoffmann. *loc. supr. cit. tom.* 2. *sect.* 1. *cap.* 4. §. 36. *de Morb. ætat. ex aton. &c.*

18 Tum vero ad eas caussas, quibus Carolus de Vivis *habituali* hæmoptysi objectus fuerat, offensa quoque illius pulmonum actio, seu atonia accedit. Utpote cum illi pectus maxime præter cætera jamdiu infirmum esset; Medico sic de eodem testante. = *Essendo accaduto tal getto di sangue ad un corpo infermiccio OFFESO NEL PETTO da più anni antecedenti.* = (10) Quod genus vitii, non solum illius malus corporis habitus, sed etiam ejus difficultas spirandi, qua continuo premebatur, (11) denunciat; Clarissimo Boerhaavio præ ceteris monitore. = *Actio læsa pulmonum tam respiratoria, quam transmissoria cruoris consistit in primis in... decremento efficaciæ ejus in sanguinem... a quo sanguificationis impedimentum & nutritionis, unde CACHEXIA, atrophia, phthisis, & infinita mala: caussa autem illius actionis læsæ, est omnis labes organorum multiplicium, quæ respirationi exercendæ serviunt.* = (12)

(10) *Summ.* §. 127

(11) *Summ.* §. 3. & §. 46. *&c.*

(12) *Id. in Instit. Medic. de Morb.* §. 820.

19 Hanc itaque pectoris debilitatem, nativam gracilitatem, atque ca-

checti-

checticum habitum, ex quo maxime illius humorum depravatio, & præsertim acrimonia procul dubio suborta fuit, (1) satis superque patet, in noxa fuisse distillationis, seu catarrhalis collectionis cum tussi, qua Carolus de Vivis ab initio correptus fuit: sicuti locupletissimi Testes non obscure asseverant. = *Nel qual tempo* (anno MDCCL.) *egli fu assalito da un fiero catarro di petto, ... da forte, e frequente tosse.* = (2) Quod apprime etiam Celsus ita animadvertit. = *Præter hæc graciles, tabes, dejectiones, DESTILLATIONES.... fatigant.* = (3) Id ipsum vero Hoffmanus sic opportune evincit. = *Nobiliora porro vi cera ROBORE DEBITO orbata, variis & perniciali bus morbis ortum præbent. Sic PULMONES INFIRMATI, copioso humorum affluxui, & collectioni patent, unde TUSSIS HUMIDA & copiosa, ... quin sic allectus SALSORUM ET ACRIUM HUMORUM decubitus, ... ipsius phthisici mali generationem quam facile disponit.* = (4)

20 Quamobrem ut effera distillatio in pulmones Caroli de Vivis, ejusdem tussi caussam præbebat; sic acris seri destillationis, seu catarrhalis fluxionis fontem ex morbosa illius constitutione (5) defluxisse, (6) amplius demonstratione non eget. Ex quibus certe in hæmoptysin eum offendisse, per hæc Ballonii verba facile deprehendi potest. = *Unde ejusmode fluxionis,* (catarrhalis) *comes est sæpe exulceratio faucium, gurgulionis marcor, pulmonum pruritus quidam, ut places Hippocrati VASORUM EROSIO, aut APERTIO, hinc EXCREATIO CRUENTA, aut varix in pulmone, hinc tabes.* = (7)

21 Denique satis nobis ex præclaris Auctoribus evidens fit, ut tussis, qua Carolus de Vivis tam sæpe vexabatur, (8) in caussa fuerit, cur ei, utpote jam disposito hæmoptoë sollicitaretur Idque ex Hoffmanno in primis, qui sic habet. *Hæmoptysis tanto certius subsequitur, quando accedit... TUSSIS vehementior:* = (9) Itemque ex Boerhaavio constat, qui hoc modo scribit. = *Hæmoptoen accelerat... vis quacumque magna pulmonibus illata, tussi, &c.* = (10)

22 Hæ igitur tam internæ, quam externæ caussæ, præter morbi notas, differentiasque a nobis supra propositas, apertissime ostendunt, Carolum de Vivis vera & *habituali* sanguinis rejectione ex pulmone conflictatum fuisse.

23 Rebus itaque hoc modo se habentibus, subjiciendum nunc jam est, quo maxime periculo hujusmodi *habitualis* hæmoptysis versaretur.

24 Et re quidem vera eædem internæ caussæ, quæ Carolum de Vivis ad ejusmodi morbi genus prædisposuerant, uti supra demonstratum a nobis est; manifestum faciunt, talem hæmoptysin gravissime nocuisse, atque adeo plurimum periculi habuisse; præsertim cum nulla spes, vel saltem difficillimæ curationis superesset. Ita nos Boerhaavii sententia admonente. = *Si in CORPORIBUS PRÆDISPOSITIS oriatur morbus,* (hæmoptoë) *TUM NON SANATUR.* = (11)

25 Præter hæc, ejusmodi prædisponentes caussæ, quæ talem hæmoptysim excitarunt, non leviores quidem, sed graviores fuerunt. Ea enim, ut supra scriptum est, ex vasorum Caroli de Vivis debilitate, ex cacochymica ejus fluidorum dispositione, ac præsertim ab acrimonia, & proprio sanguinis impetu oborta procul dubio fuit. Quas sane caussas tanquam periculosiores in hæmoptysi, aut saltem phthisin adducentes, veluti insanabiles omnes Medecinæ professores unanimi ore detestantur. (12)

(1) *Id. in Aph. de Cogn. & Cur. morb. Cachexia.* §. 1168. *& sequent.*

(2) *Summ.* §§. 233. 234. *& alibi* §§. 1. 2. 92. *&* §. 97.

(3) *Id. de Medic. lib.* 2. *cap.* 2.

(4) *Id, ibid. loc. supr. cit. de morb. ex aton. in Pulmon. tom.* 1. *sect.* 1. *cap.* 4. §. 39.

(5) *Summ.* §§. 43. 92. *&* §. 97.

(6) Ballon. *Consil. Medic. tom.* 3. *lib.* 2. *de Catarrh. p. m.* 142.

(7) *Id. ibid. loc. nuper cit.*

(8) *Sum.* §§. 2. 7. 19. 47. 92 97. 109 117. *&* §. 118.

(9) *Id. ibid. loc supr. cit.*

(10) *Id. ib. loc. supr. cit.*

(11) Herm. Boerh. *in Comm. Prax. Medic. tom.* 5. *edit. Traject. Phthis. Pulmon.* §. 1198. *lit. T. p. m.* 139.

(12) *Id. ibid. loc. nuper cit. tom.* 2. *hæmoptoe p. m.* 371. *&* 374.

26 Postremo cum ejusmodi hæmopysis casu quidem non acciderit, sed recrudescens, seu vulgo *habitualis* fuerit; quippe quæ Carolo de Vivis identidem repetiit: Hinc manifesto patet, eam a prava hujus sanguinis constitutione, seu *diathesi*, ut ajunt, derivatam fuisse. Quod ex hac Mortoni definitione facile deduci potest. = *Habitualem vero* (hæmoptysin eam voco), *quæ a vitiosa, acri, & fermentescente sanguinis diathesi dependet; ita ut penus & fomes morbi semper intus delitescat*. = (1)

27 Ex quibus profecto sequitur, aut impossibile, aut saltem difficillimum fuisse, eodem Mortono suffragante, (2) huic fatali morbo Clerici de Vivis remedium ullum inveniri potuisse.

28 Si igitur hæmoptysis adeo per se periculosa ducenda est; quemadmodum Aretæus ita nobis suppeditat: = *Illud summa admiratione dignum, quod in sola ex pulmone* (sanguinis) *rejectione, quæ omnium sævissima est, homines animum non despondeant, quum tamen in extremo discrimine versentur*. = (3) cui Hoffmannus ita suffragatur. = *Id vero omnino certum est, ex omnibus, quæ præter naturam accidunt, hæmorrhagiis, vix ullam esse frequentiorem non modo & sæpius redeuntem; sed etiam magis ancipitem & periculosam, quam hæmoptysin*. = (4) Vel si ea saltem in pulmonarem phthisin præcipitat; uti supra laudatus Mortonus edicit: = *Hoc tamen perpetuo fere observare licet, quoties scilicet hæmoptoe præcedit, phthisim pulmonarem subsequi solere*. = (5) Si denique, eodem Mortono, Boerhaavio, ceterisque summis viris testantibus, omnium pessima, atque extimescenda hæc eadem est, quæ ab internis caussis ortum duxit; quæque identidem recruduit: Nullus quidem locus dubitationi relinquitur, quin Caroli de Vivis repentina sanatio a rebelli ejusmodi morbo, in Ven. Francisci Caraccioli Miraculum referenda sit. Præsertim cum Pontifex Optimus Benedictus XIV. in aureo suo Apotheoseos libro, (6) in hujusmodi morbis *reversivis*, ut ajunt, sanationem a prava *diathesi* potius spectandam esse, sapienter edoceat.

29 Sic omnibus his ad clariorem veritatis lucem discussis & fixis, nunc

(1) Ricard. *Morton. lib. 3. cap. 5. de Phthis. ob hæmopt. ort.*

(2) *Id. ibid. loc. nuper cit.*

(3) Aretæus *de Causs. & Sign. Morb. acut. lib. 2. cap. 2. de Sanguin. reject. p. m. 15.*

(4) Hoffm. *ib. loc. sup. cit. tom. 2. sect. 1. cap. 2. de Sanguin. flux. ex Pulm.* §. 14.

(5) *Mort. ib. loc. sup. cit. p. m. 94.*

(6) *De Beatif. & Canoniz. Sanct. lib. 4. part. 1. cap. 19. num. 11. & num. 9. cap. 13.*

AD ANIMADVERSIONES DESCENDENDUM EST.

§. VIII. Animadversionum.

30 Principio R. P. Promotor non alio quidem consilio totam morbi historiam sigillatim describere aggressus est, nisi ut ostendat, Caroli de Vivis repentinam sanationem Miraculis annumerandam non esse ex eo, quod ejusdem morbus non adeo gravis fuerit, ut vel nullo omnino pacto, vel saltem difficillime is tolli potuisset. Idque ex eo præcipue comprobare conatur, quod duo illa priora morbi tempora gravitatem hujus, & curationis difficultatem, ut ipse ait, evertere videntur: præsertim cum & Medicus Vincentius Jori, & alius Testis *de auditu* narrent, ejusmodi morbum per utraque sua prima tempora, neque tanti fuisse, quin curari is potuerit; neque eo pervenisse periculi, ut de vita ægroti, hujusve tuenda valetudine desperandum esset. Atque rem ita se habuisse contendit R. P. Promotor, existimans non minus ægrum a principali morbo, quam a pravis ejusdem effectibus liberatum fuisse; levibus tantummodo, tenuibusque, ut ipse ait, morbi reliquiis remanentibus.

31 Quamquam satis per se patet, Clemens Optime Pontifex, hujusce Mi-

Miraculi vim in his duobus morbi primordiis minime sitam esse; tamen cum omnibus physiciis argumentis, quæ hoc loco proponuntur, occurrendum nobis sit: idcirco huic etiam, ne quid intactum relinquere videamur, reponendum esse censemus.

32 Primum itaque, si rationem intimius consulere arrideat, facile cognosci potest, non bene deduci, morbum Caroli de Vivis gravem & periculosum non fuisse ex eo, quod ejus primæ duæ aggressiones leves visæ fuerint, faciliaque remedia ad eum leniendum data fuerint. Quis enim, quæso, non videt, quod, licet R. P. Promotori concederetur, easdem morbi periodos omnino remissas fuisse, sic ut ne minimum quidem ullæ superessent morbi reliquiæ in eodem de Vivis; falso tamen a duobus his particularibus experimentis generalis propositio colligitur; quod nempe reliquæ etiam omnes ejusdem morbi periodi, per se semper sanabiles essent futuræ? Ex qua sane colligendi forma fieret, ut, qui semel, aut bis ex mala febre, aut a pleuritide, aut apoplexia, aut denique a quovis sanguinis fluxu, ceterisque hujuscemodi morbis evaserit; jure concludi posset, eum de vita non amplius periclitaturum, sive periturum; licet bis, terve morbus dein repetierit. Quod quam absurdum sit, demonstratione non eget.

33 Verum demus R. P. Promotori exitum morbi Religiosi Caroli de Vivis in duabus primis periodis Prognosi Jori Medici de securitate respondisse; præsertim cum morbus inducias tantisper inierit, ob data a medico remedia, Ægroti sanitate simulata. Quid tum? an hæc facere possunt, ut eidem R. P. Promotori concedamus, ipsum Carolum de Vivis a principali morbo liberatum fuisse, levibus tantummodo, tenuibusque reliquiis in utrisque morbi periodis remanentibus? Minime quidem. Nam hæ ipsæ morbosæ reliquiæ, difficultas nimirum spirandi, ac pectoris oppressio & pulsatio, quas solito molestiores sibi in scalas ascendendo Clericus adfuisse testatur; (1) recidivam hæmoptysin in eodem futuram manifeste portendebant. Sic enim clarissimi Medici auctores scriptum reliquere; Quos inter Hoffmannus hoc modo prædicit. = *Hæmoptysin porro nunquam non antecedit* ... *PECTORIS OPPRESSIO, ET DIFFICILIS SPIRATIO*. = (2) Idemque auctor, describens signa, quæ hæmoptysin antecedere solent, sic porro pergit. = *Quasi per paroxysmos revertitur* (hæmoptysis) *sic, ut*... *IN PECTORE GRAVATIVUS SENSUS CUM DIFFICILIORI SPIRITU observetur, donec*... *ipsa eruptio sanguinis accidat*. = (3) Si hæ igitur notæ sunt, quæ hæmoptysin antevertunt; difficilis nimirum spiritus, & pectoris oppressio, sive ejus sit gravativus dolor; Quommodo, quæso, cum R. P. Promotore supponi poterit, Religiosum de Vivis, qui ab hujusmodi symptomatis continuo infestabatur, ad sanitatem omnino fuisse restitutum? ejusque morbosa phænomena simplices morbi reliquias fuisse; præsertim cum ex iisdem notis certum, ratumque sit, adfectionem ejusdem de Vivis pectori, & præcipue ejus pulmonibus impertitam fuisse? Constat enim inter Physicos, difficilem respirationem certissimum in primis pulmonis; nedum reliquorum ejus organorum vitium significare. (4)

34 Quamobrem recrudescens ejusmodi morbus, & contumacia illa symptomata, quæ post binas ejus accessiones Carolo de Vivis supererant, apertissime ostendunt, vitium illud in ipsius pulmonibus firmatum fuisse, teste in primis Laurentio Bellini. (5)

(1) *Summ.* § 5.

(2) Hoffmann. *ib. loc. sup. cit. tom.* 1. *sect.* 1. *cap.* 4. § 11.

(3) *Id. ib. tom.* 2. *cap.* 2. *de Sanguin. flux. ex Pal. Prolegom.* § 6.

(4) Boerhaav. *Inst. Medic. de Sign. Morbor. de respir. et sign.* § 971.

(5) Bellin. *de Morb. Pector. hæmoptys. p. m.* 490.

Quod

35 Quod autem addit R. P. Promotor, ægrotum morbo principali sanatum fuisse; Id quidem constanter pernegamus. Nam ut hoc verissime dici posset; necesse quidem esset, ut Jori Medicus non solum binas illas morbi periodos superare potuisset; verum etiam ejusdem morbi caussas penitus evertisset; malum nempe Caroli de Vivis temperamentum immutando, ejusque pulmonis vitium expellendo; Nulla nimirum spirandi difficultate, nullaque prorsus in eo pectoris pulsatione remanente; Sic ut necessario prænosceretur, morbum nunquam reversurum. Cui sententiæ quidem VanSvvietenius ita suffragatur. = *Sed non sufficit morbum superasse, debent etiam TOLLI CAUSSÆ, UNDE NECESSARIO REDITURUM prævidemus. Dum enim hydropici aquas evacuasti, reddidisti tantum corpus tale, quale erat, antequam hydropicum fieret sua sponte: hinc debent laxæ tunc roborari partes.* = (1)

36 Cum igitur magis atque magis Carolus de Vivis in rebellem morbum inciderit; necessario concludendum est, quod symptomata illa, nempe difficultas spirandi, & pectoris pulsatio manifesto testarentur, ejus vitii caussas, adhuc in illius pulmonibus perstitisse. Ex quibus certe novæ sanguinis rejectiones indicabantur; Sicuti revera a cel: ex Boerhaaviana Familia Johanne de Gorter explicate habetur. = *PULSATIONES IN MEDIO PECTORIS... cum quadam ANXIETATE, ceterisque signis hæmoptoes, INSTANS SANGUINIS SPUTUM indicare solent.* (2)

37 Unde porro conficitur, ut nondum Carolus de Vivis principali morbo evaserit; licet binæ hujus accessiones depulsæ viderentur.

38 Quod vero ad Medicum curæ attinet, qui non tanti morbum fecerit, ac de hujus curatione in duobus primordiis nondum desperaverit; Ex hoc quidem nullo modo relinquitur, quin morbus idem gravis & periculosus in posterum fuerit. Etenim pro eo, quantum ponderis morbi symptomata in Clerico de Vivis ostendebant, Jori Medicus de eodem prognosim denuntiabat. Quare cum morbus sub initium non tam præceps videretur; quid est cur prognosim idem Jori præcipitaret? Præ magnitudine enim, & qualitate morbi; prout nempe ejus phænomena, & purgationes apparent, metiendam prudenter prognosin esse, Hippocrates præmonet. (3) Et re quidem vera hæmoptysis prognostica pendent a varia pulmonarium vasorum læsione, ejusque caussa, tam ratione modi, quam periculi, & curationis. Cum enim sanguis cum tussi, nullo dolore interjecto, neque adeo multus per intervalla extundatur; lateralium pulmonis vasorum apertionis signum certissimum esse, docet Hoffmannus. (4) Atque tum demum non tam periculosa, aut illico deplorata hæmoptysis habenda est; Quemadmodum hoc in casu prudenter a Medico Jori judicatum est. Namque probe is norat, hæmoptysin tam sanguinis quantitatis, quam vasorum pulmonarium læsionis ratione variare posse. Idcirco metiri is, ac decernere voluit prognosis qualitatem ex majori, minorive magnitudine, qua affectio illa in Carolo de Vivis apparebat; doctam Svvietenii sententiam sequutus, quæ ita se habet. = *Morbi autem magnitudo cognita determinabit periculi gradum; hac autem cognoscitur ex majori minorive functionum læsione.* = (5)

39 Concludendum ergo ex his omnibus est, quod neque bina illa morbi primordia, neque Jori Medici prognosis, neque induciæ ipsæ, quæ in Carolo de Vivis infidæ fuerunt, neque demum contumacia symp-

B tomata,

(1) VanSvviet. *ibid. loc. sup. cit. tom. 1. Morb. visc. debil. & laxor.* §. 47. *p. m.* 57.

(2) De Gorter *Medic. Compend. tract.* 20. *De Pulsib.* §. 10.

(3) Hippocrat. *Aph.* 79. *sect.* 7.

(4) Hoffmann. *ibid. loc. supr. cit.*

(5) VanSvviet. *ib. loc. supr. cit. tom.* 2. *Febr. contin. putr.* §. 734. *p. m.* 15.

tomata, quæ post binas morbi accessiones ei supererant, ejusdem principalis adfectionis gravitatem excludunt, sic ut ultima sanatio jure Miraculo adjicienda non sit. At de his satis. Nunc cetera persequamur.

§. IX. ANIMADVERSIONUM.

40 Conclusione a R. P. Promotore illata de adfectionis Caroli de Vivis levitate, ex eo quod facilis morbo eidem curatio in primo & secundo stadio adhibita visa fuerit; Pari deinde argumentatione is contendit, morbum ejusdem indolis & qualitatis in hac tertia periodo fuisse. Omnem vero ille argumenti vim in eo ponit, quod, licet graviorum symptomatum congeries tertiæ hujus accessionis; tussis nimirum recrudescens; febris vehementior exardescens; gravioresque glutinosi, nigri, male olentis, & corrupti sanguinis eruptiones; magis quam antea ægrotum adfligeret; facile tamen morbus datis a Medico remediis paruerit; Sic ut postea æger convalesceret; exigua tantummodo febre in eo superstite; quæ lente sub vesperam, eodem Carolo de Vivis de se testante, (1) hominem prehendebat.

(1) *Summ.* §. 11. *pag.* 3.

41 Eadem suppositione, ac in anteactis argumentis, hanc R. P. Promotoris Animadversionem laborare, tam per se apertum est, quam quod maxime. Nam cum non bene ille, pace sua dixerim, supponat, Caroli de Vivis morbum ex suis caussis in primo & secundo stadio sanatum fuisse; falsam quoque conclusionem inferat, eundem nimirum morbum ejusdem levitatis in hac tertia aggressione extitisse, necesse est. Quippe enim illa symptomatum congeries, quæ gravius tum ægrotum affligebat, clarissime demonstrat, morbum ipsum altius per suas internas caussas radices egisse; magisque semper auctum pullulasse.

42 Neque vero quidquam officit, quod inessent induciæ, quas prudens curatio a Medico Jori adhibita faciebat. Is enim lenire quidem, ac sedare morbi effectus studebat; Verum naturalem, & malam Caroli de Vivis *diathesim*, ut ajunt, immutare, atque habituale vitii genus ab ejus pulmonibus tollere, nullo sanè pacto is poterat. *Medicina enim* (Johannis de Gorter sunt verba) *non valet naturalem habitum immutare*. (2) Atque id ipsum quidem ex rebellibus, magisque periculosis illius morbi accessionibus manifesto comprobatur. Recrudescens enim cum tussis, tum æstuosior febris, tum denique copiosiores glutinosi, nigri, male olentis, & corrupti sanguinis dejectiones apertissime declarant Caroli de Vivis pulmonum atoniam. Ex qua sane de integro morbosa ejusmodi phænomena in scænam reducebantur; Quemadmodum Hoffmannus hisce fieri docet. = *DEBILITAS quoque, sive vis motricis in partibus languor caussa plerumque est sanguinis in certo loco congestionis, stasis, stagnationis, CORRUPTIONIS, immo viscerum infarctus; e quibus postea, ceu proximis caussis, FEBRES, spasmi & præternaturales motus succrescunt, vel denuo repetunt, ac RECIDIVANT*, = (3) Præter hæc, non secus auctor idem alibi monet, dum inquit. = *Omnes hæmorrhagiæ facile recrudescunt, & post hebdomadem non modo, sed mensium etiam, quin annorum decursum revertuntur... Nam quia per effusionem partibus inducitur debilitas, minus postea resistere possunt sanguini copiosius & validius affluenti, sed is pristinas servat vias, subsistit ibi, tandemque etiam erumpit*. = (4)

(2) De Gorter. *Medic. Hippocr. lib.* 4. *Aph.* 8. §. 4.

(3) Hofman. *Ib. loc. supr. cit. tom.* 1. *sect.* 1. *cap.* 4. *de General. morb. ex turb. solid. & fluid. Mechanism.* §. 43.

(4) *Id ib. loc. sup. it. tom.* 2. *cap.* 3. §. 14. *p. m.* 214.

43 Accedit ad hæc, quod non solum hæ morbi accessiones talem Caroli de Vivis pulmonis debilitatem declararent; sed etiam ipsamet nigri sangui-

sanguinis, maleque olentis, in hac tertia periodo ejecti corruptela illam confirmaret. Hæc enim ab eadem debilitate, quæ illius pulmones vitiarat, orta procul dubio fuit; Boerhaavio præter ceteros teste, qui sic scribit. = *Humoris depravatio oritur . . . a vitiatis organis per debilitatem nimiam*. (1)

44 Quamobrem ne illud quidem R. P. Promotori dare possumus, qui, ut suam argumentationem magis confirmet, sibi persuadet, ut, quamvis morbus gravioribus symptomatis in hac tertia periodo augesceret; Carolus tamen de Vivis, adhibita curatione, in integram valetudinem esset restitutus. Ex quo ille putat principalem morbum tanti non fuisse. Nam ut ejusmodi sanatio pro certo haberi posset, oporteret certe, ut mox Clericus idem de Vivis incolumis, integerque ab omnibus morbi symptomatis omnino evasisset: Proindeque ita ad sanitatem redactus esset, ut nunquam is ægrotasse videretur. Ita enim in fortuita hæmoptysi Richardus Morton fieri scribit. Quæ sane post sanguinis missionem, debitum vitæ regimen, atque medicamenta opportune data, rarius (auctoris sunt verba) curata recrudescit. Quin immo hæc adeo confirmata valetudine eum frui finit, qui convaluit, ut nullam unquam sanguinis jacturam fecisse, appareat. (2)

45 At hæc quidem contraria ratione se habuisse in Carolo de Vivis apertissime constat: Adeoque a principali morbo nunquam eum sanatum fuisse, fatendum est; sed potius in infidas tantummodo inducias tertio fuisse conjectum. Etenim ex ejusdem Caroli de Vivis testimonio affirmare non dubitat R. P. Promotor ægrotum ipsum quotidie febre sub vesperam fuisse correptum. (3) Hujusmodi autem febris maxime quidem declarat, quod, licet pro re, id est, repetita sanguinis detractione, & medicamentis, Jori Medicus curaret, ut sanguinis eruptiones ægroti Clerici sisteret, ac eundem redderet incolumem; tamen ne minimum quidem ille hujus conditionem sanguinis commovere, aut innovare unquam valeret: Neque efficere idem sane posset, ut illiusmodi febrilis flamma penitus extingueretur; omnesque internæ morbi hujus caussæ, (quæ aliter novæ effervescentiæ ansam præbere possent, Mortono teste,) everterentur, sine vel minimo hæmoptoës rediturae, vel phthisis subsequuturæ periculo.

46 Quare perstans adhuc ea febrilis flamma post iteratas curationes *palliativas*, ut ajunt, (nam penitus tolli morbus nequibat; uti ipsius caussæ, atque effectus apertissime ostendunt) clare indicat, principalem morbum nullo modo fuisse depulsum; cum Carolus de Vivis ad integram sanitatem restitui, ejusque sanguis ad naturalem crasin, motumque redigi nequiverat. Ex quo etiam jure conficitur, ut gravis morbus hicce judicandus sit, atque adeo pro vera & *habituali* hæmoptysi haberi debeat: Utpote quæ semper adjecta febre aggreditur, & post incerta intervalla identidem recurrere solet. (4)

47 Igitur abunde satis per se patet, quod, cum lenta febris, post graviorem symptomatum cumulum Carolo de Vivis fuerit superstes; concludendum omnino sit, principalem morbum magis magisque radices altius egisse; ejusque internas caussas auctas fuisse. Proindeque cum supra laudato Mortono putandum, infidas tertio inducias factas esse. = *Et tunc etiam* (sunt auctoris verba) *infidæ tantum induciæ dandur, donec vasa iterum a præternaturali sanguinis motu in paroxysmo subsequenti nimis distendi contingat*. = (5) Sed hactenus hæc. Nunc ad cetera R. P. Promotoris argumenta veniamus.

(1) Boerhaav. *de Cogn. & Cur. morb. Cachexia.* §. 1668.

(2) Morton. *ib. loc. supr. cit. lib. 3. cap. 5. De Phthis. ab hæmopt. ort. p. m. 94.*

(3) *Summ. ibid. loc. supr. cit.* §. 11.

(4) Morton. *Ibid. loc. sup. cit.*

(5) Morton. *Id. loc. supr. cit. lib. 3. cap. 5. p. m. 94.*

§. X. ANIMADVERSIONUM.

48 Urget iterum R. P. Promotor, quod, ut tria morbi tempora ostendunt, hunc, respectu originis & indolis suæ, facile curari potuisse, sic multa argumenta occurrunt, quæ in hac quarta etiam & ultima morbi periodo ante prodigiosam sanationem, facilem curationem fuisse, præseferunt: Atque hæc ille confirmare nititur ex eo, quod curæ medicus Vincentius Jori in prima & secunda sanguinis ejectione ægrotum Clericum pristinæ valetudini restitui posse censuerit, putans expulsum sanguinem non ex pulmonum substantia, sed ex bronchiorum vasis erupisse. Novissimo autem morbi tempore, mutata sententia, is ægrum incurabilem prorsus denuntiaverit, & repetentem hæmorrhagiam pro deplorata hæmoptysi habuerit, existimans sanguinem copiose excretum ex ore Caroli de Vivis, non amplius quidem ex bronchiis, & sanguiferis pulmonum vasis quodammodo scissis; sed ab horum potius substantia extrusum fuisse. Hæc ille.

49 At nos reponendum sane censemus, quod tantum abest, ut Carolus de Vivis sanatus vere fuerit in primis tribus morbi periodis; ut potius affirmandum sit ex ejusmodi rebellibus accessionibus, originalem adfectionem nullo modo prorsus curari quidem potuisse. Aliter enim ex illiusmodi immaginata hypothesi, nimirum ex simulatis iis tribus sanationibus, non recta consecutio colligatur necesse est: Vitiose nempe inferendum erit, morbum principalem facile curari potuisse: Cum horum utrumque apertissime negandum sit.

50 Etenim in simulatis iis tribus sanationibus semper morbosa symptomata Clerico de Vivis, difficilis nimirum spiritus, pectoris pulsatio, (1) debiles vires, (2) & sub vesperam febricula, (3) supererant. Quæ sane demonstrant, morbum curari quidem ac leniri potuisse; sanari autem omnino, & ex suis primis caussis penitus tolli, impossibile fuisse: Quemadmodum periculosissima hæc ipsa quarta morbi accessio apertissime ostendit. Et re vera quidem nihil securos nos esse posse de integra sanitate post sanguinis rejectiones ex pulmone, nisi facilis spiritus ducatur, viresque sint firmæ, Christophorus Bennet his manifesto declarat. = *Post sanguinis extravasationes* LIBERA RESPIRATIO, ... VIRES CONSTANTES, *securitatis phænomena, & E CONTRARIO*. = (4)

(1) *Summ.* §§. 3. 6. 46. 101. 107. & 8.
(2) *Summ.* §. 105. ad 117.
(3) *Summ.* §. 11.

51 Quare illæ ipsæ morbi reliquiæ Carolo de Vivis superstites, non solum ejus in iis tribus accessionibus sanationem ter simulatam esse; Verum etiam ejusdem pulmonis labem ab internis caussis, id est, a sanguine acri, & vasorum debilitate natam, uti supra a nobis scriptum est, (5) everti nunquam potuisse, manifesto potius præseferunt; Boerhaavio præter ceteros monitore, qui sic habet. = *Hæmoptoen vero præsentem a tali caussa, nempe* SANGUINE ACRI, ET VASORUM TENERITUDINE, CURARI NON POSSE *puto*. = (6)

(4) Bennet *Theatr. Tabidor. Obs. Diagnos. spectan. p. m.* 110.

(5) §§. 12. 13. & 19. HUJUS.

(6) Boerhaav. *Prax. Medic. sive Comm. in Aph. de Cogn. & Cur. morb. part. 5. p. m.* 137.

52 Ex tot igitur rebellibus accessionibus, quæ *habitualem* hæmoptysin firmaverant, male quidem colligitur, quod morbus principalis facile curari posset. Nam *habitualis* hæmoptysis, uti hæc erat, etiamsi nonnullas inducias habeat, tamen = *post incerta intervalla*, (Mortonus enim sic docet) *identidem solet recurrere. Ubi scilicet paroxysmus febrilis incertus a sanguinis adeo ferociter effervescentis impetu recrudescit, tenera pulmonum vasa, cum motum hunc citatiorem ferre non possint, iterum atque iterum dehiscere solent, una cum magno purpurei liquoris dispendio*. = (7) Porro hæc eadem intervalla, quæ sanationes vocat

(7) Morton. *ibid. loc. supr. cit.*

vocat R. P. Promotor, apprime in hæmoptysi Clerici de Vivis intervenisse, abunde quisque per se videt. Ex quo jure cum eodem Mortono concludi potest, quod fatalis hæc hæmoptysis fuerit; Ejusque triplices sanationes simulatæ penitus essent.

53 At enim fingamus eas vere sanationes fuisse. Colligine hinc, amabo, poterit, quartam etiam hanc morbi accessionem, gravioribus, lethalibusque symptomatis stipatam facile curari potuisse? Minime quidem. Hoc igitur fundamento sublato, quo R. P. Promotoris argumentum nititur; hujus quoque consecutio de facili curatione in hac quarta & ultima morbi periodo ante prodigiosam sanationem, corruat necesse est. Neque alia demonstratione opus habemus.

54 Quod autem ad Medici Jori variam sententiam de hujusmodi morbi natura attinet; Id porro nil debet efficere, ut R. P. Promotor colligat, morbum in hac quarta periodo facile quoque curari potuisse. Nam, si litare veritati velimus, illud sane potius efficitur, ut summa cum laude Jori medicum prosequamur; Quippe qui prudens, sciensque, prout morbus remitteret, aut repeteret majori, minorive pulmonis læsione, & symptomatum gravitate, prognosim constituebat de ejus sede, magnitudine, atque periculi gradu. Ita enim fieri debere Hippocrates jubet. (1) Et revera quidem hæmoptysis tum ratione sanguinis quantitatis, & qualitatis, tum pulmonarium vasorum læsionis, tum etiam ejus caussarum differt. Cui sententiæ quidem sic favet Hoffmannus. = *Pro differente vasorum pulmonalium læsione & ejus quoque caussa; varie, tam ratione modi, quam periculi, & curationis, hic se habet affectus. Scilicet ubi sanguis... per intervalla, cum tussi, sine dolore, non adeo multus educitur*, *LATERALIUM VASORUM APERTIONEM id denotat; ubi vero UBERTIM & magno impetu, quasi vomitu quodam*, *PRORUMPIT*, *adeo, ut interdum magna inde pelvis impleatur*, *GRANDIOREM VENÆ RAMUM... DISRUPTUM fuisse, est indicium. Qui casus quo frequentius incidit, eo plus periculi habet.* = (2)

55 Prudenter igitur medicus Jori pro eo ac symptomata sese offerebant, periculi gradum metiebatur. Nam, optime animadvertit Boerhaavius; *Si sanguis* (auctoris sunt verba) *ex membrana Bronchia succingente proveniat, tum rejicitur cum muco admixto. Ausus fui & in hac specie BONA PRÆDICERE, nam morbus in arteria BRONCHIALI, non vero* PULMONALI *hæret, & certe sputum tale cum strigmentis sanguineis sæpissime in diuturna gravedine* VIDETUR SINE PERICULO. = (3) Secus vero rem se habere idem auctor monet, si ex rupto arteriæ pulmonaris ramo sanguis extrudatur. Tunc enim sic ait. = *De hac hæmoptoe caveant Jactatores, ne nimis promittant;* [*si nempe a caussa externa non proveniat, tunc enim non tam lethalis est.*] *Nam ex mille decumbentibus vix unus emerget.* = (4)

56 Corruit ergo R. P. Promotoris argumentum, cum apertissime pateat, medicum Jori satis prudenter se egisse, variando sententiam de morbi sede, atque periculo. Proindeque nullo modo conficitur, ut difficilis ejusdem curatio ab hac quarta præsertim, & ultima periodo excludatur.

§. XI.
ANIMADVERSIONUM.

57 Fallacis conjecturæ notâ Medici Jori Sententiæ inusta, R. P. Promotor contendit, qualitatem & naturam sanguinis hoc ultimo tempore excreti, nigricantis nempe, corrupti pessimi odoris, ramenta quædam, uti Medico videbatur, pulmonum habentis, penitus hoc loco

sese

(1) *Aph. 79. sect. 7.*

(2) Hoffman. *ib. loc. sup. cit. tom. 2. sect. 1. cap. 2. de Sanguin. flux. ex Pulm. Thes. Patholog. §. 4.*

(3) Boerhaav. *ib. loc. sup. cit. Par. 2. Hæmopt. p. m. 373.*

(4) *Id. ib. loc. sup. cit.*

ſeſe opponere. Pro certo enim ille habet, ejuſmodi concretum, male olentem, corruptum, nigrumque ſanguinem ex ore Caroli de Vivis ejectum, non hæmoptyſin, ſed ſtomachi hæmorrhagiam indicare. Cui tuſſim, pectoris palpitationem, difficilemque ſpiritum, ob conſenſum inter thoracem, & imi ventris viſcera comitari eſſe ſolitum, idem R. P. Promotor affirmat. Contra vero, ait idem, qui ex rupta pulmonum ſubſtantia ſanguis erumpit; neceſſe eſt, ut is floridus & coccineus ſit: Hunc enim a ſubita tuſſi ex fractis eorumdem pulmonum vaſis protruſum, rubicundum eſſe debere, ac ſpumeſcere ob intermixtum aerem pro certo ponit ille, ſuffultus celeberrimorum auctorum teſtimonio, & præſertim Hoffmanni, Georgei Coſchvvitz, Boerhaavii, Joannis de Gorter, ac in primis Benedicti XIV. Pontificis Opt. Maximi ſuffragio ex *lib. 4. part. 1. cap. 16. num. 4. deſumto*.

58 Primum, ut omnis controverſia dirimatur, breviter nobis Medicorum auctorum ſententiæ circa ſanguinis qualitatem in hæmoptyſi examinandæ ſunt. Siquidem Hippocrates primus inter omnes ita ſcriptum reliquit. = *Quicumque ſpumantem ſanguinem extuſſiunt, his ex pulmone educitur*. = (1) Hanc vero ipſam opinionem plurimi ex medicis Scriptoribus amplexati, eam tamquam firmam de hæmoptyſi diagnoſim habendam eſſe decrevere. In quorum cenſu a R. P. Promotore annumerantur in primis Hoffmannus, Georgeus Coſchvvitz, Boerhaavius, Johan. de Gorter, ceteri, hoſque ſequutus Pontifex Opt. Max. Benedictus XIV.

(1) Hippocrat. *Aph. 13. lib. 5.*

59 E contrario vero Auctores bene multi, iique graviſsimi in hæmoptyſi aliquando ſanguinem ſine ſpuma, nigrum, corruptum, maleque olentem ex pulmone per os extrudi conſtanter affirmant. Neque male etiam hi, mea quidem ſententia judicant. Siquidem hæc eadem Hippocrates ipſe hoc modo teſtari non dubitat. = *Si pulmonis arteria fuerit exulcerata, aut aliqua tenuis venula ex his, quæ in pulmonem dependent, rupta fuerit, hæc patiuntur... Si vero temporis progreſſu ſanguinis amplior prodit, aliquando purus, & aliquando etiam* SUBPUTRIDUS; *ſæpe etiam fauces non animadvertentibus ſanguine implentur, poſtea ſanguinis* GRUMOS *paulatim, & frequenter emergentes rejiciunt, aliquando vero etiam* GRAVEOLENTIA *ab ipſis contingit*. = (2) Atque id ipſum is alibi confirmat, dum inquit. = *Si vulnerata fuerit arteria, tuſſis habet, & ſanguinem tuſſiendo rejicit, & fauces ſanguine latenter implentur, &* GRUMOS *ejicit* = (3) Accedit ad hæc Hallen, Ettmulleri ſententiam expromens, qui hoc hæmoptyſin pacto deſcribit. = *Hæmoptyſis eſt quando ſanguis ex pulmone per eos tuſſiendo ejicitur; aliquando ... ſanguis rejicitur vel floridus, vel* SEMIGRUMOSUS, ... *ſpumoſus*, VEL NON. = (4)

(2) *Id. de Intern. Affection. p. 56.*
(3) *Id. de Pulmon. Morb. p. m.* 136.
(4) Hallen. *Sy. nopſ. Univerſ. Medic. Pract. tom. 1. Artic. 534.*

60 His ita ſe habentibus, apertiſſime quiſque concludere ultro poteſt, nunquam perpetuum eſſe, ut in hæmoptyſi ſpumans ſanguis extrudatur. Nam opportune Galenus in Hippocratici illius Aphoriſmi explanatione ſic docet. = Vere quidem dicitur ſolius pulmonis ulcera ex ſpumoſo ſanguine judicari; NON VERE AUTEM, ulcerato pulmone, EX NECESSITATE SPUMOSUM EXPUI. = (5) Ad eandemque ſententiam Lucas Tozzi deſcendit in ejuſdem textus expoſitione. *(6)*

(5) Galen. *in* Hippocr. *Comm. 5. pag.* 36.
(6) *Tom. 4. lib. 5.*

61 Quare cum inter Auctores tam varia, tamque diverſa reperiatur opinio de ſanguinis qualitate in hæmoptyſi; Non ſine firma ratione ſtatui

tui debet, ſanguinem, cum, vel ſine ſpuma, rubicundum, nigrumve, male olentem, putridumque in ea aliquando extrudi. Neque aliter hoc loco interpretandi ſunt Auctores a R. P. Promotore ſupra laudati; Hoffmannus nimirum, Coſchvvitz, Boerhaavius, ceterique, qui certe ajunt, ſanguinem per tuſsim elatum, rubicundum, ſpumantemque ex pulmone quidem profluere; Verum tamen iidem negare non audent, eum concretum, putridum, maleque olentem ab eodem pulmone extrudi poſſe. Horum enim primus hæc alibi profert. = *Vas in pulmone ruptum, vel ſauciatum ſanguiferum difficulter admodum coaleſcere & conſolidari poteſt: accedit, quod extravaſatus in pulmone ſanguis non facile penitus per bronchia & aſperam arteriam evehitur, ſed in veſiculoſa ſubſtantia reſtagnans* PUTRESCIT. = (1) Itemque Boerhaavius id, non ſemper quidem evenire, ſed plerumque, hiſce verbis apertiſsime docet. = *Exit ſanguis plerumque floridus, coccineus, ſpumans cum tuſſi, & ſtrepitu pulmonis*. = (2) Ex quibus ſane per ſe patet, eum non obſcure cum ceteris Auctoribus indicare, ſanguinem non floridum, & coccineum, ſed nigrum, & concretum, non autem ſpumantem, aliquando etiam expelli poſſe ex pulmone.

(1) Hoffman. *ibid. loc. ſupr. cit. lib.* 1. *cap.* 2. *de Sanguin. flux. ex Pulm. p. m.* 18.

(2) Boerhaav. *ibid. loc. ſupr. cit.* §. 1199.

62 Quamobrem tutiſsimum erit cum doctiſsimo Laurentio Bellini ſentire; Qui, cum diſertiſsime oſtendat, hæmoptoicum ſanguinem, modo poſſe rubeſcere, modo non; modo ſpumeſcere, aliquando ſine ſpuma profluere; tandem ad firmandam hæmoptyſeos diagnoſim, cui magis fidere poſsimus, ita concludit. = *Adeoque ſi quid minus dubium haberi poteſt, petendum illud eſſe ab* ANTECEDENTIBUS, *ſi per eorum aliquot innoteſcere poſſit, affectionem* PECTORI COMMUNICATAM ESSE. = (3)

(3) Bellini *de Morb. Pector. Hæmopty. p. m.* 490.

63 Si igitur de anteactis morbi Religioſi de Vivis ſymptomatis inquirendum nobis eſt; jam inde a prima facti ſpecie, luce clarius patebit, labem ejuſdem pulmonibus conſediſſe: (4) Proindeque tota R. P. Promotoris argumentatio labaſcat, neceſſe eſt.

(4) *Summ.* §. 127.

64 Neque vero quidquam faciunt contra hæmoptyſin hanc phænomena illa, tuſsis nempe, cordis palpitatio, & difficilis anhelitus: Quæ cruentæ etiam vomitioni communia eſſe, ob conſenſum inter Thoracis, & imi ventris viſcera, R. P. Promotor opponit,

65 Notum enim eſt ex ejuſdem Hoffmanni teſtimonio, ſanguinis vomitionem gravi quidem conatu ſemper promoveri; tuſſim vero nunquam ei comitari; uti hæmoptyſi fieri ſolet. Sic enim effatur ille. = *In ſanguinea vero vomitione cum anxio conatu . . . cruor, ex ventris magis vaſis elapſus*, CITRA TUSSIM *exturbatur*. = (5)

(5) Hoffman. *ibid. loc. ſupr. cit. tom.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 3. §. 22. *de Morb. curat. diſcern. & rect. dignoſc. p.* 296.

66 Præterea cum cordis palpitatio, & difficilis ſpiritus in hac eruptione ſanguinis Religioſum de Vivis divexaverint, cujus pulmonibus labes jamdiu inhæſerat; (6) Nullo ſane pacto nunc ejuſmodi ſymptomata aliorum viſcerum ipſius vitio verti poſſunt: Præſertim cum eæ notæ vitium potius illius pulmonis, quam aliorum viſcerum teſtentur. Nam experimentis conſtat, quod ſi forte pulmones vitio ſanguinis aggraventur, aut lædantur; illico tuſſis, cordis palpitatio, & difficilis ſpiritus excitantur; Claris id Scriptoribus affirmantibus; Quos inter unus inſtar omnium Hoffmannus ſit. = *Quando porro ad thoracem regurgitans ſanguis cor & pulmones opprimit, . . .* CORDIS PALPITATIO, . . . PECTORIS ANGUSTIA . . . *producuntur*. = (7) Et mox idem. = *Quando . . . ſanguis ad pectus concedit, anxietas*, SPI-

(6) *Summ.* §§. 1. 101. 161. & §. 164.

(7) Hoffman. *ibid. loc. ſupr. cit. tom.* 1. *cap.* 9. *de vit. ex turb. ſang. aliiſque evacuat.* §. 5.

(1) Id ibid. loc. nuper cit.

SPIRANDI DIFFICULTAS ... *accedunt*, *vel* TUSSIS, *phthisis & totalis pulmonum exulceratio inducitur*. = (1)

67 E contrario vero sanguinis vomitio sua particularia signa habet, quæ eam antevertere, & comitari semper consueverunt. In ea enim pungens & distrahens dolor in sinistro hypochondrio est; eidemque dolor præcordia comprimens semper adjungitur, cum horum anxietate, & constrictione. (2) Quæ omnia in hæmoptysi Caroli de Vivis desiderari, demonstratione non eget.

(2) Id. ib. loc. sup. cit. tom. 2. cap. 3. §. 2. p. m. 13. de Vomit. cruent.

68 Manifesto igitur patet, quod, cum Clericus de Vivis nihil horum, quæ cruentæ vomitioni particularia esse solent, in sanguineis suis ex ore eruptionibus, tulerit; sed vexatus tantummodo fuerit iis notis, quæ pulmonis noxam declarant; tussi nimirum, cordis palpitatione, spirandique difficultate: Nulla hinc sane ratione ad consensum inter thoracis & imi ventris viscera R. P. Promotori confugiendum erat.

69 Ex his igitur concludendum est, quod neque sanguis concretus, niger, maleque olens; neque tussis, vel cordis palpitatio, vel denique spirandi difficultas ulla quidem ratione cruentum vomitum indicare possent; sed tantummodo organicam Caroli de Vivis pulmonis labem. Ex quo necessario cogimur fateri, ejusmodi hæmoptysin in hoc quarto & ultimo morbi tempore, cum illiusmodi tam fædi sanguinis eruptionibus, adeo processisse, eoque periculi redactam fuisse, ut sine Prodigio, Ven. Servi Dei Francisci Caraccioli intercessione, a Summo Numine patrato, eam tollere prorsus impossibile esset.

§. XII. Animadversionum.

70 Opinionem suam de cruento Clerici de Viris vomitu, R. P. Promotor duabus de caussis confirmare nititur. Quarum una, quæ in præsentia nobis agitanda est, in eo consistit, quod gelida aqua ab ægrotante epota, illico musculares stomachi fibras irritare, & convellere, vomitumque concitare visa fuerit: Ex quo aqua fætido sanguini immixta ejecta fuit.

71 Nisi clare ex Medicinæ historia constaret, vomitionem in hæmoptysi sæpissime fieri sine stomachi vitio; Jure meritoque R. P. Promotor contendere posset, gelidam aquam, Caroli de Vivis stomachum irritando, apertissime indicasse, ejusdem cruentas expulsiones ex stomacho potius, quam ex pulmone provenisse. Verum cum experientia edoceat, quotidie illud evenire in hæmoptysi, nullo stomachi vitio interposito: Hinc profecto fatendum est, nihil nobis ad hanc partem illiusmodi argumenta adversari.

72 Præterea certum Physicis est, vomitum esse violentam expulsionem earum rerum, quæ continentur stomacho, per convulsionem muscularium fibrarum faucium, œsophagi, stomachi ejusdem, maximeque cum diaphragmatis, tum abdominalium musculorum. (3) Notum itidem est, nervos in stomachum, intestina, & mesenterium distributos maxime in reliquos totius corporis nervos dominari. (4) Quare ex his necessario fit, ut quæcumque ex remotis causis earum partium fibras irritet; ipsa quoque viscera, adeo facile convellenda stimulet; Sive directe in hæc caussa illa agat; sive, ceterarum partium nervosas fibras irritando, per consensum eadem incommoda excitet. Sic vel tenuis, parvaque pluma in faucibus agitata satis est, ut levissima irritatione vomitum illico cieat. Non aliter, ac a fluctuante ibi pituita, vel a sanguine, vel a ceteris hujusmodi causis vomitus idem excitari potest. (5)

(3) VanSwiet. ib. loc. supr. cit. tom. 2. Vomit. febr. §. 652. p. m. 242.
(4) Id. ib. loc. nuper cit.

(5) Id. ib. loc. supr. cit.

73 Si

73 Si igitur sola mechanica faucium irritatio a pluma, vel a pituita vomitus suppeditari potest, Quid est, cur Carolo de Vivis idem cieri nequiret, dum tussis, & sanguis ex ejus pulmonibus erumpens, illius faucium fibras, oesophagique membranas irritaret? Porro hanc ipsam rem sic Mortonus evenire testatur. = *Quod symptoma* (vomitio nempe tussi superveniens) *non tantum a ventriculi debilitate procedit;.. verum etiam a nimia ejus agitatione per ferocem motum juxta tussientium pulmonem.* = (1) Deinde vomitum tussi sæpissime accedere idem auctor ita monet. = *Idem* (vomitus) *tamen infantibus etiam catarrho convulsivo afflictis quotidie solet accidere.* = (2)

74 Itaque, cum vomitus tam sæpe a tussi excitetur; cur in hæmoptysi Caroli de Vivis evenisse inficiandum est? Is certe dum aquam foetido sanguini immixtam evomuit; tussi semper exagitatus fuit. = *E ributtando l'acqua nella medesima maniera, fu sospesa di darmesene più, per non irritare maggiormente il sangue, ed il dolore di petto, E LA TOSSE.* = (3) Oculatus vero testis sic idem affirmat. = *E dandoli successivamente l'acqua da due o tre volte, viddi, che la ributtava subito insanguinata, o dopo di averla ritenuta per pochi momenti, per VIOLENZA DELLA TOSSE la regulcitrava intinta col sangue.* = (4) Quæ cum vera maxime sint; nil mirum, si cruor copiose ex pulmone erumpens, in os Clerici de Vivis irrueret. Deinde vero cum sanguis omnis tam cito expelli nequiret; hinc necessario fiebat, ut pars aliqua ejusdem in fauces relapsa, oesophagi caput stimulando, cruentum vomitum illi cieret. Certum tamen est, hunc evomitum sanguinem aquæ immixtum, eandem partem illius fuisse, qui per tussim ex pulmone ægroti Clerici de Vivis ferebatur. Sic enim Willisius fieri docet. = *Videntur hi affecti cruorem evomere potius, quam extussire.* = (5) Cui tamen Hippocrates de hæmoptysi edisserens hoc modo prævivit. = *Fauces sanguine latenter implentur, & grumos ejicit, sive EVOMIT.* = (6)

75 Denique ad firmandam sententiam nostram, illud animadvertere satis sit; quod Carolus de Vivis nunquam in ipsa sanguinis rejectione stomacho laborarit: Nunquam nimirum is de ullo dolore, vel tumore, vel distentione in eodem questus sit: Quemadmodum fieri solere Riverius testatur. = *Si ex ventriculo sanguis effunditur, situs partis, & in ea doloris, aut gravitatis sensus fere continuus illud demonstrant.* = (7)

76 Ergo ex his jure conficitur, ut vomitus ille gelidæ aquæ sanguini immixtæ sine dubio excitatus esset ab tussis irritamento Caroli de Vivis hæmoptysin comitante potius, quam ab affecto ejusdem stomacho: Præsertim cum demonstratum satis a nobis abunde sit, eum in hac ultima etiam accessione morbi, non stomachi hæmorrhagia, sed vere fatali hæmoptysi *habituali* laborasse.

§. XIII. ANIMADVERSIONUM.

77 Alteram autem caussam, in qua R. P. Promotor cruentum vomitum constituere pergit, ex eo proficisci is contendit, quod corruptus sanguis ab ægroto Clerico cum alvi dejectionibus ejiceretur. Ex quo ille fieri putat, ut similis ejusmodi foetidi sanguinis, & fæcis per inferiores partes emissio, ad salutarem crisim adjicienda sit; proindeque effici, addit idem, ut, sanguinis eruptionem non ex pulmone, sed ex ventriculo effluxisse, judicandum sit.

78 Etiamsi demus R.P. Promotori, quod ipse tantopere contendit, morbum nimirum Clerici de Vivis, non amplius hæmoptysin fuisse, sed vo-

(1) Morton. *ib. loc. supr. cit. lib. 2. de sign. Diag. p. m. 39.*
(2) *Id. ib. loc. nuper cit.*
(3) *Summ.* §. 16. & §. 19.
(4) *Summ.* §§. 61. & 132.
(5) Willis *Pharm. Rat. de sang. sput. par. 2. sect. 1. cap 7. pag. m. 63.*
(6) Hippocr. *de Pulm. Morb. pag. m.* 136.
(7) River. *lib. 9. cap. 8. de Vomit. Sanguin.*

vomitum corrupti sanguinis, male olentis & nigri; nunquam tamen illi concedere poterimus, cruentas illiusmodi dejectiones in inferiores partes crisin fuisse. Secus enim ille, majus tunc periculum Carolo de Vivis imminere debuisse, nobis ultro concedere debebit; si fides habenda Hoffmanno est; qui sic edicit. = *Longe gravius, longeque certius est periculum, si uti subinde accidit, vomitui cruento, NIGRA, ... eaque GRAVEOLENS alvi dejectio jungitur. Hæc enim subitum ut plurimum denunciat interitum, ipsius Hippocratis testimonio, qui sub morbi nigri nomine hanc passionem describit.* = (1)

(1) Hoffman. *ibid. loc. sup. cit. tom. 2. sect. 1. cap. 3. De vomit. cruent. p. m. 214. §. 15.*

79 Accedit ad hæc, quod Hippocrates ipse ejusmodi nigras fœtidi sanguinis dejectiones per inferiores partes, non crisim, sed mortem quidem portendere hisce verbis moneat. = *DEJECTIONES NIGRÆ, QUALIS SANGUIS NIGER, sponte prodeuntes, & cum febre, & sine febre, PESSIMÆ.* = (2) Sane auctor hoc modo edicit, quia post hujusmodi dejectiones, homines semper e vita decessisse potius, quam critico levamine, morbo evasisse sedulo animadvertit. Neque id mirum, mea quidem sententia. Talis enim dejectio, sanguinem intus ita corruptione dissolutum esse declarat, ut mesentericis vasis amplius coerceri is nequeat; Ex quo in intestinorum cavitatem depluat idem necesse est. Sententiæ vero huic ita Johannes de Gorter in illius Aphorismi interpretatione subscribit. = *Arguit ergo illa dejectio (sanguinis nigri) summam sanguinis venæ portarum vel arteriæ mesentericæ solutionem inductam putredine. Quæ sanguinis putrilago actione vitæ raro emendatur; unde indicia putrilaginis semper PESSIMA censentur.* = (3)

(2) Hippocr. *lib. 4. Aph. 21.*

(3) Johan. *de Gorter. Medic. Hippocr. lib. 4. Aph. 21. §. 3.*

80 Adde quod sanguis emissus cum iis, quæ Religiosus de Vivis per inferiores partes excernere debuit, summo dolore, atque ardore eum affecit. (4) Quæ sane res acrimoniam putridam cum summo fœtore, ex ipsius fœtidi sanguinis putredine ortam, & dolorificas miseraicorum canalium distensiones, & humorum congestiones apertissime ostendebant. En porro cur perniciosa illa, & funesta nigri sanguinis per inferiores partes dejectio sequuta est; Quæ proinde pro critico hæmorrhoidali fluxu habenda nullo modo est. Hic enim neque ullo summo ardore, neque spasmodico intestinorum dolore unquam stipari solet: Hoffmanno id inprimis testante. (5)

(4) *Summ. §. 124. & §. 17.*

(5) Hoffman. *ibid. loc. supr. cit. §. 18.*

81 Ex his itaque intelligi apertissime potest, ejusmodi dejectiones nigri, corruptique sanguinis per inferiores partes ab ægroto Clerico emissas, nullo sane modo ad salutarem crisim esse referendas. Cum potius eas in maximum vitæ periculum Juvenem de Vivis conjecisse sine dubio fatendum sit. Eo proinde sublato fundamento de cruento vomitu, ex alvi dejectionibus corrupti sanguinis; patet etiam ejusdem eruptionem non ex stomacho, sed ex pulmone Caroli de Vivis manifesto graviter prorupisse.

§. XIV. ANIMADVERSIONUM.

82 Pergit iterum R. P. Promotor opponere, nihil minus hæmoptysin indicare, quam ramenta illa, quæ in nigro, male olente, concretoque Religiosi de Vivis sanguine inhærentia se Medicus Jori vidisse testatur. Dubie enim, ait ille, ea huic pulmonis membranæ videbantur. Quare ad hoc movetur idem R.P. Promotor ex eo, quod opinatur, sanguinem retentum stomacho, mora, calore loci, febrisque, admixtione ingestorum, & denique beneficio deglutiti sensim aëris, facile colorem mutare, & in albam crustam, *fungum* dictam, æmulantem membranam concrescere.

83 Ut

83 Ut argumento huic satis commodius fieri possit; ipsa Jori Medici, aliorumque Testium verba in medium afferenda sunt; Quo facilius appareat qua de re dubitandum; quidve pro certo affirmandum sit. Oculatus itaque testis, Medicus Jori sic habet. = *Contenendo ancora ALCUNI FILAMENTI, che parevano membrane provenienti dalla sostanza del Polmone.* = (1) Idem alibi hoc modo asseverat. = *Per li segni del sangue in gran copia buttato per bocca.... MESCHIATO CON FILAMENTI &c.* = (2) Alius vero Testis sic etiam affirmat. = *Tanto più che si vidde nel sangue oltre la nigredine a guisa d' Inchiostro, ed il glutine, anche ALCUNI SFILAMENTI, o sieno SFILACCI, che venivano col sangue.* = (3) Denique testis idem hæc addit. = *E detto sangue,... si osservò da me;... e da tutti gl'altri aggrumato, che dava al nero, putrefatto, e MESCHIATO CON SFILACCI BIANCHI.* = (4) Quid plura? Siquidem res plane per se, & aperte loquitur. Demus certe, Medicum Jori dubie de Pulmonis membranis fuisse loquutum, de quibus cautus certam sententiam sine experimento is noluit proferre. Attamen omnium quidem testimonio comprobatum est, quædam ramenta, seu albas fibras in expulso sanguine ex ore Caroli de Vivis inhæsisse. Nonne ergo ejusmodi ramenta, seu magis alba fila vocanda, ipsam hæmoptysin significabant? Omnes profecto salutaris Professionis periti ejusmodi fibras in expulsum ex ore sanguinem innatantes pro certo hemoptysis indicio ponunt: De quo interim unus instar omnium, sedulus naturæ investigator, Boerhaavius sit; Qui talis affectionis nascentis notas enarrans, sic prosequitur. = *Exit sanguis... cum TUSSI,... FIBRIS, MEMBRANULIS, vasculis arteriosis, venosis, bronchialibus &c.* = (5) Cur itaque fibræ illæ, ut ut fuerint, ex ore Caroli de Vivis cum sanguine ejectæ non hemoptysin potius sub tanto auctore, quam cruentum vomitum declarabunt?

(1) *Summ.* §. 121.
(2) *Ibid.* §. 129.
(3) *Ibid.* §. 174.
(4) *Ibid.* §. 192. §. 64. & §. 16.
(5) Boerhaav. *ib. loc. sup. cit. Phthis. Pulmonal.* §. 1199.

84 Abunde satis quidem per experimenta Physici norunt, eam esse naturalis sanguinis indolem, ut si alicubi is stagnet, concrescat primo, & calore adhuc fotus, accedente sensim spontanea putredine, in acre liquamen fœtens dissolvatur; aut tenujore sui parte orbatus in nigram sane massam, nunquam vero in albam crustam, *fungum* dictam, coagmentetur: Quemadmodum R. P. Promotor opinatur. Opportune enim ad rem nostram Johannes de Gorter edisserens de sanguine in cavitatibus effuso, verba hæc edidit. = *Si ergo effusus sanguis hæreat præter naturam in cavo ventris, pectoris, vel capitis, aut alicubi in cavitatibus vi morbi factis, uti in parte contusa, per propriam mutationem in istis locis non potest commutari in pus, sed in ICHOREM.* = (6)

[6] De Gorter *Medic. Hippocr. lib.* 6. *Aph.* 20. §. 2.

85 Igitur sanguis Caroli de Vivis extra vasa hærens, in ichorem, aut in nigram massam, nunquam vero in albam crustam abire quidem poterat. Quare hinc etiam falsum esse evidenter constat, sanguinem ipsum ex stomacho illius effluxisse. Nam satis luculenter supra positum est, eundem Clericum non cruento vomitu, sed vera hemoptysi laborasse.

86 Attamen quamvis fingamus, eum hoc ipso stomachi morbo, febre adjecta, implicitum fuisse; necessario tamen fatendum erit, Carolum eundem de Vivis maximo quoque periculo versatum fuisse; Hippocrate sic edicente. = *Qui sanguinem vomunt... si... cum FEBRE malum.* = (7) Cui accedit Hoffmannus, de cruento vomitu hoc

[7] Hippocr. *lib.* 7. *Aph.* 37. & *in Prognost.*

 modo

modo ſcribens. = *Si FEBRIS jungitur, ſi SANGVIS CORRVPTVS, GRAVEOLENS, & NIGER PRODIT.. SVMMVM adeſt PERICVLVM & mortem proximam jam portendit.* = (1) Et ſane rem ipſam ſatis docte Jo: de Gorter hiſce verbis explicat. = *Qui enim SANGVINEM in FEBRE VOMVNT, his ſignum eſt, impetum ferri ad interiora viſcera, quod MALVM eſt, dein conatu vomendi, ex quo nullum fit levamen, & agitatione febrili ſimul fatigatur.* = (2)

87 Quamobrem opinio illa de retento ſtomacho ſanguine, qui caloris febrilis vi & loci abeat in albam cruſtam, per ſe quidem infringitur ex eo, quod ejuſmodi ſanguinem illico corrumpi debere idem laudatus de Gorter apertiſſime docet. (3) Adde quod ſi forte ſanguis in ventriculo effuſus in albam cruſtam *fungum* dictam, aut ingeſtis immixtus in trombum cogeretur: difficile quidem vomitu reddi poſſet; ſed ſua potius duritie, & acrimonia denique, ſtomachum ſemper laceſſeret; aſſidueque ad vomitum ſollicitaret. Ex quo ſane fieret, ut debita quies vaſculis conſolidandis nunquam concederetur. Ex quibus apertis ſanguis magis magiſque extillaret. Cum eodem itaque ſupralaudato auctore concludendum eſt, cruentum vomitum, tam ratione organi, quam accidentium reum, malum eſſe ſolere. Quam ſententiam ſic Ballonius tuetur. = *Sanguis tam venarum, quam arteriarum extra vaſa effuſus, aut foras in aliquam corporis capacitatem, ut aſperas arterias, thoracem, VENTRICVLVM, inteſtina ... ſubito ... CONCRESCIT IN GRVMOS, aut PVTRESCIT; quorum alterutrum quum accidit, GRAVISSIMA ORIVNTVR SYMPTOMATA.* = (4)

88 Ex quibus omnibus nunc conficitur, ut fibræ illæ in nigro, male olente, concretoque ſanguine Religioſi de Vivis inhærentes, non ramenta quidem albæ cruſtæ, *fungi* dictæ, concreta ſtomacho ex retento ſanguine eſſent, quæ per vomitum ejicerentur; ſed veram hæmoptyſin indicarent.

§. XV. ANIMADVERSIONUM.

89 Objicit itidem R. P. Promotor, quod febris, quæ extorrebat, nihil arguat. Negat enim is, eam dici lethalem poſſe. Quippe quæ ſuapte natura diminui deberet, ex eo, quod materia ſtomacho aggeſta per hæmorrhagiam decreſceret,

90 Licet R. P. Promotori daremus, morbum Caroli de Vivis cruentum vomitum vere fuiſſe, non vero hæmoptyſin: tamen concedere illi nunquam poſſumus, quod idem ſanguinis vomitus terrere magis non debeat, ubi febris acceſſit. In hoc enim caſu cruenta vomitio indicare ſolet, Hollerio monitore, (5) gravem inflammationem, vel exeſam venam aliquam, vel ruptam. Quare non ſine experimento, & ratione latinus Celſus hæc denuntiat. = *SANGVINEM quoque in FEBRE VOMVISSE peſtiferum eſt.* = (6) Cujus ſententiæ rationem ſic Ballonius proſequitur. = *Sed cum febris eſt* (in ſanguinis vomitu) *bifariam mala, & ut ſignum, & ut cauſſa: ut ſignum, quia declarat ſubeſſe inflammationem in partibus internis, quæ talis excretionis cauſſa ſit: ut cauſſa, quia dum humores a febre acuuntur, major excretio ſequitur. Nam quæcumque excretiones cum inflammationibus ſunt ac febribus, non ſolum vix curari poſſunt, ſed nec in eadem magnitudine perdurare; majores enim ſiunt, ac maligniores.* = (7)

91 Multo magis vero extimeſcenda erit Clerici de Vivis febris, quam non a cruento quidem vomitu, ſed a vera & *habituali* hæmoptyſi, ut ſupra ſcripſimus, natam eſſe ſatis compertum eſt. Nam cum febris majo-

(1) Hoffman. *ib. loc. ſup. cit. tom. 2. ſect. 1 cap. 3. de vomit. cruent.* §. 15.

(2) Jo. de Gorter *ib. loc. ſupr. cit. lib. 7. Aph. 37.* §. 2.

(3) *Id. ib. loc. nuper cit.*

(4) Ballonius *tom. 2. Conſ. Med. lib. 1. Annot. 1. p. m. 174.*

(5) *In Comm. Aph. Hipp. ſect. 7. Aph. 37.*

(6) Celſus *de Medic. lib. 2. cap. 6. de indic. mort.*

(7) Ballonius *ib. loc. ſupr. cit. Annot. 3. p. m. 175.*

majorem sanguini motum conciliet;major etiam ipsius jactura ut fiat, necesse est; atque adeo ægrotans magis in præceps ruar. Ab ea enim calefacto pulmone, vehementius phthisis excitatur. Quod luculenter satis Mortonus hisce verbis confirmat. = *Omnis putrida febris, licet ea mere ex accidenti catarrho, vel præcepto frigore proveniat, calefaciendo pulmones, Phthisin vehementer promovet*. = (1) Hippocrates autem hæc tandem habet. = *FEBRIRE vero, & tussire pertinaciter, & recentem sanguinem semper spuere, MALVM EST*. = (2) Cui Galenus etiam accedens, omnem excretionem sanguinis è pulmone non salutarem esse affirmat; id est, non curatu facilem, sive sit febris, sive non adsit: Si vero febris urgeat, omnino malum.

(1) Mortonus *l. 2. de Progn. Phthisis Pulmon. orig. cap. 6.*

(2) Hippocr. *in Coac. Prænot. ex Duret lib. 2. c. 16. num. 65.*

92 Igitur, si febris, quæ hæmoptysi & præsertim *habituali* jungitur, periculosa maxime est, neque critica sive salutari sanguinis eruptione unquam solvitur: Sique deinde eadem febris, quæ cruentæ vomitioni accedit, pestifera esse consuevit; Hinc sane patet, quod, utcumque velit R. P. Promotor rem scrutari, undique animo debet comprehendere, lubenterque fateri, febrem illam, quæ Clericum de Vivis extorquebat, pessimi ominis fuisse; cum tam in hæmoptysi, quam in cruento vomitu eam maxime nocere luculentis testimoniis clare demonstratum sit.

§. XVI. ANIMADVERSIONUM.

93 Animadvertendum etiam esse R. P. Promotor deinde proponit, quod si, ut Jori Medicus indicare videtur, ex rupto magno vase sanguifero, aut ex pulmonum substantia, aliquo ulcere læsa, sanguis erupisset; necessario hic rapide per venas circumactus, vel continuo, vel saltem identidem ex occurrentibus hiatibus effluere debuisset. Cum tamen rem aliter se habuisse R.P.Promotor idem affirmet; contendens nimirum, quod sanguinis profusiones non continuarint per totam periodum quarti temporis, quo repetens morbus ægrotum Carolum de Vivis divexavit, usque ad restitutam sanationem; sed eæ ex toto desierint integris horis quadraginta octo, antequam æger sanaretur. Ex quo ille desumit, cruentam ejusmodi rejectionem ad stomachi hæmorrhagiam potius, quam ad hæmoptysin esse referendam.

94 Similis quidem veri prima fronte opinio R. P. Promotoris videtur, propterea quia usuvenire quandoque solet, ut ex rupto magno pectoris vase tanta sanguinis copia prorumpat, sic ut prorsus ægrotans exanimis intereat. Hanc autem sententiam Mortonus experientiam edoctus confirmat. Qui sæpe se animadvertisse testatur, Phthisicos in recrudescente hæmoptysi animam quoque in ipso sanguinis profluvio effudisse. (3) Sic etiam auctor idem se observasse asseverat, quosdam intra paucarum hebdomadum spatium morte præcipiti e vivis sublatos. Quoties nimirum hæmorrhagiæ graves a sanguinis motu ferociter effervescentis in illos ægrotos frequenter repetiere. (4)

(3) Morton. *ibid. loc. supr. cit. lib. 3. cap. 5. p. m. 96.*

(4) *Id ibid loc. super cit.*

95 Verum enim vero ex hoc ipso conficere minime possumus, ut hujusmodi semper ægrotis omnis sanguis ex rupto pulmonis vase, vel continuo, vel saltem identidem debeat profluere. Etenim uti interdum cernimus oculis ex vulneribus, atque ex ruptis externarum corporis partium vasis sanguinis profluvium ex intervallo ferri; sic etiam ex scissis, vel exesis in pulmonis, stomachive substantia venis, aut arteriis fieri idem pariter posse negandum quidem non est. Quamvis enim horum viscerum vasa tunc rupta existant; sanguis tamen subinde,

de, non vero continuo ex ore poteſt erumpere. Nam ſæpe videmus ex rupta circa fauces arteria, aut circa æſophagum, aut ſtomachum minime perpetuam fieri hæmorrhagiam. Quinimmo ex rupto aneuryſmate, aut ex varice ingens ſane, non tamen continuo ſanguinis fluxus interdum promovetur. Conſtat etiam in hæmorrhoidibus, aliiſque corporis partibus ex varicibus ruptis magnam ſanguinis copiam effluxiſſe, ideo tamen continuo, aut identidem ſanguinem totum ad mortem non profluxiſſe, ipſa experientia docet. Quod ſi vero rationem quæramus, cur id factum non ſit; patebit ſane, vaſa ipſa aliquando contrahi ſine dubio poſſe; & ſanguinem extra eadem effuſum, ſtagnando in illius viſceris cavitate, reliquo circumeunti ſanguini obſtare, atque impedire, quominùs nova ipſius unda exire pergat. Hanc porro eandem rationem ſic Ballonius tuetur. = *Si ruptum vas, aut eroſum, qui fit, ut non univerſus ſanguis effluat? præſertim ſi ruptum, non poteſt tanta erumpere copia, & putris & niger, niſi jam ante collectus fuerit, ſed quantum ſenſim ex ſuis vaſis effluit ſanguis fit tamquam OPERCULUM QUODDAM* (Græcis ἐπίπωμα) *quod IMPEDIT QUOMINUS EFFLUAT UNIVERSUS SANGUIS & una cum ſanguine anima. Quod autem ſanguis .... impediat venarum & arteriarum effluvium, & quod eo excreto, aut deterſo aperiantur ora venarum, aut arteriarum denuo, docet Galenus in Comm. ad Aph. Hippocr.27. lib.6.* = (1) Adde quod Boerhaavius ita ſe obſervaſſe teſtatur. = *Oculis meis vidi, & manibus palpavi, pulmonem ad unum latus ita corruptum, ut vix accederet ad magnitudinem pollicis; ibi hæc vaſa ſenſim ſe contrahunt, & contractioni reſiſtunt, & tamen SANGUINEM NON FUNDUNT.* = (2)

(1) Ballon. *ib. loc. ſupr. cit. tom. 3. l. 3. Conſ Medic. Conſ. 91. Annot. 1. p. m. 371.*

(2) Boerhaav. *ib. loc. ſupr. cit. part. 5. Ph: biſis Pulmon. p. m. 145.*

96 Nil mirum igitur R. P. Promotori videri debet, ſi Medicus Jori putaverit, vas magnum in hæmoptyſi Caroli de Vivis ruptum fuiſſe, attamen totum ſanguinem non erupiſſe.

97 Præterea, ignorari non oportet, quod maxime pertimeſcendum erat, ne ex gravi ejuſcemodi vulnere ulcus in pulmone conciperetur: docte enim ſatis, ſciteque ex Boerhaavii doctrina ſic habemus. = *Quomodo a ſanguinis ſputo oriri poſſet ulcus in pulmone; ſcilicet a triplici diverſa cauſſa: & poſt magnam hæmoptoen, idque frequentiſſime; ſi ſcilicet VAS MAGNUM IN PULMONE RUPTUM; ET VULNUS MAGNUM SIT.* = (3)

(3) *Id. ib. loc. nuper cit. §. 1202. p. m. 143.*

98 Ex quibus ſane manifeſtum fit, ut, licet ſanguis ex ore Caroli de Vivis integris quadraginta octo horis ex toto deſiiſſet; uti R. P. Promotor opponit; tamen jure concludendum eſſet, ſiccam Phthiſim Clerico de Vivis certo adfuturam. Ita enim poſt hæmoptoen fieri ſe obſervaſſe Boerhaavius idem affirmat. = *Nam memini me vidiſſe PHTHISIN SICCAM poſt hæmoptoen inſecutam.* = (4) Ægrotum nimirum non amplius ex ore ſanguinem ejeciſſe, neque materiem ullam auctor ſe vidiſſe teſtatur.

(4) *Id ib. loc. cit. p. m. 375.*

99 Ad hæc autem illud quidem accedit, quod poſt ejuſmodi ſanguinis rejectiones, peſſima ſymptomata in eodem Clerico de Vivis permanſerint; Tuſſis nimirum, ſuffocationis periculum, pectoris oppreſſio, ac denique febris; præeuntibus quidem genarum rubore, tuſſi, &c. (5) Quæ ſane phænomena ulcus in ejus ægroti pulmone effici; ac proinde certiſſimam phthiſim mox inſecuturam planiſſime oſtendunt. Ita enim huic ſententiæ quidem optimus Medicus Boerhaavius aſſentitur. = *SPUTO SANGUINIS COERCITO, oritur primo diſpna-*

(5) *Summ. §§. 129. 134. 135. & §. 140.*

dispnaa. Si post hæmoptoen anhelatio, certo sequitur PHTHISIS, *quæ major sensim fit.... si.... GENÆ RUBENT; tussis sicca; febris hectica.... quia caussa penitus & intime in sanguine hæret, oritur; ut quasi in toto corpore causa hæreat.* = (1)

(1) Boerhaav. ib. loc. supr. cit. p. m.143.

100 Ergo concludendum ex his omnibus est, quod necesse non sit, ut ex rupta graviter Bronchiali, aut Pulmonari arteria omnis sanguis profluat; sed evidens potius periculum sit, ne certa Phthisis suboriatur.

101 Quare necessario colligitur, quod licet Clericus de Vivis sanguinem ex ore aliquot horis ante prodigiosam sanationem non ejecerit; opus tamen non fuerit, ut ex rupto ejus pulmonari vase, aut ex ipsius pulmonis substantia vulnere aliquo læsa, continuo aut identidem sanguis proflueret. Ex quibus etiam statuendam omnino est, ejusmodi cruentam rejectionem ex ore illius ad rebellem potius sine dubio, ac pestiferam *habitualem* hæmoptysin, quam ad stomachi hæmorrhagiam referendam esse.

§. XVII. ANIMADVERSIONUM.

102 Deinde R. P. Promotor, constituta morbi natura in stomachi hæmorrhagia, urgere minime cessat, quod ipsa Medicinæ elementaria principia obsistant, quominus morbus hicce pro Miraculi argumento proponatur: Cum sanguinis accretionem in stomacho fieri posse ille supponat; deindeque ex eo sponte per vomitum, non violentum quidem eandem expelli posse; quemadmodum in hoc ipso casu evenisse idem putat: *Salva & integra eorundem partium substantia*: Suffragium ferente Coschwitz in Opere supralaudato.

103 Cum abunde satis a nobis supra firmis, constantibusque rationibus demonstratum sit, ejusmodi morbum, veram & *habitualem* hæmoptysim fuisse; nullo hinc *sane* pacto inferri debet, eam pro certo firmoque Miraculi argumento proponi minime posse. Nam tunc quidem contra tale argumentum Medicinæ principia resistere, & repugnare merito R. P. Promotor objiceret; cum Caroli de Vivis morbum *habitualem*, & lethiferam hæmoptysim non fuisse evidenter ostendisset: Qua sublata, apertissime idem evicisset, ipsum ægrotantem juvenem reipsa stomachi hæmorrhagia per accretionem sanguinis laborasse. Verum cum ille fisus Coschwitz testimonio non recte id sibi persuaserit; lubrico ac instabili etiam sua consecutio fundamento nitatur, necesse est.

104 Nollem autem, facile adducatur R. P. Promotor, ut credat, ventriculi hæmorrhagias, per sanguinis etiam accretiones excitatas, uti laudatus Coschwitz indicat, tanti non esse, ut parvi ex faciendæ sint. Illarum enim periculum plurimum esse pertimescendum auctores Medici, iique clarissimi proponunt. Etenim stomachi hæmorrhagiæ periculosæ reputandæ sunt, propterea, quia sæpissime solent repetere. Unde per frequentem hujusmodi sanguinis effusionem debilitas, seu atonia, ut ajunt, partibus inducitur. Ex qua fit, ut hæ minus dein sanguinis copiæ validius affluenti resistant; ac sæpius ipsæ hæmorrhagiæ repetant. Ita enim fieri docet Hoffmannus, edisserens de ventriculi hæmorrhagiis, quæ repetere solent. = *Nam quia per effusionem partibus inducitur debilitas, minus postea resistere possunt sanguini copiosius, & validius affluenti; sed is pristinas servat vias; subsistit ibi, tandemque etiam erumpit.* = (1)

(2) Hoffman. ib. loc. supr. cit. tom. 2. c. 3. §. 14. p. m. 214.

105 Præter hæc gravius certe morbi periculum Carolo de Vivis fuisset, si stomachi hæmorrhagia vere is esset afflictus. Ea enim ex earum numero atque natura minime quidem fuisset, quas laudatus Coschwitz

witz proponit; nimirum absque ulla partium læsione; nullo sanguinis malo odore accedente; nullaque in primis comitante febre, quæ pestiferam sanguinis vomitionem certe denuntiat; Optimis id ipsum praxeos medicæ auctoribus affirmantibus; Quos inter, præter A.C. Celsum, (1) & Hippocratem, (2) sic refert Hartmannus = *Vomitus sanguinis cum febre lethalis.*=(3)Cui etiam ita Vidius Vidi suffragatur. = *Timendus est vomitus sanguinis, præsertim qui nullam caussam externam sit consecutus, & febrem assiduam habeat adjunctam; tabem enim facillime inducit, vel puris excretionem per superiora, quæ cito ad interitum terminatur.* = (4)

(1)Cels. *de Medic. lib.* 2. *cap.* 6.
(2) Hippocr. *sect.* 7. *Aph.* 37.
(3) Hartman. *Philon. Pharm. cap.* 6. *p.* 229.
(4) *Vid. de vomit. p.* 541.

106 Quare cum ipsa febris sine ulla dubitatione mali morbi testimonium esset, quæ in hujusmodi sanguinea vomitione aderat; hinc apertum, manifestumque fit, ut non bene R. P. Promotor ponere velit ex auctoritate Coschwitz, quæ ad rem nostram non facit, nos securos esse debere de cruenta hac vomitione; præsertim cum maxime periculum timendum esset ob febrem, quæ concitata in Carolo de Vivis æque continuabat.

107 Ex his itaque facile colligi potest, ejusmodi sanguinis profusiones non ex stomacho ejusdem Clerici erupisse; sed pestiferam, & *habitualem* hæmoptysin ostendisse. Quam proinde pro genuino, dignoque Miraculi argumento habendam esse, firmæ omnes Medicinæ observationes, nedum hujus elementaria principia apertissime evincunt.

§. XVIII. ANIMADVERSIONUM.

108 Hisce nondum contentus R. P. Promotor sententiam suam tanquam certam tueri minime cessat; Opponens nimirum quod, etiamsi exempla non desint eorum, qui ex violento sanguinis vomitu interierunt; alia tamen e contrario istiusmodi exempla suppetant, quibus ex cruenta vomitione non interitus; sed salus derivata fuerit; Teste in primis Hoffmanno de vomitu cruento epidemice Matrisburgi grassante anno 1736.; ex quo habetur, quod licet cruorem brunonigricantem ad aliquot mensuras fœminæ, æque ac viri eructarent; vita tamen iis superstes fuerit: Atque id ipsum eodem auctore alibi affirmante.

109 Quamquam istiusmodi objecta longe a proposito nostro aberrare, nemo prima fronte non videat; cum satis supra a nobis demonstratum sit, morbum Caroli de Vivis non cruentam vomitionem, uti R. P. Promotor facile sibi persuadere videtur; sed veram hæmoptysin fuisse; tamen nisi recta divisione in hac opposita argumentatione utamur, quo tutius ei reponere possimus, veritas sine dubio haudquaquam elucescet. Etenim inficias nemo ire potest, complures ex cruenta vomitione sanitati fuisse restitutos, quibus tamen nulla unquam febris accessit; Quemadmodum Hoffmannus ipse a R. P. Promotore in hanc rem testis adhibitus planissime testificatur. Nunquam enim comprehendimus auctorem hunc in istiusmodi vomitu salutari de febre, aut de pravis ullis symptomatis memorare. Quin immo in illa ipsa Epidemica Constitutione nullam omnino febrem, nullumque periculosum phœnomenon idem unquam indicat: Verum ille quidem addit, quod sanguis copiose ægrotantibus præter virium debilitatem profluxerit.

110 At e contrario omnibus plane fatendum est, vel mediocre sanguinis profluvium, non solum afferre periculum, sed etiam mortiferum quidem esse, si febris accesserit: Sicuti laudatus Hoffmannus eadem pagi-

pagina aversa hisce verbis prosequitur. = *Contra vero si FEBRIS jungatur, & SANGVIS CORRUPTUS, GRAVEOLENS, ET NIGER prodeat, summum adest periculum, & mortem proximam jam portendit.* = (1)

[1] Hoffman. *ib. loc. supr. cit.*

111 Ex quibus sane manifestum fit, ut sanguinis vomitus nullo periculoso symptomate stipatus, confundendus non sit cum eo, cui pessima phænomena, & præsertim febris, accedant. Hic enim & pro symptomatico per se habendus, &, ut verbo dicam, majus periculum ab eo, tanquam pestifero, extimescendum est. Qua sane divisione opportune legimus, Hippocratem usum fuisse; dum sic scriptum reliquit. = *Quicumque evomunt sanguinem, si sine febre quidem, salutare; si vero cum febre, malum.* = (2) Hujus autem sententiæ explanationem, de periculo nempe, quod febris in istiusmodi casu indicare solet, ita Lucas Tozzius adhibet. = *Quia cum febre junctus* [sanguinis vomitus] *vitium in sanguine arguit, qui falsa acritate venas, aut arterias erodit, & sibi exitum facit Cumque non tam facile sit vitium hujusmodi a sanguine delere, atque erosa vasa conglutinare, propterea malus omni ex parte existimandus est, attenta præsertim ventriculi structura membranacea, qua erosa difficillime resarcitur.* = (3)

[2] Hippoc. *sect.7. Aph.37.*

[3] Lucas Tozz. *in Aphor. sup. cit.*

112 Plane igitur per se constat, eorum exempla, quibus sanguinis vomitus satis ad valetudinem profuit, longe differre a rejectionibus sanguinis, quem ultimis præsertim morbi diebus per os Carolus de Vivis edebat. Quippe cum apud neminem adhuc inter tot bonos Medicinæ scriptores ediscere possimus, sanguinis vomitum, utilem interdum ei fuisse, cui febris, aliaque pessima signa accesserint; quibus non obscure cognitum est, ipsum Clericum de Vivis conflictatum fuisse.

113 Corruit ergo R. P. Fidei Promotoris argumentatio de cruento vomitu, quem per istiusmodi crisim sanari potuisse is opposuit; Cum abunde supra a nobis ostensum sit, ipsius Clerici de Vivis morbum, *habitualem*, ac proinde immedicabilem hæmoptysin fuisse. Quare ad alias R. P. Promotoris argumenta descendamus.

§. XIX.
ANIMADVERSIONUM.

114 Jam vero R. P. Promotor antevertendum existimat, ne aut ad *Phthisim*, aut ad *Sphacelum* morbus hicce a Postulatoribus referatur; ex eo quod Medicus Jori Religiosum de Vivis illa laborare minime testetur; sed potius is veritus quidem sit, ne in hoc ultimo tempore morbus in ipsam Phthisim sese converteret. De altero vero morbo Medicus idem sileat; Quarto tantummodo Teste illud referente, quod ab Jorio acceperat. Id est. = *Pronunciò con me, e con altri Padri, che questo era un sfacelo irreparabile, e peggiore dell' Infermità dell' altro Chierico Ignazio Guardati, ultimo morto precedentemente con l'istesso male.* = *Summ. pag.*31. *§.*172.

115 Ad hujusmodi objecta rite diluenda, CLEMENS OPTIME PONTIFEX, examinandum hic jam est, an rationi congruus Medici Jori metus de Phthisi esset, ad quam sane proclivem hæmoptoicum juvenem Carolum de Vivis hoc ultimo tempore utique lapsurum ille prænoscebat: an ne firma, inquam, constantique ratione illud ei verendum sane esset; sic ut ille de ægrotantis salute desperans, huic domicilium, ne contagione reliqui inficerentur, mutandum esse, jubere cogeretur. (4)

(4) *Summ.* §§. 129. 130. & §. 131.

116 Eadem sane contumacia symptomata, quibus in hoc ultimo morbi

 sta-

stadio Clericus de Vivis vexabatur, semper permansisse, hisce verbis Medicus curæ affirmat. = *Dopo la sudetta visita delli 9. d' Agosto, avendo io continuato a visitare il sudetto infermo mattina e sera, fino alli 11. di detto mese, mai ritrovai il detto Chierico de Vivis in stato di qualche meglioria, o in qualche diminuzione de' Sintomi . . . . e LI SINTOMI ERAN SEMPRE L'ISTESSI.* = (1) Spirandi nimirum difficultas, quæ magis, magisque augescebat; genarum rubor, tussis, febris, virium debilitas, pulsatio pectoris, & denique oppressio, notæ erant, quibus post sanguinis eruptiones Clericus de Vivis maxime premebatur: sicuti a locupletissimis Testibus luculenter habetur; & præsertim ab ipso Medico, qui hoc modo se observasse narrat. = *Ma ben lo ritrovai deteriorato la mattina per li segni del sangue in gran copia buttato per bocca . . . . indebbolito di forze, con febre . . . . accenzione di gote, affanno, e difficoltà maggiore di respiro, come anche con maggior pulsazione di petto &c.* = (2) Neque secus idem alibi refert. (3)

(1) *Summ.* §. 134. & 135.

(2) *Summ.* §. 129.
(3) *Summ.* §. 126.

117 Cum hæc itaque phœnomena Clerico de Vivis post expulsiones sanguinis ex ore superessent; necessario conficitur, ut non sine constanti, firmaque ratione Medicus Jori deberet extimescere, ne illiusmodi morbus in pestiferam, fatalemque phthisim abiret. Ita enim sub auctore, celeberrimo omnium Medicinæ Professorum, Boerhaavio istud quidem constanter eventurum, affirmandum omnino est. Nam ejus verba hæc sunt. = *Si vero ob magnitudinem mali . . . post SPUTUM SANGUINIS oritur DYSPNÆA ASSIDUO INCRESCENS, CALOR, RUBORQUE GENARUM, TUSSICULA sicca, FEBRICULA hectica, . . . DEBILITAS, GRAVITATIS IN THORACE SENSUS, signat vulnus hæmoptoes, jam collectam circa labia sua, & sub crusta arefacti cruoris, materiem mutare in pus; collectionem abire in vomicam tectam, qua rupta, in ulcus pulmonum apertum.* = (4)

(4) Boerhaav. *in Aph. de Cogn. & Cur. Morb.* §. 1202.

118 Quare cum ex tanti viri auctoritate clare pateat, morbosa omnia Clerici de Vivis symptomata apte cohærere iis notis, quæ tum fideliter evenire animadvertuntur; quando eruptio sanguinis per os in veram, mortiferamque Phthisin desinere solet: hinc necessario concludendum est, jure illiusmodi morbum a Postulatoribus ad inevitabilem Phthisim referri posse; Non aliter, ac prudens, sciensque Medicus Jori eam expavit, & edixit. (5) Etenim inter cetera signa super adducta, major quidem illa tantummodo angustia, seu difficultas spirandi, quæ Carolo de Vivis post sanguinis eruptiones hac ultima periodo superrat, certissimum quidem signum erat. Phthisis mox sine dubio sequuturæ. Sic eodem Boerhaavio testante. = *Si post hæmoptoen ANHELATIO; certo sequitur PHTHISIS, quæ major sensim fit.* = (6)

(5) *Summ.* §. 172.

(6) Boerhaav. *Prax. Med. par. 5. Phthis. Pulmon. p. m. 143.*
(7) Morton. *ib. loc. supr. cit. lib. 3. de Phthis. ab hæmop. ort. cap. 5.*

119 Ad hæc insuper accedit, quod cum istiusmodi morbus *habitualis* hæmoptysis esset, cui febris sese adjunxerat; quæque necessario in fatalem Phthisim abire debebat, teste Mortono; (7) hinc nullus sane dubitationi locus relinquitur, quin jure meritoque morbus ejusmodi ad veram, incipientem & lethalem Phthisim a Postulatoribus referri possit.

120 Quod vero nec *Sphacelo* quidem morbus ab iisdem Postulatoribus in hoc ultimo tempore adjudicandus sit; Istud quidem perpendendum quoque est. Nam certissimum omnino est, *habitualem* hanc hæmoptysin

ptysin in fatalem phthisim necessario saltem abituram. (1) Quare certum etiam, ratumque est, ejusmodi Phthisin ab hæmoptoe ortam, alias tardam & chronicam; alias vero acutam, & velocem, immo peracutam quoque esse posse; prout magis minusve humores in putredinem propendent. (2) Igitur si Clerici de Vivis sanguis niger, corruptus, ac pessime olens, (3) certum indicium totius massæ sanguineæ in ejus corpore putrefactæ omnino præbebant; Uti revera Medicus Jori hisce verbis testatur. = PERCHE ERA INFETTA TUTTA L' INTERA MASSA DEL SANGUE. = [4] Sique illius pulmones jamdiu erant vitiati: (5) Ac denique si pessima signa in hac ultima morbi periodo non solum perseverabant, sed etiam magis atque magis urgebant: [6] Jure, meritoque Medicus curæ, non dissimile exemplum edoctus emortui paulo ante Clerici Ægnatii Guardati, præter alterum; [7] prudens, sciensque edicere non dubitavit, ejusdem Caroli de Vivis morbum in lethalem quoque Sphacelum fuisse abiturum. Quod ipsum periculum Mortonus auctor se observasse hisce verbis describit. = *Ita alios morte præcipiti intra paucarum hebdomadum spatium e vivis sublatos observavi; quoties scilicet hæmorrhagiæ graves a sanguinis ferociter effervescentis motu in ægrum frequenter reverterunt.... atque inde* PUTREFACTIONEM CITAM *subierunt*. = [8]

(1) *Id. ib. loc. nup. cit.*
(2) *Id. ib. loc. nup. cit.*
(3) *Sum.* §§. 122. 129. & §. 174.
[4] *Sum.* §. 127. & §. 155.
(5) *Id. ib. loc. nup. cit.*
[6] *Sum.* §§. 129. 135. 140. & §. 177.
[7] *Sum.* §§. 172. 35. 71. & §. 188.
[8] Mort. *ibid. loc. supp. cit. pag.* 96.

121 Potiori itaque jure Postulatores ad *Sphacelum* hanc *habitualem* hæmopthysin referre possent. Præsertim cum febris Carolo de Vivis accesserit; Quæ ejus sanguinem contaminare maxime debuerat; ac proinde in *Sphacelatam* materiam convertere; & in illius denique pulmonibus *Sphacelum* excitare. Ita enim fieri Jo. de Gorter non docet. = *Si febris validior; ita corrumpit sanguinem, ut ex lentore confecto convertatur in* MATERIEM SPHACELATAM. = [9]

(9) *De* Gorter *Medic. Hippocr. lib.* 4. *Aph.* 21. §. 3.

§. XX.

ANIMADVERSIONUM.

122 Obiectare tamen R. P. Promotor non cessat, omnem hujus morbi decursum, quo Carolus de Vivis premebatur, longe a relato *Sphacelo* distare. Quod ut facilius ille demonstrare possit, operæ pretium esse putat, si ejusdem *Sphaceli* definitionem in medium afferat; quam a Sennerto, Hieronymo Fabricio ab Aquapendente, Paulo Ægineta, Castellio, & in primis a Pontifice Opt. Max. felic. recordationis Benedicto XIV. unanimi ore traditam esse affirmat.

123 Quamvis nullo modo contendere possumus contra R. P. Promotoris sententiam morbi hujus decursum, *Sphacelum* fuisse; propterea quia satis superque demonstratum a nobis est, eum *habitualem*, ac proinde insanabilem hæmoptysin fuisse: tamen fateri nobis ille omnino debet, eundem morbum Caroli de Vivis facile in pulmonis corruptionem, vel *Sphacelum* ipsum fuisse abiturum. Quemadmodum Jori Medicus prudenter satis prædicere non dubitavit. [10] Certum enim ratumque est, ex firma Mortoni experientia, fatalem istam hæmoptysim in mortiferam phthisim sese fore conversuram, (11) tum ob ægrotantis totius sanguinis corruptionem; tum ob symptomatum gravitatem; quæ in hoc ultimo morbi tempore augescebant: [12] Deinceps vero medicæ observationes non indubie etiam evincunt, eandem mox in totalem illius fædi sanguinis corruptelam, pulmonisque mortificationem sese facile conjecturam fuisse. Sic enim evenire in desperatis phthisicis Benedictus Bennet observavit; [13] & in eorundem cadaveribus pulmones in amur-

[10] *Sum.* §. 172.
[11] Morton. *ibid. loc. supr. cit.*
(12) *Sum.* §§. 129. 140. & §. 177.
[13] Bennet. *Tabidor. Theatr. p. m.* 68.

cam fordefcentem converfos infpexit? Quod quidem certiffimum effe mortificationis indicium Van-Swieten luculenter proponit. [1]

[1] Svviet. *ib. loc. fupr. cit. tom.* I. §.432.*p.m*.264.

124 Veromenimvero multo magis evidens periculum illud Carolo de Vivis eventurum in hac ultima periodo fuiffe illis; ipfa magna febris, genarum rubor, & difficilior in dies fpiritus aperte declarant. [2] Nam hæ quidem notæ demonftrant, magnam in illo tunc adfuiffe inflammationem. [3] Quam jure meritoque ob corruptos jam illius humores, vitiofofque pulmones facile curæ Medicus in *Sphacelum* fore abituram prædicere debuerat. Ita doctiffimo Boerhaavio fieri præmonente. = *Tandem fi bronchialis arteria, vel et pulmonalis vehementiffima inflammatione corripitur a caufa interna, vel externa, brevi nafcitur Gangræna, & inde cito SPHACELUS ob copiam, motumque cruoris, & motum affiduum vifceris tenuiffimi*. = [4]

[2] *Samm*. §.126.

(3) Boerhaav. *Ib. loc. fup. cit Peripneum. ver*. §.826.

(4) *Id. ibid. loc. nuṗè cit*. §.844.

125 Quare ex his concludendum eft, quod iftiufmodi Caroli de Vivis *habitualis* hæmoptyfis, quæ aliter in fatalem phthifim fefe conjicere neceffario debebat; facile in mortiferum *Sphacelum* terminare potuiffet. Nimirum *in eam affectionem, qua jam in tota parte omnem vitalem actionem perfecta morte deftruit, fuperftite vita in reliquis*. = [5] Quæ definitio nihil ab ea diffidet, quam R. P. Promotor ex fupralaudatis auctoribus traditam propofuit. Conficiendum proinde eft quoque, ut non fine ratione Medicus Jori adftantibus, & præfertim fupralaudato tefti eundem *Sphacelum* ægrotanti de Vivis adfuturum fuiffe prædiceret, ex eo quod & fæda hujus humorum indoles prædifpofita effet; & nova fanguinis effervefcentia in ejufdem pulmones vehementem inflammationem excitaffet: præfertim cum idem alteri Clerico eodem morbo laboranti paulo ante evenifse ille obfervaffet. [6]

(5) *Id. ib. loc. cit*. §. 419.

(6) *Samm*. §.170.

§. XXI.
ANIMADVERSIONUM.

126 Opponere adhuc R. P. Promotor perftat, quod parva fanguinis quantitas a fanato ejecta in hac ultima periodo, morbi gravitati adverfetur. Quamvis enim, ait idem, omnes fanguinis excretiones ad trium librarum pondus afcendiffe concedatur; tamen hæmoorrhagiam adeo tenuem in juvene præfertim viginti annos nato, & libras XXIV. fanguinis ad minus habente, lethalem exiftimandam non effe ille opinatur; fed ejus fanationem viribus potius naturæ, quam Miraculo adfcribendam effe idem fibi perfuadet.

127 Etfi R. P Promotori demus, fanguinem ex ore Caroli de Vivis ejectum ad trium tantummodo librarum pondus in hac ultima morbi periodo afcendiffe; tamen negandum non eft, hujufmodi quantitatem ex pulmone rejectam, fatis fuperque fuiffe, ut illius fanatio Miraculo adfcribatur. Nam cum fatis fupra oftenfum fit, illiufmodi fanguinis quantitatem ex ejufdem Carolide Vivis pulmone rejectam fuiffe; idque non ob ipfius fanguinis copiam eveniffe; fed ob ejus tantummodo acrimoniam fanguifera pulmonum vafa corrodentem; atque adeo ob illius vifceris labem, quam *habitualis* hæmoptyfis a malo corporis habitu nata illi contraxerat: hinc fane fit, ut jure affirmari poffit, parvam ejufmodi rejecti fanguinis ex pulmone quantitatem nihil fefe morbi gravitati opponere. Cum enim pulmonalia vafa a fanguine rumpantur; & multo magis cum hujus acrimonia exedantur; difficile poftea fanari poffunt; eoque difficilius, quod non ita facile tuffis fanguinem totum intra pulmonis cavitates ftagnan-

ſtagnantem per bronchia & aſperam arteriam extundere poſſit; Quare is interim in ejuſdem veſiculis retentus, magis magiſque vitioſam indolem acquirendo, tandem putreſcat neceſſe eſt. Sic enim fieri opportune Hoffmannus hiſce verbis ſcriptum reliquit. = *Vas in pulmone ruptum, vel ſauciatum ſangniferum difficulter admodum coaleſcere, & conſolidari poteſt: accedit, quod extravaſatus in pulmone ſanguis non facile penitus per bronchia, & aſperam arteriam evehitur, ſed in veſiculoſa ſubſtantia reſtagnans PUTRESCIT*. = (1)

[1] Hoffman. *ibid. loc. ſup. cit. lib. 1. cap. 2. de ſang. flux. ex Pulm. p. m. 18.*

128 Præter hæc, illud ſilentio prætereundum non eſt, quod certum omnino ſit, majus afferre periculum ſanguinis rejectiones, licet parciores, vel pedetentim factas; quæ nimirum ab ejuſdem alienatione a ſtatu ſano, & ab eroſione oriuntur; quam quæ ex redundantia, ac tenſione originem trahunt. Sanguinis enim fluxus periodicus, licet copioſior, manifeſto indicat, eundem exire per *anaſtomoſin*, id eſt, per os venæ alicujus patefactum. Contra vero ſi pedetentim & parciori quantitate is effluat; ex parte aliqua exeſa, quam *Diabroſim* nominant, eumdem erumpere authores medici ferunt: [2] Idque graviſſime nocere affirmant. Quare præpoſitæ ſententiæ huic ita Bennet ſubſcribit. = *Extravaſatio ſanguinis ex redundantia, & tenſione facilius curatur, quam illa, quæ ex ejus ALIENATIONE, ET EROSIONE ortum duxerit*. = (3)

[2] Celſus *de Medic. lib. 4. cap. 4. §. De ſang. ſput.* & Criſtoph. Bennet. *Theatr. Tabid p. m. 108.*

[3] Bennet. *ib. loc. sup. cit.*

129 Igitur accomodatius R. P. Promotor feciſſet, ſi minus quantitatem ejecti ſanguinis ex ore Caroli de Vivis expendiſſet; magiſque ad pravam ejus qualitatem, vitioſumque pulmonem, ex quo cruor ille rejectus fuerat, reſpectum habuiſſet. In ipſo enim ſanguis ſtagnans non ſolum texturam illius deſtruat, neceſſe eſt; ſed etiam mox ibi is putreſcens ad eundem pulmonem rodendum aptiſſimus evadit. Sic enim fieri ſupra laudatus auctor nos docet. = *Ipſius denique cruoris pars ſalina, imo inſipida, pituitæ nomine communi celebrata, e vaſculis ſecreta, immoratione in parte facta, non ſolum partis, in qua hoſpitatur, tenorem, & COMPAGEM DISSOLVIT; ſed putredinem exinde acquirendo, EROSIONIS redditur accommodatum inſtrumentum*. = (4)

[4] *Id ibid. loc. sup. cit. p. m. 100.*

130 Solide igitur ac efficaciter R. P. Promotoris fundamentum labefactatur, in quo ipſe tantum roboris ponit, nimirum de ſanguinis quantitate ad trium tantummodo librarum pondus ab ægroto Carolo de Vivis ex ore ejecta. Fruſtraque proinde ille nititur oſtendere, hanc hæmoptyſin, tanquam tenuem hæmorrhagiam lethiferam non fuiſſe. Ballonius enim ſic apertiſſime ſcribit. = *Magnas excretiones ſanguinis e pulmone minus eſſe periculoſas, quam PARVAS*. = (5)

[5] Ballon. *tom. 3. lib. 3. conſil. 97. de Tuſſ. moleſt. ex ſput. cruent. Annot. 2. p. m. 379.*

131 Neque vero officit, quod eadem cruenta rejectio juveni præſertim viginti annos nato, & ad minus XXIV. ſanguinis libras habenti contigerit. Quamvis enim ultro illi concedamus, non ſolum viginti quatuor ſanguinis libras in corpore humano ponderis 160. librarum, ineſſe; ſed ad minimum centum ejuſdem ſanguinis libras cum doctiſſimo Keilio (6) in eodem contineri affirmemus; tamen colligi nequit, ſanguinis eruptionem ex ore Caroli de Vivis, utpote juvenis, minime periculoſam fuiſſe; Cum ſic ad rem Hoffmannus præter ceteros doceat. = *In Juvenibus cruor exitum ſuum per pulmonum vaſa magis molitur, unde hæmoptyſis, & inde orta phthiſis huic ætati familiariſſima. Quemadmodum id etiam jam olim recte notatum fuit ab Hippocrate*. = (7)

[6] Jacob. Keil. *Tentam. Medic. Phyſ. de Sanguin. quant. p. m. 28.*

[7] Hoffman. *ib. loc. cit. tom. 2. ſect. 1. Prolegom. de Hæmorrhag. in gen. §. 3.* & Hippocr. *ſect. 3. Aph. 27. 29. 30.*

Mirari

132 Mirari itaque R. P. Promotor desinat, si morbi hujus sanationem non viribus naturæ, sed evidenti Miraculo tribuendam esse censeamus; sic ut jure meritoque Altarium honores Ven. FRANCISCO CARACCIOLI decernantur. Ejusmodi enim *habitualis* & lethifera hæmoptysis, cui se febris adjunxerat, nunquam sane per crisim sanari poterat. Sicuti docte, sciteque a Gerardo Wansvvieten hisce monetur. = *Illa ergo quæ per has vias* [nimirum per urinæ emissaria, & per pulmones] *fiunt hæmorrhagiæ, nunquam CRITICÆ sunt, nec naturæ morbum superantis robore fiunt, sed a morbi impetu validissimo, & aucta humorum acrimonia, pendent*. = (1)

[1] Wan-Svviet. *ib. loc. supr. cit. tom.2.pag.m.*69.

133 Quare cum de improviso Clericus de Vivis ab ejusmodi *habituali* hæmoptysi sanus integerque evaserit; nihil est, cur ejus sanatio genuino Miraculo ab Omnipotente Deo, Ven. FRANCISCI CARACCIOLI intercessione, patrato, summo jure non adjiciatur. Sed ad cetera properandum.

§. XXII. ANIMADVERSIONUM.

134 Medicarum observationum exemplis R. P. Promotor rem comprobare nititur. Is enim refert ex Bartholino, Spleneticum per vomitum XVI. sanguinis libras excrevisse. Addit vero, Waldxmit immoderatam narium hæmorrhagiam se curasse testetur. Deinde, quod Nicolaus Tulpius se octies Puerperæ venam secuisse affirmet, cum insuper ingens alvi profluvium ei superveniret, superstite vita; Tum quod Zacutus lusitanus se mulierem curasse narret, quæ intra septem dies XXX. sanguinis libras emiserat. Quodque demum lex a Gotlano ex auctorum sententia sit sancita, ne pessima sanguinis ejectio existimari queat, nisi quæ ad VIII. = saltem libras ascendat.

135 Nemo est, qui non videat, hujusmodi exempla, pace dixerim R. P. Promotoris, quæ de gravibus hæmorrhagiis a Bartholino, ceterisque supra laudatis auctoribus relatis, ipse in medium affert, nullo modo ad rem nostram esse. Nullus enim ex iisdem auctoribus historiam de cruentis ex pulmone rejectionibus enarrat. In exemplo enim a R.P.Promotore ex Bartholino in medium allato de Splenetico, nihil de rejectatione sanguinis ex pulmone agitur; sed potius de sanguinis vomitione ad sexdecim librarum pondus. Quemadmodum etiam illud ex Waldxmit non ex pulmone quidem, sed ex naribus copiosum sanguinis fluxum refert. Nec vero ad rem nostram est illa Nicolai Tulpii observatio, in qua ne verbum quidem ullum de sanguinis rejectione ex eodem pulmone, aut ex alia via habetur; sed tantummodo agitur de puerpera, cui virium integritas ea fuit, ut præter sanguinem, ob acerbissimum lateris dolorem, octies emissum, ingens quoque alvi profluvium illa insuper sustinuerit. Quare nullum exemplum ex his Miraculum istud evertere valet; utpote cum nulla sanguinis ex pulmone eruptio in iis reperiatur.

136 Quod si vero R. P. Promotor ejusmodi exempla nobis proposuit, ut graves hæmorrhagias, uti illa Zacuti lusitani est, minime periculosas indicaret, Gotlani etiam sententiam objiciendo. Primum quidem reponimus, quod ejusmodi hæmorrhagiæ nihil miræ nobis, neque penitus mortiferæ videantur Sexcenta enim a nobis exempla de illiusmodi copiosissimis hæmorrhagiis addi possent: sed illud unum instar omnium sit, quod palam in Actis Eruditorum Lipsiæ memoriæ traditum est. = *Juvenis annos circiter* XXV. *natus, gracilis habitu, natura biliosus, post varios animi motus in eam incidit Hæmorrhagiam, ut tametsi fluxus per aliquot horas subinde inducias haberet, de-*

cem

rem dierum decursu QUINQUE SUPRA SEPTUAGINTA sanguinis pondo e naribus emiserit. Circa finem decimi diei totum ægroti corpus nigris conspersum maculis apparuit, eodemque tempore pulsus omnino desiisse visus est. Nibilominus adhibitis convenientibus remediis, tandem sanguinis fluxus quievit, atque ex eo tempore, firma valetudine, vegetisque viribus homo fruitur, vivitque ab omni corporis ægritudine immunis, cum antea bis terve quotannis morbo aliquo affligi consuevisset. = [1]

(1) *Act. Erudit. Lips. Ann.* 1698.

137 E contrario autem maximus nobis metus est, si de hæmoptysi vera & præsertim *habituali* res agatur. Quemadmodum sane Carolo de Vivis fuisse, satis abunde constat. In qua nimirum non sanguinis quantitas, sed qualitas potius considerari debet. Parva enim acris sanguinis ramenta per os ex pulmonaribus vasis extrusa ejusdem pulmonis substantiam destruere satis superque valent; atque adeo possunt sine dubio lethalem phthisim excitare; quemadmodum constans experientia testatur. Quare Ballonius de sanguinis sputo edisserens ita scribit. = *Larga excretio* [sanguinis per os] *melior est, quam PARVA ex doctrina Hippocratis.* = (2) Neque vero Christophorus Bennet aliter sentit, qui dum phoenomena enarrat Phthiseos occulte increscentis post sanguinis ramenta cum sputo per tussim expulsa, hoc modo inquit. = *Tabis Phthisica cujuslibet originis altius radices agentis .... utplurimum eludentis signa commemorantur. Tussis acriter premens, per cujus impetum primo SPUTUM LINEATIM SANGUINE PERMIXTUM &c.* = (3)

[2] Ballon. *ib. loc. sup. cit. tom.* 3. *lib.* 3. *Cons.* 91. *p. m.* 371.

[3] Bennet. *ib. loc. supr. cit. p. m.* 106.

138 Ergo non sine ratione ex hac tam parva sanguinis quantitate ex pulmone erumpente fœdam Phthisim oriri pro certo quisque potest affirmare. Etenim vel minima sanguinis portio in eodem pulmone stagnans, necessario deinde putrescens, ipsam Phthisim promoveat necesse est. Quemadmodum a laudato nuper auctore hisce apertissime monemur. = *Si peractis sanguineis excreationibus pulmo minus sensilis, aut pectoralia torpida sanguinis reliquias per anacatarsin non apprime repugnaverint; retenti sanguinis, & ipsius pulmonis continentis computrescentia suborta phthisin subsecuturam ominatur.* = [4]

(4) *Id. ib. loc. sup. cit. p. m.* 109.

139 Ex his omnibus igitur apertissime conficitur, ut omnia illiusmodi exempla de copiosis hæmorrhagiis frustra a R. P. Promotore in medium allata sint. Præsertim cum nullum ex iis, *habitualem* hæmoptysim, uti hæc Caroli de Vivis erat, sanabilem fuisse, demonstraverit.

§. XXIII. ANIMADVERSIONUM.

140 Sacræ Congregationis Praxim R. P. Promotor ob oculos ponere aggreditur; Qua demonstrat, diuturnas tantummodo, & prætermodum copiosas hæmorrhagias Miraculo accenseri consuevisse. Atque ad id magis ille evincendum, bina exempla ab eadem promit. Quorum alterum; [quod *Approbationis* Miraculi vocant] Illud est, quod in Caussa B. Johannis de Prado habetur, de Sacerdote nimirum ætate provecta, a quo cum magna sanguinis copia per octo dies continuos quolibet horæ quadrante excreta fuisset; repentinam idcirco istiusmodi hæmorrhagiæ sanationem, Sacra Congregatio, Medicis Emanuele Lopez, & Joannæ Mar: Lancisio suffragantibus in Miraculorum album referre non dubitavit. Quare ille contendit, longe ab ista Caroli de Vivis sanguinis rejectione distare.

141 Ne-

141 Negandum sane non est, sapienter a Sacra Congregatione legem sancitam esse, ne hæmorrhagiæ sanatio pro Miraculo unquam habeatur, nisi diuturnus & maxime copiosus sit sanguinis fluxus. Ob quam legem etiam jure factum esse fatemur, ut in Miraculorum album adscriberetur sanatio illa copiosissimi sanguinis fluxus, Beato Johanne de Prado intercedente, de repente patrata; quam R. P. Promotor pro re quidem nobis proposuit. Copiosæ enim & contumaces ejusmodi hæmorrhagiæ ægrotum e medio tollant, necesse est, tum ob defectionem vitalis humoris, a quo cordis, & arteriarum motus pendet; tum ob valde imminutas secretiones animalium spirituum ab ipso sanguine in cerebro; ex quorum influxu, per nervos cardiacos ad cor ipsum, vita sustinetur, atque continuatur.

142 Verum non sine certa quoque ratione nobis affirmandum est, quod ejusmodi exemplum a R.P. Promotore propositum, ne minimum quidem prodigiosam Caroli de Vivis sanationem oppugnet; quippe quod longe diversum morbi genus ab ejusdem de Vivis *habituali* hæmoptysi referat. Hæc enim ob sanguinis potius acrimoniam, pulmonem, adeo vitæ necessarium viscus, rodentem, fatalis evadit; quam ob summam, diuturnamque sanguinis jacturam, quemadmodum in allato supra exemplo Medicus Emanuel Lopez, & eruditissimus Jo: Mari Lancisius Sacerdoti illi mortiferam hæmorrhagiam futuram fuisse jure, meritoque decrevere.

143 Præter hæc autem, illud inter celebres salutaris disciplinæ auctores convenit, quod periculosa semper hæmoptysis per se fit: periculosissima vero, si acris sanguinis constitutio accesserit; licet parva ejus quantitas ex pulmone extundatur: pro deplorata denique eadem habenda, si *habitualis* sit; sicuti hæc Caroli de Vivis erat. Quare non inconcinne Aretæus hoc modo scripsit. = *Sanguinis . . . rejectionem, vel a principe viscere, vel a venis majoribus, valde lethalem esse: at a PULMONE . . . . tandem desinere in . . veram PHTHISIM.* = [1]

(1) Aretæus lib. 2. cap. 2.

144 Ex quibus non immerito affirmare, contra R. P. Promotoris sententiam, possumus, quod illiusmodi hæmorrhagiæ exemplum de Sacerdote illo, ne micam quidem similitudinis habet cum Clerici de Vivis *habituali* hæmoptysi. Ex quo manifesto elucet, quam maximo vitæ periculo eundem fuisse versatum.

§. XXIV. ANIMADVERSIONUM.

145 Alterum dein exemplum Miraculi *Rejectionis*, aut ajunt, a R. P. Promotore oppositum, illud nimirum est, quod in Caussa Sancti Turibii sanatio narium hæmorrhagiæ, quæ in adolescente, octo, vel decem horarum spatio, tres tantummodo sanguinis libras non excesserat, licet is animo liquerit; naturæ tamen molimento, non vero Prodigio divinitus peracto, Paulo Manfredio, & Possombroni Medicis inter se discrepantibus, ea adscripta fuerit.

146 Iisdem sane rationibus, ac oppositum alterum *Approbationis* Miraculi exemplum refellimus; id ipsum, quod repulsæ notam sustulit, oppugnandum esse censemus. Etenim quanto magis allatum supra exemplum, in quo diuturnior, & copiosior Sacerdoti illi hæmorrhagia contigit, pro vero Miraculi argumento habitum fuit: tanto minus quidem Adolescentis hujus casus, ex cujus naribus intra octo, aut decem horas, tres tantummodo sanguinis libræ effluxe-

siluere, pro genuino Miraculo debet existimari. Sępissime enim fit, ut vel ex sanguinis copia, vel ex naturæ crisi in morbis multo major trium librarum pondere ex naribus, aut ex quibusvis ægrotantium emunctoriis quantitas sanguinis effluat. Ad quod evincendum præter sexcenta exempla ex Rulando, Petro Borello, Schenckio, ceteris, illud Richardi Lovveri sit satis; qui historiam narrat de Adolescente XVI. annos nato; cui per biduum sanguinis massa fere tota effluxa, quidquid dein effluebat, jusculo, quod toties is hauserat, similius, quam sanguini erat. Qui aqueus fluxus per diem unum aut alterum perseveravit; donec, eodem demum consopito, Juvenis paulatim integræ sanitati restitutus fuit. [1] Ex qua narratione certe intelligitur, quod non solum post trium librarum sanguinis jacturam; sed etiam post omnem fere sanguinem ex naribus deperditum, alterius humoris suppositione, Adolescentis illius vita sustentata fuerit.

(1) Lovver. *tract. de Cord. mot. c.2. pag.47.*

147 Verumenimvero nemo unquam poterit asseverare, sanguinis *habituali* rejectioni ex pulmone, quamvis minimæ, illud sine periculo contigisse. Sanguis enim ab hujusmodi viscere extrusus periculo quidem expers non est. At multo majus id accedit, si cruor ab exesa aliqua ejus parte acer erumpat; Omnibus hoc salutaris disciplinæ peritis unanimi ore fatentibus. Quos inter Galenus etiam affirmat, [2] quod omnis e pulmone sanguinis eductio mala sit. Nam ut Ballonius ait. = *Si febris non adsit, etiam periculum est, ne non cito curetur; si malum duraverit, brevi febris aderit.* = (3)

(2) Galenus *in Comm. Hippocr. Aph.37. lib.7.*

(3) Ballon. *Conf. Medic.tom.3.lib.2 p. m.28.*

148 Ergo fatendum est, jure opponi a R. P. Promotore, quod repulsæ notam a Sacra Congregatione sustinuerit sanatio illa, naturæ ope peracta in Adolescente, qui tres tantummodo sanguinis libras ex naribus, octo vel decem horarum spatio, emiserat.

149 Verum e contrario nulla ratione profecto, Clerici de Vivis prodigiosa sanatio *habitualis* hæmoptysis rejicienda est; utpote cum eadem originem duxerit ab ipsius malo corporis habitu, pulmonis vitio, & ab ejusdem præsertim humorum acrimonia, febre etiam urgente; uti supra scriptum est. Quæ acrimonia quidem quotidie magis ac magis illius pulmonem rodere, labem ibidem alte figere, ac denique per eundem late serpere debebat; & immedicabilem saltem phthisim producere; Ballonio sic edicente. = *Si eductio fit SPUTI CRUENTI sæpe, hoc cacochymiæ, ACRIMONIÆ QUE humorum adscribendum. Ita enim omnis humor acer ERODIT, sibi viam facit, cuniculosque agit.* = [4]

(4) *Id. ibid. loc. nuper cit. tom. 2. de Sang. sput. p. m.314.*

150 Quamobrem apertissime elucet, quod nullum ex propositis a R.P.Promotore exemplis Miraculum hoc deturbare valeat; Quippe cum eadem ad rem nostram facere, fatis superque per se pateat.

§. XXV.

ANIMADVERSIONUM.

151 Negat autem R. P. Promotor, morbi periculum ex virium defectu Caroli de Vivis deduci posse. Is enim firmissime asseverat, eas summopere debiles esse debere, sic ut ad animi usque deliquium illæ redigantur, quo certius aliquid de morbi gravitate decerni possit; Quemadmodum ex allato supra exemplo constare ille opinatur. Sed cum infirmus Clericus in ejusmodi statum conjectus haud fuerit; quippe qui per noctem illam post octavum Augusti Mensis diem ab ejecto sanguine ex ore potuerit e strato surgere ex inferiori parte emittere quæ excreturus erat; atque iterum solus lecto corpus reci-

pere: hinc ille summam virium infirmitatem omnino Clerico de Vivis morti fere proximo non adfuisse contendit.

152 Quo directius huic R. P. Promotoris argumento occurramus, non sine certa ratione negamus, virium defectionem in morbis omnibus, ad prodigiosam eorum sanationem evincendam, summam esse debere. Licet enim illud in genere verissimum sit, quod vires in iis maxime debiles jure mortis periculo adjiciantur; a vero tamen abhorret, quod in omnibus mortiferis morbis semper vires summopere deficere debeant. Nam ægrotantes id illi evincunt, qui ex pulmonum inflammatione, mox gangræna, aut sphacelo correpti, viribus non penitus amissis, intereunt. Quod sæpissime experimentis deprehenditur. Neque illud insuetum & novum est, quod nonnulli infirmi periculoso morbi genere confecti, paulo ante mortem e lectulo surgant, quantumque in iisdem est, obambulent. Quinimmo ignorare neminem arbitramur, non raro fieri, ut, qui phthisi jam confirmata (morbo per se omnino insanabili) debilitati sunt; licet mors in eorum jam cervicibus impendeat, ex eo quod omnium fere pulmonum tabe absumuntur; sicuti ex inciso post mortem eorundem corpore inspecta viscera ostendunt: tamen ii non solum e lectulo surgant, sed etiam deambulent; sermonem cum amicis conferant; ceteraque ejusmodi peragere tentent; cum illos sub idē tempus e vita migrare illico spectemus.

153 Attamen R. P. Promotori ultro damus, necessum quidem in pluribus morbis esse, ut plane vires deficiant, quo tutius evidentiusque de periculo eorum deliberare possimus. Nam illorum exemplum satis indicat, qui licet graves narium, aut hæmorrhoidum hæmorrhagias; vel quascumque aliam sanguinis jacturam ab scissis, cæsisve magnis vasis ex instrumentorum læsione patiantur: ii tamen mortiferi habendi non sint, nisi plane viribus absumti videantur. Atque adeo pro veris Miraculi argumentis illorum sanationes nequeant judicari. Periculosas enim sanguinis profusiones totalis virium defectus necessario sequitur; sic, ut ex deficiente liquidi vitalis quantitate, quæ in arteriis requiritur; desint quoque deinceps caussæ vim vitæ provocantes, cordis nimirum, & arteriarum, necesse quidem sit. Ex quo Physici vires sane deficere pro certo affirmant. Ita enim Wan-Swieten, qui nostram in primis sententiam planissime tuetur, enunciat. = *Patet hujus rei veritas quotidianis observatis: Dum enim robustissimo homini, vel ferocissimo animali per vulnus inflictum tanta contingit sanguinis jactura; ut debita plenitudo in arteriis deficere incipiat, illico languent, & in summam debilitatem incidunt.* = (1)

(1) Van Svviet. tot. 2. *Debilit. Febril* §. 661. p. m. 257.

154 Concedere tamen R. P. Promotori non possumus, quod in morbo Clerici de Vivis penitus vires deficere deberent. In hujusmodi enim affectionibus, ob pulmonis corruptionem potius, quam ob magnam sanguinis, spirituumque animalium jacturam vita cessat. Illius namque substantia labefacta; cum sanguis per ejusdem vasa amplius se circumagere nequeat, necessario sanguinis ipsius circuitus retardatur, ac denique ex toto impeditur.

155 Tandem illud silentio præterire non possumus, quod a vero prorsus alienum sit, Clericum de Vivis in hoc ultimo morbi tempore a viribus maxime desertum non fuisse. Nam licet asseveretur, eum ex se, desidendi caussa, e lectulo surrexisse: tamen id quidem evenisse satis constat postera nocte potius post diem octavam de Mense Augusti, quam per binos ultimos dies, quibus ille, viribus magis, atque magis

gis desertis, a Medico Jori deploratus jacebat. Quemadmodum Testis oculatus apertissime indicat. = *Ma non potendosi trasportare detto Infermo in quella medesima sera de' nove d'Agosto per* LA DEPRESSION DELLE FORZE, .. *vi fu trasferito* ... *nel giorno seguente de' dieci d'Agosto, & ivi messosi in letto* COLL'ISTESSI SINTOMI, E PIU' INDEBOLITO DEL GIORNO PRECEDENTE, *ritornò il Medico stesso a visitarlo*, E RITROVANDOLO IN PEGGIOR STATO DEL GIORNO PRECEDENTE, *chiaramente disse all'istesso Infermo, che fossessi preparato per l'altra vita con munirsi de' Sagramenti*. = (1) (1) *Sum.* §§.72. & 73.

156 Ex quibus sane luce clarius apparet, quod frustra R. P. Promotor nitatur, istiusmodi argumentis de virium defectu Miraculum hoc deturbare. Sed ad reliqua transeundum est.

157 Urget iterum R. P. Promotor, quod Miraculo huic morbi principalis defectus adversetur. Quippe cum, inquit idem, sanguinis copiosa rejectio, in qua Postulatores morbum constituunt, inhibita fuerit ope medica ante prodigiosam sanationem. §. XXVI. ANIMADVERSIONUM.

158 Persuadere nobis non possumus, qua ratione R. P. Promotor affirmet, principalem morbum Clerici de Vivis hoc ultimo tempore ante opem Ven. FRANCISCI CARACCIOLI imploratam, sanatum fuisse. Cum ejus affectionis caussæ, effectusque manifesto vigerent. Præsertim cum ejusdem symptomata magis tunc, magisque augescerent; a quibus infirmus oppressus adeo in pejus rueret, ut pro derelicto a curæ Medico jam haberetur, ex eo quod, pessima notarum indicia insanabilem morbum penitus declararent. (2)

159 Præter hæc autem illud ignorare non oportet, morbum quemvis aut in sanitatem, aut in aliam affectionem, aut in mortem denique sese posse convertere. Quamobrem, licet sanguinis rejectationes ex ore Caroli de Vivis ante imploratam Ven. CARACCIOLI opem sedatæ visæ essent; affirmandum tamen non est, principalem illius morbum omnino jam tum sanatum fuisse. Nam si, uti decet, consideramus effectus, quos *habituali* hæmoptysis continenter parit: Etsi R. P. Promotori daremus, omnem sanguinis fluxum ex ore Infirmi ante imploratam opem stetisse; manifesto tamen intelligemus, effectum hæmoptysis illius, corruptionem nimirum adhuc in ejusdem pulmonibus vigere. Quemadmodum ex contumacibus, auctisque magis morbosis symptomatis facile deprehendi poteft. Quare nisi principalis morbus corruptionem, hæmoptysi pejorem, in Caroli de Vivis pulmonibus excitasset; iis quidem eo redactus non fuisset, ut pro deplorato ab Jori Medico habitus esset; Quin immo illius pessima symptomata evanuissent magis, quam contumaciter se ad Muraculum usque gessissent.

(2) *Summ.* §§.73. 126 128. 129. 130. & §.178.

160 Certum enim est, quod cum Caroli de Vivis hæmoptysis *habitualis* esset; nimirum ab intestino ejusdem sanguinis tunc effervescentis motu, atque ab acrimonia vasa rodente orta esset, ut supra ostensum est; nil mirum qnidem si symptomata morbosa non remiserant; contumax nempe febris inter cetera urgeret; difficilis spiritus permaneret; ipse autem ægrotans nunquam omnino convalesceret; sed imbecillis magis fieret, macie conficeretur, & identidem sanguis ex ore ipsius prorumperet; donec tandem in veram phthisim conjiceretur. Sic enim laudatus Morton fieri debere docet. = *Hemoptoe vero habitualis sicuti ab intestino sanguinis fermentescentis motu,*

tu, & ab aperientis vasa acrimonia dependet; ita etiam febrem .... semper conjunctam habet, & post incerta intervalla IDENTIDEM SOLET RECURRERE. = (1)

(1) Morton *ib. loc. supr. cit.*

161 Ex qua sane doctrina planissime conficitur, ut R. P. Promotoris argumentum de sanguinis rejectione inhibita ante imploratam Ven. FRANCISCI CARACCIOLI opem, nihil ad rem nostram fit; Præsertim cum illud contra *habitualem* hanc Caroli de Vivis hæmoptysin, nihil possit efficere.

§. XXVII. ANIMADVERSIONUM.

162 Nun jam R. P. Promotor postulat, ut advertatur, quonam maxime tempore hujusmodi sanguinis eruptiones in hac ultima periodo inceperint; quamdiu permanserint; & quando omnino cessaverint. Deinde ille ex facti specie conatur ostendere, quod quadraginta octo oras inter cruentas rejectiones, & prodigiosam sanationem interpositæ essent: Ex quibus concludit idem, esse examinandum, tantæne molis esset adhuc principalis morbus ante sanationem; an potius ex sola naturæ ope, ac adhibitis proxime remediis cessaverit. Præsertim vero, quia nunquam inter illiusmodi sanguinis eruptiones tam diuturnæ induciæ factæ fuerint; cum sanguis identidem erumperet.

163 Cum facti speciem investigare, nostras esse partes non existimemus; sat hinc erit ostendere, quod, licet ejusmodi R. P. Promotoris rationes concurrerent; longe tamen a vero abhorreat, Clericum de Vivis periculoso morbi genere ante sanationem penitus vacasse. Nam etsi daretur, sanguinem ex illius ore non amplius erupisse; certum tamen est, hunc ab exesis pulmonum vasis manavisse; ibidemque stagnasse. Quemadmodum præter cetera symptomata, quibus ille vexabatur, vehemens quoque cupiditas ejiciendi sanguinem, illud satis evincit. (2) Quod quidem in hæmoptysi evenire, constat experimentis. In ea enim non continuo, sed identidem potius sanguis erumpere solet; & quod pestiferum est, omnino aliquando supprimi; morbi symptomatis magis urgentibus.

(2) *Summ.* §. 22. 132. & §. 177.

164 Adde quod constanter affirmandum sit, quod gravior quidem principali morbo effectus ab illiusmodi suppressione in Clerico de Vivis esset exortus. Sanguis enim in ejusdem pulmonis vasis, bronchiis, & pulmonaribus vesiculis stagnans, cum jam omnis per se putridus evasisset; (3) loci deinde calore, & mora acrior factus, necessario efficiebat, ut ejusdem visceris substantia corrumperetur; sic ut bronchiales ipsius fibræ, vi sua contractili amissa, sanguinem ex summis faucibus amplius expellere minime valerent. Quemadmodum quotidie confirmatis Phthisicis evenire observamus. Quorum ab exulcerata aliqua pulmonis parte fædum pus erumpens, si dein supprimatur, maximum iis damnum infert; ac denique ipsum interitum adducit.

(3) *Summ.* §. 127.

165 Ex his autem R. P. Promotor intelligere potest, suppressum in pulmone sanguinem, non significare sanationem principalis morbi; verum indicare potius, pulmonares fibras jam debilitatas, impares quidem in illum expellendo factas esse. Id autem verissimum esse, satis declarant morbosa illa symptomata; tussis nempe, spirandi difficultas, major virium debilitas, ac ipsa denique febris; quæ in ultimo hoc morbi Caroli de Vivis stadio ut cum maxime ferocia Medicus Jori deprehendit. Ex quibus sane phænomenis luce clarius apparet, quod periculosior effectus in illius pulmonibus excitatus esset:

esset: Aliter Clericus, tussi, spirandi difficultate, virium debilitate non amplius laborasset. Hanc ipsam porro doctrinam ita nobis Christophorus Bennet scriptam reliquit. = *Post sanguinis extravasationes.* LIBERA RESPIRATIO, TUSSIS SEDATA. *vires* CONSTANTES, *securitatis phænomena*, & E CONTRARIO. = (1)

(1) Bennet *Theatr. Tabid. obs. Diagn. spect. p. m.* 110.

166 Ex ipsa vero facti specie abunde satis constat, quod Clericus de Vivis remediorum ope ab ejusmodi morbo non evaserit. Nam post sanguineas ipsius rejectiones vesperi diei octavæ de Augusti Mense factas, omnes conspexere, morbum in præceps manifesto ruere; licet bis illi sanguis emitteretur. Sic ut de mane diei undecimæ ejusdem Mensis, penitus viribus ægrotantis fractis, cruentis ex ore rejectionibus omnino compressis, & magis ac magis symptomatis sævientibus, Infirmus idem Juvenis penitus pro deplorato a curæ Medico habitus esset. Accedit insuper, quod, cum ejiciendi ex ore cupiditas Clericum ægrotantem per totum hujus stadii decursum maxime urgeret; quæ ne gelidam quidem aquam eum sorbere sivit; [ter enim, quaterve epotam irritamentum illico ab eadem excitatum rejicere ægrotantem coegit] morbus tamen adeo in illum sævire crudelissime potuit, ut nihil quidquam per facilem vomitionem eundem haurire; ac ne ipsa quidem sacra assumere pateretur. (2) Super hæc autem illud ex medicis observationibus certissimum est, quod *habitualis* hæmoptysis illiusmodi remediis de improviso nunquam sanari visa sit.

(2) *Summ.* §§. 132. & 133.

167 Neque demum affirmari potest, Carolum de Vivis naturæ ope de improviso sanitati restitutum fuisse. Nam nunquam salutaris crisis hujusmodi *habituali* hæmoptysi contingit. Ita enim Medicorum Princeps Van-Swieten edocet. = *Illæ ergo, quæ per has vias* (per pulmonem nimirum) *fiunt* HÆMORRHAGIÆ, NUNQUAM CRITICÆ *sunt*, NEC NATURÆ MORBUM SUPERANTIS ROBORE *fiunt &c.* (3)

(3) Van-Swiet. *ib. loc. supr. cit. tom.* 2. §. 741. *p. m.* 69.

168 Jure igitur contendimus, quod multo difficilius crisis ejusmodi hæmoptysi evenire posset; præsertim cum febris urgeret; pessimaque symptomata manerent; quæ ægrum in extremum periculum conjecerant. Ad quod certe eundem Clericum de Vivis redactum fuisse, satis manifestum est. (4) Sed hactenus hæc.

(4) *Summ.* §§. 40. 178. 221. & §. 306.

§. XXVIII. ANIMADVERSIONUM.

169 Mox R. P. Promotor opponit, quod a Sac. Rituum Congregatione tunc hæmorrhagiarum sanationes Miraculis adscriptæ sint; cum sanguinis profusiones pertinaces in ipsa Imploratione, vel proxime suppressæ fuerint. Ad quod probandum ille bina exempla subdit. Quorum alterum illud est, quod in Caussa S. Johannis de Deo habetur de Puella quatuor annos nata, cui ob profusionem sanguinis per os, & nares, animam pene agenti, admoto ejus naribus pulvere ex Cubiculo ejusdem Sancti delato, illico sanguinem & vitam stetisse demonstratum fuit. Alterum vero, quod in Caussa B. Johannis de Prado extat. In quo videlicet, sanguinis effluxum in Melchiorre de Leonissa non ante quidem, sed in eodem actu imploratæ opis cessasse compertum fuit.

170 Nullus quidem error magis salutaris Professionis cultores transversos agit, CLEMENS OPT. PONTIFEX, quam generalia morborum nomina attendere. Neglecta enim distinctione de sanguinis quantitate, ejusve qualitate; aut visceris, ex quo is prorumpit, investigatione sublata; aut tandem severa caussarum, quibus hæmorrhagia

rhagia manat, omissa inquisitione, facile quisque a veritate potest aberrare.

171 Quamobrem una & altera quidem via est, atque ratio, qua tutius distinguatur, quando sanguinis ejectiones periculo magis adjiciendæ sint; quidve certius de iis constituendum sit.

172 Harum sane altera est, cum tanta sanguinis copia sic erumpat, ut cordis & arteriarum vis illico deficiat; vitamque homo, licet sanus ac validus linquere cogatur. Docte enim id, sciteque Gerardus Van Svvieten, Medicorum decus, hisce verbis testatur. = *Patet hujus rei veritas quotidianis observatis: dum enim robustissimo homini, vel ferocissimo animali per vulnus inflictum tanta contingit sanguinis jactura, ut debita plenitudo in arteriis deficere incipiat, illico languent, & in summam debilitatem incidunt.* = (1)

(1) VanSvviet. *ib. loc. supr. cit. tom.* 2. §. 661. *p. m.* 257.

173 Hujusmodi quidem sunt exempla, de quibus sapienter a Sacra Rituum Congregatione lex sancita fuit; ut, nimirum, eæ sine dubio pro Miraculo hæmorrhagiæ habeantur, quæ copiose manantes in ipsa Imploratione, vel proxime ad eam supprimuntur. Neque sane ab his diversa sunt exempla illa duo, quæ R. P. Promotor ante oculos proposuit; de Puella nempe quatuor annos nata, quæ in ipsa Imploratione S. Johannis de Deo illico ab hæmorrhagia fuit sanata: deindeque de altera illa hæmorrhagia, quæ Melchiorri de Leonissa fuit suppressa; dum B. Johannis de Prado Fides implorabatur.

174 Altera autem via decernendi periculum de hæmorrhagiis est, cum clare signa ostendunt, sanguinis sputum repetentem, parva licet quantitate, vel etiam parvis ejusdem ramentis, ex viscere vitæ maxime necessario, ex pulmone præsertim prorumpere. Tunc enim vitiosus sanguis extra vasa fusus, labe pulmonem afficiat, necesse est; deindeque in eo phthisin, aut Gangrænam, aut denique Sphacelum excitat. Quare si in ejusmodi pestifera hæmoptysi, ab acri sanguine exorta, subita sanatio fiat: tunc quidem, licet sanguis vel ex toto ante Implorationem conquieverit, vel non, fatendum sane erit, illam esse prodigiosam. Hujuscemodi enim sanatio ob sanguinis potius qualitatem immedicabilem; Mortono teste, (2) quæ organicam labem, corruptionem nimirum in pulmonibus excitat; quam ob vehementem illius profusionem, pro Miraculo habenda sine dubio est.

(2) Morton. *ib. loc supr. cit.*

175 Igitur repentinam sanationem Clerici de Vivis in hoc ultimo morbi stadio id generis fuisse, tam certum est, quam quod maxime. Ipsius enim sanguinis eruptio, utpote quæ *habitualis* hæmoptysis erat, ut supra demonstratum est, nullo alio pacto sanari quidem poterat; nisi summus rerum effector, Deus, Ven. Francisco Caraccioli intercedente, Miraculum patravisset.

§. XXIX. Animadversionum.

176 R. P. Promotor de integro Postulatoribus antevertere studet, ne porro ii reponant, sanguinis ejectiones ex ore Caroli de Vivis de die etiam nona, decima, & forsan de mane diei undecimæ repetiisse. Nam ex Medici & ejusdem Infirmi testimonio id ille negari posse contendit. Medicus enim idem Jori dubiis verbis testatur, dum ipse aberat, de sanguinis rejectionibus ex ore ægrotantis. Clericus vero infirmus unicam tantummodo sanguinis rejectionem commemorat, postquam Medicus de die nona eundem inviserat. Quare, ait ille, licet fides absenti Medico potius, quam ægro adhibenda

benda esset ; tamen R. P. Promotor asseveranter affirmat, ejusmodi sanguinis rejectiones potius referendas esse ad magis proximam diem nonam; quam ad sequentem noctem, & ad mane diei undecimæ de eodem Mense Augusti.

177 Quamquam istiusmodi R. P. Promotoris argumentum ad Juris Peritum deferendum esse videatur, cum de facti specie controversia in eodem instituatur; tamen cum ex physicis etiam experimentis rationes requirantur; nostrum esse putamus, (ut, quoad fieri possit, veritas magis elucescat.) nostram hic quoque opinionem interponere.

178 Quare cum ille omnem argumenti vim in fluxus sanguinei suppressione a die nona, ad undecimam usque ponat: reponendum sane est, quod ratio pro R. P. Promotore tunc staret, cum de illo sanguinis fluxu ageretur, qui ad Implorationem usque in incepto non perseverasset; sic ut ejusdem sanatio jure meritoque ex Miraculorum albo esset delenda. Verum cum in morbo Caroli de Vivis de vera potius & *habituali* hæmoptysi tractetur, (quod sæpissime supra a nobis satis ostensum est) : hinc fit, ut frustra R. P. Promotor satagat investigare, sanguisne in illiusmodi morbo, quem peculiares accessiones comitantur, quæ identidem nimirum recrudescere solent; ex ore ægrotantis die nona, an nocte sequenti, an de mane diei undecimæ Agusti Mensis erumperet. Constat enim indubiis Medicinæ observationibus, sanguinis rejectiones ex *habituali* hæmoptysi ortas, continuo nunquam erupisse; quod aliter in ceteris hæmorrhagiis fieri solet. Etenim *habitualis* hæmoptysis, quæ in fermentescente sanguinis motu, & in ejus acrimonia, vasa pulmonaria exedente, consistit; semper febri sese adjungit, ac post incerta intervalla subinde repetere solet: donec post insidas inducias, assiduasque accessiones in irreparabilem pulmonis corruptelam misere desinit. Hoc autem pacto fieri Mortoni præceptis sic monemur. = *Hæmoptoe vero habitualis, sicuti ab intestino sanguinis fermentescentis motu, & ab aperientis vasa acrimonia dependet; ita etiam febrem... semper conjunctam habet, & post* INCERTA INTERVALLA IDENTIDEM SOLET RECURRERE. = (1)

(1) Morton. *ib. loc. sup. cit. Phthis. ab hæmopt. lib. 3. cap. 5. p. m. 96.*

179 Ex his porro conficitur, ut quacumque die sanguis ex ore Caroli de Vivis vel refluxerit, vel ex toto desierit, ejusdem *habitualis* hæmoptysis pro deplorata sit habenda; Præsertim cum non solum symptomata in hac ultima periodo, febris nimirum urgens, difficilis spiritus, tussis, virium debilitas, & denique sanguinem ex ore rejiciendi cupiditas, permanerent; sed etiam quod phænomena ejusmodi novissimo tempore Clerico Infirmo magis acta quidem essent. Ob quæ jure a Medico de illo fuerat conclamatum; (2) nisi Ven. Francisci Caraccioli imploratione evidenter Miraculum interfuisset.

(2) *Sum.* §. 178.

§. XXX.
Animadversionum.

180 En alia R. P. Promotoris controversia, qua idem ostendere curat, ut nihil Postulatoribus valeat, ægrotantem Medico asseverasse, se, nunquam sanguinem ex ore post Ven. Francisci Caraccioli implorationem, integreque impetratam sanationem, rejecisse. Ex quo ille contendit, hujuscemodi testimonium nihil aliud significare, nisi quod sanguis aut supra, aut subter ex ægrotantis corpore non amplius post sanationem exiverit. Illud autem nullo modo declarare, eundem Clericum affirmasse sibi cruentas rejectiones ad

sana-

sanationem usque continuatas permansisse. Præsertim cum ille contrarium ex ejusdem ægrotantis verbis patere arbitretur. Utpote quod Carolus idem de Vivis testetur, omnia sibi pessima symptomata continuasse, præter sanguinis rejectionem; qui ex toto conquievisse est visus. *Summ. §. 42.*

181 Si R. P. Promotor meditate velit symptomata perpendere, quæ per idem tempus prodigiosæ sanationis Infirmus Clericus de Vivis sibi ex toto evanuisse testatur; haud sane ille objiciet, quod ægrotanti eidem sanguinis rejectiones ad extremum usque Implorationis, & prodigiosæ sanationis tempus continuatæ non permanserint. Nam cum idem æger, ceteris testibus suffragantibus, apertissime fateatur, quod ex improviso se ab omnibus ejusmodi pessimis symptomatis liberum, integrumque senserit, ubi ac divinitus ei sanatio accessit: Hinc manifestum sane fit, ut, licet sanguinis rejectionum induciæ interessent; Caussæ tamen morbi illius, qui ejusdem cruentas rejectationes excitabat, sanatæ quidem, ante Ven. Francisci Caraccioli implorationem, nullo modo essent. Hujus autem rei veritas sine dubio elucebit, si animo advertatur, quod, si natura a tali morbo penitus cum suis caussis, post ultimam sanguinis rejectionem, liberata esset: Necesse quoque fuisset, ut omnia illa pertinacia & noxia phænomena paulatim tum extenuata essent; & pedetentim mox evanescerent potius, quam augescerent.

182 Ergo, licet R. P. Promotori concedamus, quod Caroli de Vivis testimonium referendum non sit ad alias sanguinis rejectiones, quas is passus esset ante imploratam divinitus sanationem; tamen illiusmodi induciæ ad hæmoptysis naturam potius, quam ad sanitatem illius referendæ sunt. Nam abunde satis intelligitur ex iis, quæ supra scripta sunt, quod illiusmodi sanguinis rejectiones, non alia quidem ex caussa ortum suum ducerent, quam ex organica Clerici de Vivis pulmonum labe. Ad quod evincendum profecto, sat est, ut consideremus caussas, quæ Juvenem ægrotum ad ejusmodi hæmoptysin prædisposuere; rebelles nimirum ipsius accessiones; labem jamdiu in ejusdem pulmone hærentem; & denique pertinacia illa symptomata, quæ ad impetratum usque Miraculum illi permansere. (1) Inter quæ, tussis, difficilis spiritus, virium debilitas, & in primis febris urgens apertissime demonstrant, pertinaces, & immedicabiles morbi caussas, sanatas minime fuisse. Optime enim de more sic nos Christophorus Bennet fieri docet. = *Post sanguinis extravationes* LIBERA RESPIRATIO, TUSSIS *sedata, vires constantes, securitatis phænomena, &* E CONTRARIO. = (2)

(1) *Summ.* §§. 140. 177. & §. 178.

(2) Bennet. *ib. loc. supr. cit. p. m.* 110.

183 Quamobrem licet sanguinis rejectiones in extremo morbi Caroli de Vivis tempore conquievissent; tamen adeo organica ipsius pulmonis labes augescebat,, ut, nisi divinum auxilium accessisset, nullo quidem pacto sanari unquam potuisset.

184 Ex quibus manifesto conficitur, ut, licet sanguis ex ore Caroli de Vivis erumpere ad prodigiosæ usque sanationis tempus non continuasset; quemadmodum R. P. Promotor contendit, tamen in hujusmodi re, non infidæ certe cruentarum rejectionum induciæ sunt considerandæ, sed morbi potius irreparabilis natura perpendenda sit.

§. XXXI. Animadversionum.

185 Jam vero R. P. Promotor recusat, ne frustra Postulatores concludendum esse proponant, ob contumaces morbi effectus ante sanationem

tionem, pertinacem quoque ejusdem caussam permansisse; nempe, *il vaso aperto, o pur rotto nella propria sostanza del polmone*. Ita Medico testante. *Summ. pag.* 22. §. 126. Nam istud quidem supposito laborare ille affirmat; Cum arbitretur idem, ejusmodi hæmorrhagiam ortam ex stomacho fuisse: prout supra celebrium Medicinæ & Anatomes professorum auctoritate satis a se demonstratum esse contendit.

186 Quisnam in hac proposita controversia in suppositionis errorem labatur, vellem quidem, Clemens Optime Pontifex, ut sapientissima Tua Mens, qua tum humana, cum Divina perspicue complectitur, paulisper attendat. Ea enim cum optimis Suffragatoribus apertissime intelliget, argumentationem R. P. Promotoris, pace dicam, duabus quidem de caussis similiter peccare, ac ipse contendit, illud laborare, quod jure a caussæ Patronis propositum est. Quarum profecto altera est ea, qua ille persuadere nititur, quod, permanentibus morbi hujus effectibus, penitus ejusdem caussæ possent everti. Quod quidem constanter pernegamus. Altera vero caussa ex eo proficiscitur, quod pro certo ille supponat, Clerici de Vivis morbum, stomachi hæmorrhagiam fuisse. Quod, alienum quoque a veritate omnino esse, manifesto demonstratur; cum ejusmodi affectio, nihil aliud sane, quam *habitualis*, ac proinde fatalis hæmoptysis esset. Quare ad id evincendum, præter illa, quæ supra evidenter demonstrata sunt, non sine firma ratione affirmare quidem possumus, morbum Caroli de Vivis originem suam traxisse ab affecto potius ejusdem pulmone, in quo jamdiu hæmoptoica labes hæserat (1), quam ab stomachi vitio; quo illum nunquam laborasse satis compertum est.

(1) *Sum.* §. 101.

187 Nam docte satis de more, inter celebres Medicinæ scriptores, Laurentius Bellini, ut rite distinguamus, sanguisne ex pulmonibus profluat, an ex alio viscere, ita nobis scriptum reliquit. = *Adeoque si quid minus dubium haberi potest, petendum illud esse AB ANTECEDENTIBUS, si per eorum aliquot innotescere possit, affectionem PECTORI communicatam esse* (2) =.

[2] Bellin. *de Morb. Pector. Hæmoptys. p. m.* 490.

188 Frustra itaque R. P. Promotor ad sanguinis profluvium ex stomacho confugit; cum manifeste satis intelligatur, Caroli de Vivis affectionem, in ejus pulmone semper inhæsisse: quemadmodum clare demonstrant non solum prava symptomata, quæ illi a morbi primordiis accessere; tussis nimirum, catarrhalia sputa sanguini immixta, pectoris oppressio ac pulsatio, febris denique, & spirandi difficultas (3); sed etiam malus illius corporis habitus, & cachecticus color. Quæ sane notæ evidentissimè declarant, malam ejusdem constitutionem ad hæmoptoën prædispositam fuisse; quæ deindè ad *habitualem*, fatalemque statum fuit delapsa.

[3] *Sum.* §§. 2. 44. & §. 97.

189 Sed ne abuti videar patientia Tua, Beatissime Pater, illud tantum modo concludam, quod non bene R. P. Promotor præveniat, Postulatoribus proponendum non esse, morbi caussam in infirmo Clerico de Vivis adhuc viguisse, propterea quia pertinaciter in eodem morbosi effectus permanserunt. Nunquam enim in rejectionibus sanguinis ex pulmone affirmari pro certo potest, morbi caussas fuisse sanatas; nisi prava symptomata penitus evanuerint; id est, nisi facilis respiratio aderit; tussis bene conquieverit, viresque tandem firmæ, & constantes accesserint (4).

[4] Christoph. Bennet. *ibid. loc. supr. cit.*

§.XXXII. ANIMADVERSIONUM.

190 R. P. Promotor existimat, propositum supra argumentum suum ad rem quoque esse, etiamsi supponeretur, quod nulla Medicinæ auxilia adhibita essent. Verum cum semper remediis quæsita salus ægroto Clerico sit, præsertim in primo, secundo, ac tertio etiam morbi tempore; hinc ille Miraculum refellendum esse sibi persuadet. Quod multo magis idem faciendum esse proponit, cum agatur de quarto & ultimo morbi tempore, quo remedia eidem ægrotanti data fuere: iterata nempe venæ sectio, usus aquæ gelidæ, & potio quædam condita. Ob quæ ille affirmat, ægrotantis sanitatem non Prodigio quidem, sed remediorum beneficio tribuendam esse. Dummodo ea opportuna fuerint; ac morbum potuerint adjuvare. Ita docente Pontifice Opt. Max. Benedicto XIV.

191 Nemo est, qui ex iis, quæ supra abunde demonstravimus, nequeat satis intelligere, quod ne minimum quidem ea, quæ a R. P. Promotore opponuntur, Miraculum istud refellant. Manifestissime enim per se patet, Clerici de vivis morbum, veram & *habitualem* hæmoptysin fuisse, quæ remediis omnino depelli nullo modo poterat.

192 Quod vero putandum magis sit, morbum sanatum fuisse ex eo, quod data medicamenta fuerint; præsertim in primo, secundo, ac tertio ejusdem tempore; ob quæ Miraculum rejiciendum sit. Reponimus sane, quod in hujusmodi stadiis non eo morbus processerit, ut pro curatione sanationem simulare, insidasque sane inducias præ se ferre non posset. Quippe cum Clericus infirmus revera sanatus non esset; uti morbosa ejusdem symptomata apertissime ostendunt; quæ tribus totis usque periodis eidem Carolo de Vivis permanserant (1).

(1) *Summ.* §§. n. 3. & §. 6. &c.

193 Ex quibus sane factum est, ut ob ejusmodi rebelles accessiones, quæ tam sæpe ægrotantis viscus idem, pulmonem mirum insultabant; hujus structura magis magisque debilitaretur; & morbus tandem *habitualis* & lethifera hæmoptysis fieret. Ita enim Hoffmannus nos clare monet. *Nobiliora porro viscera ROBORE DEBITO ORBATA, variis & pernicialibus morbis ortum præbent. Sic PULMONES INFIRMATI, copioso humorum affluxui & collectioni patent, unde tussis &c.... quin sic allectus salsorum & acrium humorum decubitus, ad abscessus, exulcerationes, vomicas, ipsiusque PHTHISICI MALI generationem quam facile disponit* (2) =.

(2) Hoffman. *ib. loc. supr. cit. tom.* I. *cap* 4. *de Geneal. morb. ex turb. solid. & fluid. mechanism.*

194 Si hæc igitur vera sunt, ut sunt verissima; quonam modo, quæso, affirmari poterit, remedia fuisse deinde opportuna, quæ sub ultimam, gravemque morbi periodum Carolo de vivis data fuere? Porro optima tunc esset Pontificis opt. Max. Benedicti XIV. auctoritas a R. P. Promotore allata; cum illiusmodi remedia sanabili quidem morbo comparata fuissent. Sed cum hoc loco de organica pulmonis labe tractetur, quæ Carolo de Vivis aderat; necessum quidem est, fateri, remedia illa neque hujuscemodi morbum superare; neque hilum sane proficere potuisse. Quod ipsum in diem confirmatis Phthisicis [quorum morbus insanabilis est] contingere experimur. In quibus certe licet opportunis, & singularibus medicamentis nitamur; frustra tamen per ea sanitatem iisdem quæri constanter comperimus. Neque injuria, mea quidem sententia; cum satis superque pateat, morbi eorum naturam in labefactata pulmonis structura consistere.

195 Jure itaque conficiendum est, ut remedia in hac ultima morbi periodo

riodo Clerico de Vivis data, multo magis inutilia, vanaque essent; non solum ex eo, quod is post eadem a Medico pro deplorato habitus esset; sed etiam quod ipsa experientia manifesto doceat, *habituali* hæmoptysi frustra remediis sanitatem quæri. Quemadmodum ex ipsa facti specie constat, hæmoptoicum Juvenem post medicamenta in pejus magis ruere perrexisse (1).

196 Immerito ergo subita hujusmodi sanatio remediis adjiceretur; cum eadem genuino Miraculo sine dubio annumeranda sit.

§. XXXIII. ANIMADVERSIONUM.

197 Attamen R. P. Promotor subdit, non esse negandum, consona & opportuna remedia ejusmodi morbo adhibita fuisse. Idem enim affirmat, iteratam venæ sectionem animique deliquium, quod per id tempus Clericus de Vivis passus fuerat, satis fuisse, ut hæmorrhagia supprimeretur. Id autem ille confirmare aggreditur auctoritate Pontificis Opt. Max. Benedicti XIV. =; qui in Caussa S. Alphonsi Turribii vigilem commendat Fidei Promotorem Bottinium; utpote qui illiusmodi sanationem sanguinis detractionibus, accedente animi defectu, tribuisset. Ad hæc noster R. P. Promotor testimonium addit Riverii, qui ad reprimendam hæmmorrhagiam, sanguinem in initio mittere, optimum esse proponit.

198 Si de hæmorrhagia tantummodo, vel de accidentali sanguinis sputo hoc loco ageretur, qui ob copiam semel, aut etiam bis ex pulmone prorupisset; ex usu quidem, atque opportuna ejusmodi remedia fuisse sine dubio fatendum sane esset. Verissimum enim est, quod a sanguinis detractionibus, animique defectu, cum cordis & arteriarum vis imminuatur; motus quoque vitalis humoris reprimatur; proindeque hæmorrhagia tantisper cohibeatur, necesse est. Quare hinc fit, ut omnes celebres Medici ad supprimendas hæmorrhagias in initio sanguinem mittere, optimum esse proponant. Quos inter Boerhaavius in primis sic edicit =. *Indicatur*... [sanguinis detractio] *a nimio impetu sanguinis moti in unam partem; ut in hæmorhagiis &c.* (2) = Doctissimus vero Bellinius in aureo suo opere ostendit, quod ad supprimendam hæmorrhagiam animi defectus sufficiat (3). Quam sententiam secutus Johannes de Gorter ita scribit. = *Lypothymia sæpe compescit profluentem sanguinem* (4).

199 Non male proinde R. P. Promotor exemplum adducit Benedicti XIV. Pontificis Max., qui laude dignum Promotorem Fidei Bottinum existimasset ex eo, quod in Caussa S. Alphonsi Turribii sanationem hæmorrhagiæ sanguinis detractionibus, animique defectui adjudicasset. Neque absre ille quoque Riverium citat, qui parce quidem in initio, sed pluries sanguinem in hæmorrhagiæ curationibus mittendum esse jubet.

200 Verum enimvero si morbi Caroli de Vivis naturam consideremus, non hæmorrhagiam quidem, sed veram, & *habitualem* hæmoptysin fuisse facile intelligemus. Hinc porro fit, ut, licet daremus, quod sanguinis detractiones, animique defectus sanguinem ex ore illius erumpentem supprimere valerent; tamen pulmonaria ejusdem vasa ab humorum acrimonia exesa resarcire, & ejusdem pulmonis structuram jam a frequenti hemoptoë labefactatam reficere nullo modo possent.

201 Qua de re concedere quidem certe R. P. Promotor nobis debet, quod tam repetitæ sanguinis detractiones, quam animi defectus, violenter quidem rejectiones sanguinis supprimere valent; verum

(1) *Sum.* §§. 36. 73. 93. §. 140.

(2) Boerharh. *de Meth. Med. Phlebotom.* §. 1230. *n.* 11.

(3) Bellin. *de Sanguin. Miss.*

(4) De Gorter. *Med. Comp. tract.* 32. *de Sanguin. flux.* 25. 5.

intimam humorum constitutionem immutare nullo modo possunt, multoque minus ea valent impedire, quominus hectica flamma intus inhærens præcipitem in phthisim ægrotantem agat. Mortoni namque sententia hoc nobis pacto suffragatur. = *Ideoque, utcumque Phthisis hæmoptoe vulgari modo curatæ usitato succedat, FREQUENTIBUS scilicet PHLEBOTOMIIS* (idest sanguinis detractionibus) *Medicamentis emplasticis, OPIATIS &c. quæ VI POTIUS SANGUINIS ERUPTIONEM SUPPRIMUNT, QUAM INTERNUM SANGUINIS STATUM ALTERANT; Hinc tamen nemo miretur, si flamma hectica intus manens tandem Ægrum in Phthisim præcipitet* (1) =.

(1) Morton. *ib. loc. supr. cit. lib. 3. cap. 5. de Phthis. ab hæmopt. art. p. m.* 95.

202 Ex quibus sane apertissime licet concludere, quod, ut Caroli de Vivis morbus, vera & *habitualis* potius hæmoptysis, quam hæmorrhagia fuerat, sic auxilia, quibus ei salus frustra quæsita fuit, nullo modo valida, atque efficacia essent.

§. XXXIV.

ANIMADVERSIONUM.

203 Hoc loco tamen R. P. Promotor urget, quod gelidæ aquæ usus cruentæ Caroli de Vivis vomitioni opportuno auxilio fuerit. Quod quidem ille confirmare nititur auctoritate Alexandri Pascoli, qui in suis medicis observationibus testatur, se tali morbo affectis ægris, sæpe illiusmodi aquam, non sine profectu, dedisse. Pergit ille deinde objicere, quod *Conditum* ex aqua Plantaginis paratum, ubi granum Nepentes Quercetani solutum fuerat, lapide hæmatitide, & rubrorum Coraliorum pulvere adjectis, ejusmodi sanguinis vomitioni a Medico datum, opportunum quoque remedium fuerit. Hoc autem plurium auctorum testimonio confirmare idem studet. Qua de re in medium is affert Franciscum Sylviatum, qui historiam refert de sanguinis vomitione, per aquam Plantaginis, laudanum Nepentes, & Corallia rubra, sanata. Ad hæc addit Rondletii, & Riverii sententiam; qui sane auctores ad compescendam sanguinis vomitionem, Plantaginis aquam, lapidem hæmatitidem, & Corallia rubra commendant: quibus etiam Ettmullerum assentiri ille contendit.

204 Ut abunde satis comprehensum est, Caroli de Vivis morbum, veram & *habitualem* hæmoptysim potius, quam sanguinis vomitionem fuisse; sic per se quoque patet, gelidam aquam fatali ejusdem morbo valens remedium non fuisse. Quare, pace R. P. Promotoris dixerim, Pascoli auctoritas ab eo proposita minime rem nostram oppugnat.

205 Sed antequam perpendimus, utrum gelida aqua ejusmodi hæmoptysi ex usu esset, nec ne; oportet sane ex ipsa facti specie cognoscere, neque gelidam aquam, neque *Conditum* a Medico Jori datum, auxilium ullum Clerico de Vivis afferre potuisse: Utpote cui vix licuit minimam ejusmodi remediorum quantitatem sumere per frequentem vomitionem a violenta tussi excitatam (2).

(2) *Sum.* §. 87. & §. 132.

206 Quamquam vero damus, satis quidem ab eodem ægrotante Clerico, ejusmodi medicamentorum, & præsertim aquæ gelidæ haustum fuisse; tamen pro certo affirmare possumus, eadem nihil quicquam tali morbo auxilium afferre potuisse. Nam si gelida unquam aqua quidpiam ei auxiliari valuisset; tunc certe id evenisset, cum & Clerici de Vivis morbus adhuc recens esset, non *haitualis*; & hecticæ febri æger obnoxius non fuisset; & nulla denique debilitate, vel labe principalis visceris, pulmonis nimirum, is affectus fuisset; uti revera jamdiu fuerat (3). Hujusmodi enim opportunis cautionibus opus

(3) *Sum.* §. 101.

opus esse, antequam gelida aqua in morbis utimur, Andreas Baccius hoc modo nos monitos voluit. = *Inter alias vero servandas tantè remedii conditiones, potissima est corporis ægrotantis HABITUDO. Minus enim tuta est plurima frigidæ exhibitio iis, qui exiguum sanguinem, TENUEMQUE CORPORIS HABITUDINEM HABENT, HECTICÆ FEBRIS PERICULO... Maxime vero si quod PRIMÆ NOTÆ VISCUS, aut inflammatione, aut erysipelate, aut obstructione, aut IMBECILLITATE, aut aliquo INSIGNI ALIO VITIO teneretur* (1) =.

207 Attamen ad concedendum etiam non inviti movemur; gelidam aquam *accidentali*, ut ajunt, hæmoptysi aliquando ex usu esse posse. Præsertim cum auctor non desit, qui in ejusmodi morbo eam experiri non dubitavit (2). Nunquam tamen R. P. Promotor poterit reperire gelidam aquam *habituali* hæmoptysi, uti hæc Caroli de Vivis erat, utilem sane fuisse. Quippe cum ejusmodi morbus ab interna caussa, ab hærente, nimirum, fomite in illius sanguine ortus esset. Ex quo profecto fit, ut pro certo affirmari possit, talem hæmoptysim nullis vel valentioribus remediis extirpari, & funditus tolli unquam potuisse. Sic, optimo Medico, Boerhaavio edicente =. *Si in corporibus PRÆDISPOSITIS oriatur morbus*, [hæmoptoë] *tum NON CURATUR* (3) =.

208 Quamobrem si nullum ex gelida aqua levamen derivare potuit in deploratam Clerici de Vivis hæmoptysin, debita licet ejusdem quantitas in ipsius stomacho saltem retenta fuisset; Multo minus ei quidem Aqua Plantaginis, cum Nepente Quercetani; lapide hæmatitide, & Coralliorum rubrorum pulvere adjectis, auxilium afferre potuisset. Quisque enim per se intelligere potest, quod, cum R. P. Promotor, non bene supposuerit, morbum Clerici de Vivis, sanguinis vomitionem fuisse potius, quam veram & *habitualem* hæmoptysim; nec opinans ille fateatur, medicamentum illiusmodi a Francisco Sylviati, Rondeletio, Riverio, & denique Ettmullero ad sanguinis vomitionem, non autem ad *habitualem* hæmoptysim proponi. Quare cum ejusmodi *Conditum*, partim constet ex vi coarctante corporis humani fibras; partim ex virtute humores coagulante; partim denique ex vi narcotica: hinc sane concludi jure potest, ejusmodi remedium nullo modo *habituali* huic hæmoptysi occurrere potuisse. In qua, non solum exesum pulmonis vas resarcire, necesse quidem erat; sed etiam acrem vitalium ægrotantis humorum indolem penitus obtundere, atque immutare. Ad quæ rite efficienda inutile certe, ne dicam, noxium fuisse *Conditum* illud, ex eo patet, quod aut exesum pulmonis Caroli de Vivis vas astringente vi sua contrahere minime illud valeret; aut etiamsi posset; totum quoque ejusdem pulmonem simul idem perstrinxisset. Ex quo sine dubio suffocatio nata fuisset. Cui sententiæ Boërhaavius facem sic præbet =. *Adstringentia si ad pulmonem pervenirent, totum viscus simul adstringerent, unde fieret suffocatio* (4) =. Quod si vero densente virtute sua idem *Conditum* aliquantum humores coëgisset, sic ut sanguis per exesum Caroli de Vivis vas non amplius effluere posset; mortifera statim Peripneumonia nata fuisset. Alibi enim sic laudatus auctor porro pergit =. *Multi putant hac sola* [coagulantia] *sufficere, verum si hac omnem sanguinem coagularent, tum illico fieret Peripneumonia; si vero dicant inde fibras constringi, tum totus pulmo* con-

(1) Baccius *de Therm. lib. 2. cap. 2.*

(2) Petr. Anton. Michelotti *in Transact. Philosoph. num. 419.*

(3) Boerhaav. *Prax. Medic. part. 5. Phtis. Pulmon. §. 1198. lit. T. p. m. 139.*

(4) Boerhaav. *ib. loc. sup. cit. part. 2. Hæmopt. p. m. 376.*

constringeretur, seu ejus pars affecta, quod fieri non posse videtur; nam HÆC MEDICAMENTA LOCO AFFECTO APPLICARI NON POSSUNT; *si dicant* VI NARCOTICA *agere, tum* EADEM DIFFICULTAS. *Multi dicunt arteriolas statim esse claudendas, unde dant bolum Armenum*[1], LAPIDEM HÆMATITIDEM *&c.... diu in hac opinione versatus sum, sed* HÆC MEDICAMENTA NIL AGUNT, NEC EO FLUERE POSSUNT; NEC SANGUINEM SIC INSPISSARE POSSUNT, UT EO NON FLUAT; *prius enim lethalis fieret Peripneumonia* (1) =. Cui hoc modo etiam Jo: de Gorter suffragatur =. *Nam* COAGULANTIA ASSUMTA, VEL NON INGREDIUNTUR LACTEA, *vel si agerent*, POTIUS PULMONUM VASCULA INFARCIRENT CUM SUMMO ÆGRI DISCRIMINE, *quam ut* VASCULUM LACERATUM *constringerent, vel obturarent* (2) =. Sed hæc de remediis. Nunc cetera persequamur.

[1] *Id. ib. loc. sup. cit. part. 5. Phthis. §. 1200. num. 2.*

(2) De Gorter. *Comp. Med. Tract. 32. de sang. Flux. §. 24. n. 4.*

§. XXXV. Animadversionum.

209 R. P. Promotor objicere non cessat, quod sanationi a Postulatoribus pro Miraculo propositæ, iteratæ etiam crises, præter valentem, continuoque adhibitam medelam, valeant obstare. Nam sub Galeno & Zacchia monitoribus, ille contendit, sanationes, quæ per crisim fiunt, licet derepente accidant, naturaliter tamen evenire.

210 Nullus dubito, Clemens Opt. Pontifex, quin apertissime intelligatur, Caroli de Vivis morbum non eo fuisse, ut is per crisim posset debellari: Dummodo recte distinguatur, in quonam crisis consistat; quæve bona, malave sit; quibusque morbis eadem salutaris evadat. Quibus sane perpensis, magis magisque constabit, sanationem hanc prodigiosam fuisse.

211 Medici igitur auctores ferunt, crisim in morbi mutatione vel in sanitatem, vel in alium morbum, vel in mortem denique omnino sitam esse. Nemo autem est inter Medicinæ professores, qui ignoret, non alios quidem morbos crisi patere, nisi qui ab hetereogenea, seu vitiosa materia sanis humoribus immixta pendent. Uti in acutis morbis fieri solet, epidemicis febribus, & hujusmodi ceteris: in quibus morbifica materia, cruda adhuc & indigesta sub morbi initium est; sed, procedente dein morbo, eadem cocta, atque digesta per emissarium aliquod naturæ commodum, a reliquis bonis humoribus secreta certis diebus expellitur. Contra vero si humores omnes ab universali putredine, aut acri corruptela afficiantur, tunc manifesto constat experimentis, morbos ab eadem natos per salutarem crisim sanari nullo modo posse. Cum omnes ceteroquin humores excernendi essent. Multo minus vero in morbis expectanda crisis est, si primarium viscus aliquod ab eadem humorum labe sit affectum.

212 Ex quibus clare patet, eam esse salutarem crisim, in qua cocta atque digesta morbosa materia criticis diebus expellitur: pessimam vero eam, quæ ante vitioforum humorum coctionem statis diebus non contingit.

213 His exploratis, apertissime colligitur, excretionem, quæ per inferiores partes Clerico de Vivis accidit, veram, perfectamque crisim non fuisse; per quam idem a sua *habituali* hæmoptysi sanus, integerque de improviso evaderet; sed eam potius malam extitisse. Utpote

pote quæ, omnibus jam illius humoribus pessima labe contaminatis (1), ab exesis vasis orta quidem fuerat. (1) *Sum.* §. 127.

214 Ex iisdem quoque patet, quod ab eadem acri humorum corruptela pessima ejusmodi excretio infirmo Clerico excitaretur. Quæ non ut benigna naturæ crisis, per quam morbus depelleretur, putanda quidem est; sed pro sævientis magis morbi indicio omnino est habenda. Hæc autem vera esse van Swieten sic docet =. *Acrimonia nata in humoribus, dolores fiunt, vasa rumpuntur, unde profusa narium hæmorrhagia*, HÆMOPTOE, HÆMORRHOIDUM *cum* *valido* DOLORE FLUXUS *&c.* (2) =.

(2) Van Swiet. *ib. loc. supr. cit. tom. 3. de morb. chronic.* §. 1051. *p. m.* 336.

215 Si igitur satis ostendimus, salutarem crisim in morbis ab universali humorum corruptela natis evenire nullo modo posse; potiori sane jure affirmandum erit, eandem contingere non posse morbis iis, in quibus viscera, & præsertim pulmones eadem illa labe sint affecti: Uti Carolo de Vivis factum est. Cui nulla salutaris crisis contingere poterat, propterea quia, cum mollis ejusdem pulmonis substantia ab acri humorum labe vitiata esset, exesis ab hac ejusmodi visceris vasis, morbus per se prorsus insanabilis erat. Boërhaavio hoc modo testante =. *Quando vero sanguis* ACRIS *. . . intus arterias consumit, tunc Diabrosis* [exesio] *est, nulla arte medica sanabilis* (3) =.

(3) Boerhaav. *Præl. Acad. t.* 6. *Morb. org.* §. 707. *p. m.* 21. *in not.*

216 Conficiendum itaque ex his est, ut subita Caroli de Vivis sanatio non naturaliter quidem, sed prodigiose evenerit. Cum ejusdem criticæ excretiones perniciosæ potius, ac mortiferæ omnino essent, quam salutares. Ex quo certe nemo non videt, quod sententia illa Galeni, quam Zacchias tuetur, quamque nobis R.P.Promotor proposuit, nihil rei nostræ sese opponat. Quippe cum nulla salutaris crisis ad ejusmodi morbum accederet; de qua Galenus & Zacchias edisserunt. Verum morbosa potius, & symptomatica illa esset.

§. XXXVI. ANIMADVERSIONUM.

217 Crisi in genere opposita, R. P. Promotor ad objiciendas peculiares morbi Caroli de Vivis crises descendit; quas salutares fuisse supponit. Et primo ille quidem objectat, ægrotum Clericum expertum esse primam crisim de nocte inter octavam diem & nonam de Augusti Mense per hæmorrhoidalis sanguinis excretionem. Eodem ægro id ipsum testante. Deinde R. idem P. Promotor opponere pergit, salutarem hanc excretionem, magna potius quam modica quantitate effluxisse; ipso Clerico teste. Quod vero ejusmodi sanguis per inferiora demissus ex hæmorrhoidibus emanaverit, ex Medici Jori testimonio comprobare ille nititur. Cum hic fateatur, sibi compertum esse infirmum ægrum hæmorrhoidarium fuisse. Ex quibus ille conficiendum quoque esse suadet, ut nemo idcirco miretur, si Clericus post hanc excretionem corrupti, & nigricantis sanguinis, nihil quicquam simile hujus per os deinceps ex veniente die nona ad sanationem usque dejecerit.

218 Etiamsi abunde satis ostensum a nobis est, nullam salutarem crisim *habituali* huic, & mortiferæ hæmoptysi Caroli de Vivis contingere potuisse; sed tantummodo morbosam, seu symptomaticam; tamen, ut huic quoque oppositæ argumentationi, de peculiari crisi per nimium sanguinis profluvium ex hæmorrhoidalibus venis facta, ut R. P. Promotor arguit, reponamus: animum advertendum esse censemus, quod ad peculiarem illam crisim statuendam salutarem, omni-

omnibusque numeris absolutam, quæ de nocte inter octavam & nonam diem de Augusti Mense contigit; opus quidem esset, ut omnes Clerici de Vivis actiones vitales in integrum prorsus essent redactæ. Nulla morbosa superstite nota (1). Quare cum a Medico de mane diei nonæ Augusti Mensis post imaginatam ejusmodi criticam excretionem, pejora in ægro symptomata deprehensa essent (2): concludendum necessario est, illiusmodi excretionem nullum sanitatis indicium attulisse; sed potius eam symptomatice, & malo omine contigisse. Satis enim tuto cum hisce Dureti verbis illud possumus asseverare; quod = *Pestifera est omnis, quæ non juvat hæmorrhagia: nam labascit natura, defraudata ibi, ubi levamen expectabat*.

(1) Bennet. *Teat. Tabid. p. m.* 110.

(2) *Sum.* §. 126. & §. 118.

219 Quod vero ad sanguinis quantitatem per inferiores partes ab infirmo Clerico demissam attinet, quam copiose fluxisse R. P. Promotor affirmat. Reponendum profecto est, quod, cum ejusmodi sanguinis fluor ab interna labe, id est, ab universali acrium humorum corruptela ipsius ægrotantis ortus esset (3): planissime hinc conficitur, ut copiosior sanguinis fluor, graviorem etiam vasorum illius lacerationem indicaret. Satis id nigro, fætidoque sanguine tam per ejusdem pulmonem, quam per inferiora demisso abunde testante. Quare non immerito cum Celso a Ballonio laudato concludere possumus, illiusmodi sanguinis fluorem in Clerico infirmo morbum potius, quam salutarem crisim declarasse. Ita enim auctor ille ait =. *In iis, quibus vitium non est internum, sed tantum congeries, hæmorrhoidum fluor purgatio est, non morbus; in aliis contra*, *SI VITIUM INTERNUM, SI SYMPTOMATICE OMNINO FLUIT SANGUIS, EST MORBUS* (4) =.

(3) *Sum.* §. 127.

(4) Ballon. *to.* 3. *consf. Med. lib.* 3. *Annot.* 2. *p. m.* 382.

220 Licet autem R. P. Promotor asseverare velit illiusmodi sanguinem ex hæmorrhoidalibus venis Clerici de Vivis fluxisse; propterea quia Medicus affirmat, eundem juvenem antea hæmorrhoidarium fuisse: reponimus tamen, quod, etiamsi antea Clericus hæmorrhoidarius fuisset; nihil idcirco impediat, quominus ille mox dysenteriæ fluori obnoxius quidem esset. Quod revera ex manifestis signis, ex ardore nempe, & dolore, quibus æger de eadem illa nocte fuerat vexatus (5), clarissime deprehendi potest. Quemadmodum etiam a nobis subra satis ostensum est (6). Verum ut ut res est; certum tamen, ratumque est, fluentem ægroti sanguinem, nigrum, fætidum, corruptumque fuisse. Quod apertissime sane demonstrat, ejusmodi fluorem ex laceratione, ac dissolutione vasorum ortum fuisse; omnesque Clerici de Vivis humores, jam fuisse putrefactos. Quod ab hisce verbis Johannis de Gorter plane docemur =. *Sanguis CORRUPTUS in INTESTINA depositus, & dein evacuatus, damnum infert, quia non medetur corruptelæ, sed CORROSIONEM aut DISSOLUTIONEM VASORUM indicat* [7] =. Huic vero Hippocrates sic antevertit =. *Post sanguinis eruptionem, NIGRORUM per ALVUM transitus MALUS* [8] =. Neque aliter sentit laudatus de Gorter de fætoris indicio, dum sic scribit =. *Sed si liquores in intestina confluentes eum FÆTOREM præbent, semper MALUM SIGNUM, quoniam declarat, humores nostri corporis putrefactos esse* [9] =.

(5) *Sum.* §§. 16. 17. & § 124.

(6) §. 13. *hujus.*

[7] De Gorter *Comp. Med. Tract.* 90. §. 44.

(8) Hippocrat. *Prædict. lib.* 1. *numer.* 18.

(9) De Gorter *ib. loc. sup. cit.* §. 53.

221 Nullo modo igitur ex his R. P. Promotor conficere potest, ut mirari nemo possit, quod jam tum Clericus infirmus sanguinem ex ore non rejiceret. Cum apertissime nunc intelligendum sit, ejusmodi

excre-

excretionem nigri, fœtidique sanguinis per inferiores partes ab eodem demissam, morbum omnino, nunquam autem salutarem crisim præ se tulisse.

§. XXXVII. ANIMADVERSIONUM.

222 Ad illiusmodi autem crisim R.P. Promotor contendit, binas alias salutares crises proxima nocte ante sanationem accessisse. Quas idem sanati testimonio se confirmare posse putat. Hic enim se, de eadem illa nocte iterum, tertiove sanguinem cum iis, quæ per inferiora excernenda erant, demisisse indicat. Ex quibus ille infert, quod duram Postulatores Provinciam suscipere videantur, cum Miraculo referant sanationem Infirmi, cui continuo opportuna remedia adhibita fuere; quique iteratæ crisis beneficio ante sanationem patuit. Quod ut ille evincat, Galeni atque Sennerti testimonium adducit.

223 Ut rite perpendamus, veræne, omnibusque numeris absolutæ ejusmodi crises fuerint, an a R. P. Promotore sanguinis illæ excretiones, quæ proxima nocte ante sanationem evenere, non bene pro salutaribus habitæ fuerint; operæ pretium est, BEATISSIME PATER; severissime, ut par est, in ultimum Caroli de Vivis morbi statum, post illiusmodi excretiones per inferiores partes, inquirere.

224 Quare eundem infirmum Clericum sic asseverantem legimus =. *E ritornato ben per tempo la mattina delli* 11. [il Medico] *confermandomi il giudizio di NON ESSERVI PIU' SPERANZA DI VITA PER ME, per li segni de' polsi, ed altro che io non so, ma io ben mi sentiva indebolito, ed affatto destituto di forze, oltre i sintomi già detti* [1]= Medicus vero ita habet =. *Per quanto ho deposto di sopra, già si raccoglie, che il sudetto Chierico Carlo de Vivis nella mattina delli* 11. *di Agosto dell'anno prossimo passato, io lo ritrovai nella mia visita fattali in PESSIMO STATO, NIENTE DIMINUITO DAGL' ULTIMI SINTOMI, che nell' ultima volta ricadde nel suo già descritto male* [2].

225 Rebus itaque hoc modo se habentibus, manifesto patet, quod eadem morbi symptomata in ægrotante Clerico post illiusmodi sanguinis excretiones de nocte illa demissas permanserint. Inter quæ, summa in primis virium debilitas eidem superfuit; sic ut Medicus jam pro deplorato illum habere pergeret.

226 Jam vero certum, ratumque est, quod nullam pessimam morbi notam salutaris crisis in ægrotante relinquat. Quod e contrario evenisse Clerico de Vivis post sanguinis excretiones, satis abunde constat. Illud autem verum esse, Boërhaavius ita nos docet, qui post quam signa salutaris crisis proposuit, hæc addidit. = *LEVAMEN post hæc tam quoad MORBUM, quam quoad SYMPTOMATA; color, calor, RUBOR, pulsus, RESPIRATIO, actiones omnes, statim restituta* (3)=. E contrario autem, nisi bonæ ejusmodi notæ, sive his contrariæ appareant, tunc manifesto patet, quod tristia symptomata ea sint, non salutaria. Sic enim laudatus auctor pergit testari =. *Si autem illa signa absint, aut horum CONTRARIA EVENIANT, tum apparet, hæc esse SYMPTOMATA MORBI, non autem vitæ triumphantis: adeoque tunc MALA SUNT, atque curanda ut MORBI IPSI* [4]=.

227 Male ergo conficitur, ut illæ sanguinis excretiones ægrotantis Clerici bonam crisim portenderent; cum potius prava symptomata essent, quæ non minus eundem morbo oppressum reliquere.

(1) *Summ.* §. 22.

(2) *Summ.* §. 140.

(3) Boerh. *Prælect. Acad. tom.* 6. *sign. morb.* §. 939: *p. m.* 209.

(4) *Id. ib. loc. sup. cit.* §. 940.

228 Adde quod, ut vere crisis salutaris existimari possit, necesse quidem sit, ut morbifica omnis materia e corpore depellatur; nullaque tristis nota supersit; ita docente Gortero (1). Quare ejusmodi critica & salutaris excretio infirmo Clerico ex eo non poterat evenire, quod totus ejusdem sanguis corruptus, & acer excernendus esset (2); a quo terrentia sane symptomata in eodem fuerant excitata. Ex quibus jure metus fuerat, ne mors potius, quam salutaris crisis obreperet. Nam illud certum physicis est, quod ab acri humorum corruptela, [uti in hæmoptysi Caroli de Vivis erat], quæ vasa eroserint, nulla queat salutaris crisis oriri; verum tristia potius symptomata excitentur. Van Swietenio sic monstrante =. *Cum autem .... erosis vasis, & visceribus tales evacuationes sanguinis SURSUM & DEORSUM fieri soleant, satis patet*, NIHIL BONI INDE EXPECTARI POSSE (3) =.

(1) De Gorter *Medic. Hippocr. lib. 1. Aph. 20. §. 8. num. 6.*

(2) *Sum. §. 127.*

(3) Van-Swiet *ib. loc. cit. tom. 3. pag. m. 617.*

229 Non ardua itaque, uti inquit R. P. Promotor, sed facilis est provincia, quam Postulatores suscipiunt; ejusmodi nimirum sanationem Miraculo referendo. Utpote cum tales sanguinis excretiones pro salutaribus crisibus nullo modo habendæ sint. Bona enim crisis validas vires requirit, quibus defectus Carolus de Vivis hoc extremo tempore jacebat. Galenus enim ita scribit =. *Ad morbos debellandos naturæ robur requiritur; si vero debilis sit*, NIHIL BONI *expectandum* (4) =.

(4) Galen. *lib. de Crisib.*

230 Quod vero ille nitatur, istiusmodi crises Galeni auctoritate confirmare, ex qua nimirum habetur, quod si quis subito morbo liberatur, huic evacuatio aliqua effatu digna contigit &c. Sane, pace dixerim R. P. Promotoris, hujusmodi verissima auctoritas maxime ad rem nostram est. Nam cum infirmus Clericus nondum sanatus fuisset de mane diei undecimæ Mensis Augusti post sanguinis illas excretiones; quemadmodum ex supradictis testibus manifesto apparuit. Necessario hinc concludendum est ex ejusdem Galeni testimonio, nullam ægrotanti salutarem crisim ab illiusmodi morbosis excretionibus derivatam fuisse.

231 Veram quoque Sennerti sententiam esse fatemur, licet eadem nimis generalis sit. Auctor enim affirmat, quod hæmorrhoides moderate, & congruenti tempore fluentes a multis morbis homines præservant, & a præsentibus liberant. Quæ sane verba aperte declarant, Sennertum de salutari sanguinis fluore ab hæmorrhoidibus verba facere. Qui fluor moderate, opportuneque manans in hæmorrhoidariis, plurimos ab iis morbos arcet, atque depellit. Distinguenda tamen sunt reliqua Sennerti verba de fluentibus hæmmorrhoidibus, quæ præsentes quidem morbos depellere solent. Nam Sennertus de sanabilibus morbis loquitur, qui per hæmorrhoidalem fluorem criticum depelli facile possunt. Sed cum organicis certe, pluribusque aliis incurabilibus affectionibus res profecto eidem Sennerto non est: Quemadmodum Carolo de Vivis erat. Cujus quidem morbus cum in *habituali*, & immedicabili hæmoptoë consisteret, quæ organica labe illius pulmonem jamdiu vitiarat; in eundem quidem nulla unquam salutaris crisis ab hæmorrhoidali fluore poterat derivari. Sed hactenus hæc.

§. XXXVIII. ANIMADVERSIONUM.

232 Animadversionibus de crisi absolutis, R. P. Promotor ad vehementem Sanati Clerici imaginationem proponendam descendit; a qua plures morbos depelli, solitum esse contendit ex sententia Arauxi, Tho-

Thomæ a Vega, Marcelli Donati, Zacchiæ, Ludovici Muratori, & Cardinalis denique Friderici Borromæi. Quod confirmare quidem ex eo ille studet, quod sanatus proxime cubitum iturus; erecto animo in Ven. FRANCISCUM CARACCIOLI, firma incensus spe salutis reportandæ ab ejusdem impetratione, in somnis visa refert. Sed expergefactus is, non illico certum de oblata sibi dormienti visione judicium protulit; sed hærens animo dubitavit, efficta ne in somniando, an vera ex visu essent. Ad quæ, ille subdit, valetudinarii Præfecti verba accedunt, quæ ne Juvenis de Vivis, e lecto surgeret, neve in Templum sese conferret, prohibuere.

233 Satis equidem abunde physici ostendunt, diversas in homine mutationes ab imaginatione oriri; quos inter hoc modo rem nobis Alphonsus Borellius explanat. = *Ex simplici enim apprehensione objecti horribilis, subito cor in suis pulsationibus retrahitur, minuiturque; contra ex apprehensione objecti suavis, & diu expetiti, cor pulsationes auget subsultando. Nemo certe sana mentis negabit, communicari talem affectum timoris, aut gaudii per nervos a cerebro, sede imaginationis, ad cor* (1) =. Ex quibus sane fit, ut ejusmodi organici corporis mutationes in homine, diversos, gravesque morbos valeant excitare, uti Medicinæ experimenta apertissime docent. Puer a cane magno insiliente sic terrebatur, ut paulo post concideret epilepticus; & postea, dum majorem canem videret, vel & latrantem audiret, paroxysmus repetebat. Sic Galenus quoque observavit in juvene grammatico, quod toties Epilepsia corriperetur, quoties vehementer doceret, attente cogitaret, aut irasceretur. Certum itidem est, magnas mutationes humoribus per animi affectus diu permanentes induci posse.

(1) Borell. *de Motu Animal. Prop.* 225. *cap.*21. *p. m.*418.

234 Verum e contrario negandum sane non est, quod, ut a phantasia plures morbi possunt excitari; sic ab eadem etiam queunt fieri sanationes earum affectionum, quæ in nervorum vitiis consistunt. Quæ vitia profecto repentinis animi affectibus interdum removentur, ac penitus depelluntur. Filius Croesi mutus, dum Persam militem, in patrem irruentem videret, exclamavit illico: *O homo, ne perimas Croesum*; & postea per totam vitam loquela usus fuit (2).

[2] Herodotus *lib.*1. *cap.*85. *p.*35.

235 Haud negamus item ab imaginatione ex quovis animi affectu excitata, hiantia sanguiferorum vasorum oscula posse perstringi; ideoque aliquandiu supprimi hæmorrhagiam.

236 Mordicus tamen pernegamus ab ejusmodi phantasiæ ludis internos quoque solidarum partium morbos illos sanari unquam posse; qui a dirupta, & contaminata earundem substantia proficiscuntur. Cujusmodi morborum genera sunt Aneurysmata, ossificationes, vomicæ, sphaceli, scirrhi, exulcerationes, *habituales* denique hæmoptyses, quæ ab exesis sanguiferis pulmonum vasis nascuntur. Nam talia certe quidem vitia nusquam in historia medica apparet, a quibusvis imaginationis viribus fuisse sanata.

237 Quare concludendum est, quod, cum Caroli de Vivis morbus, vere *habitualis*, & mortifera hæmoptysis esset; quemadmodum a nobis supra ostensum est, eadem ex illorum morborum numero haberi nequeat; quos nimirum Arauxus, Thomas a Vega, Marcellus Donatus, Zacchias, Ludovicus Muratori, & denique Cardinalis Borromæins a phantasiæ viribus depelli posse contendnnt.

238 Cum igitur insanabilis Carolus de Vivis morbus de improviso depulsus

sus esset; fatendum omnino est, illud procul dubio non ipsius imaginationis vi; sed tantummodo ope Ven. FRACISCI CARACCIOLI, ab illo summa animi contentione implorata, contigisse.

§. XXXIX. ANIMADVERSIONUM.

239 Tametsi Medicus abunde monstraverit, phantasiam in ejusmodi re tanti non valuisse, ut morbum depelleret: tamen R.P. Promotor minime argumentis ab illo propositis acquiescens contendit, quod talis controversia *suum* semper *principium petat*, ex eo quod morbi notæ non concludant, eundem ab ulcerata pulmonum substantia, sed tantummodo a sanguine in stomacho aggesto profectum fuisse. Sic ut, statim ac is ejectus fuit, naturaliter, & remediorum ope, per benignas crises subito depelli posset: licet infirmus Clericus percitus phantasiæ viribus opinatus fuerit, sanationem supra naturæ modum contigisse.

240 Rejiciat quam velit R. P. Promotor subjectas ab Ioci Medico rationes, quæ imaginationis vim a prodigiosa hujus morbi sanatione excludunt: ex eo tamen quod ille gratis admittit, inferre nunquam nullo modo poterit, istiusmodi quæstionem *petitione principii* laborare. Nulla enim via ac ratione evincere ille poterit, morbi hujus symptomata, apertissime non declarare, quod is ex vitiata potius pulmonum substantia, quam ex aggesto in stomacho sanguine natus esset. Ab ipsa enim facti specie, atque ex locupletibus salutaris professionis scriptoribus abunde satis a nobis supra demonstratum est, vehementem pectoris Caroli de Vivis dolorem, gravem spirandi difficultatem, contumacem tussim, non levem pectoris pulsationem, adjecto sanguinis sputo in tussiendo, denique febrem præsertim, & cetera supra dicta phænomena hunc ipsum morbum comitata fuisse (1). Quæ sane notæ ad hæmoptysim indicandam a celebrioribus Medicinæ professoribus verissime proponuntur (2). Satis etiam evidenter explanavimus, idem morbi genus per suas caussas, differentiasque ab aliis sanguinis per os rejectionibus pro vera atque *habituali* hæmoptysi omnino habendum esse (3). Quare necessario ex his conficitur, ut nullo modo idem pro sanguinis vomitione existimari possit.

(1) *Sum.* §§. 2. 7. 8. 13. 19. 92. 129. & §. 135.
(2) Boerhaav. *ib. loc. supr. cit.* §. 1199. *Hoffman. ib. loc. cit. tom.* 3. §. 11. *sect.* 1. *cap.* 4. & *Aretæus de caus. & sign. mor. acut. cap.* 2. *de sanguin. reject.*
(3) §. X. & XIII. *Hujus*.

241 Igitur ex omnibus his luce clarius per sese apparet, quod ejusmodi quæstio nulla quidem ratione pro *petitione principii* cum R. P. Promotore gratuito queat admitti.

242 Inferendum quoque illinc est, quod, cum ejusmodi morbus a vitiata pulmonum substantia ortum duceret, illico, rejecto sanguine, medica ope, aut naturaliter discuti is minime posset; propterea quia & *habitualis* evaserat; & fatalis certe illius exitus impendens omnes quidem, & præsertim Medicum de ægrotantis Clerici salute desperare coegerat.

243 Denique rejicienda est hypothesis illa, qua R. P. Promotor persuadere nobis studet, quod infirmus Carolus de Vivis viribus imaginationis incensus ratus esset, sanationem præter naturæ modum sibi contigisse. *Habitualis* enim hæmoptisis suapte natura mortifera est; utpote quæ organica labe inficit pulmones. Quare cum eadem neque naturæ vi, neque remediorum efficacia, neque tandem vehementi quavis imaginatione depelli posset; quemadmodum supra demonstratum est; hinc fit, ut, cum de improviso ejusmodi hæmoptysis esset sanata, jure meritoque Miraculo adjicienda sit.

§. XL. ANIMADVERSIONUM.

244 Tandem aliquando R. P. Promotor animavertendum esse proponit, anne

anne sanatio firma & constans fuerit, ac etiamnum perseveret. Nam haud ille sese opponit testibus, qui unanimi ore asseverant, Carolum de Vivis a sanationis die, usque ad examinis tempus sanum, integrumque visum fuisse. Verum ut ab examinis tempore, usque ad præsens tres tantummodo anni abiere; sic illud perbreve tempus eidem videtur ad certe statuendum de sanato ab stomachi hæmorrhagia. Quippe quæ suapte natura, vel post plurium annorum decursum repetere solet. Ita ex Physicorum testimonio docente Benedicto XIV. Pontifice Opt. Max.

245 Quemadmodum antecedentibus morbi stadiis, gravia hujus indicia post sanguinis rejectiones Carolo de Vivis superfuisse certo scimus; quæ apertissime declarabant principalis affectionis caussas minime sublatas fuisse; & ex quibus jure rebelles ejusdem accessiones metuendæ erant, uti revera eas identidem repetiisse manifestum est: Ita statuendum hic jam est, principalem istiusmodi morbum prodigiose omnino discussum; ejusque caussas radicitus evulsas fuisse. Quandoquidem omnes in eo morbosas notas prorsus evanuisse, manifesto apparuit; non aliter, ac si Carolus de Vivis jam ante nullo affectus morbo fuisset. Sic Medico suffragante =. *Certo è, che nel giorno sudetto 11. di Agosto, il giorno doppo Vespero essendo io venuto a visitarlo come ho di sopra accennato; viddi, ed osservai il Chierico de Vivis così PERFETTAMENTE SANATO, che non vi potei riconoscere la minima ombra de' PRECEDENTI SINTOMI osservati fin la mattina dell' istesso giorno; non ci ritrovai FEBRE, avendoli attentamente, e con pausa osservati li polsi, NON TOSSE, NON AMBASCIA, O DIFFICOLTA' DI RESPIRO, NON DIBATTIMENTO DI PETTO, NON VOMITO, EVACUAZIONE, O BUTTO DI SANGUE, e NE PURE UN PICCIOLO SEGNO DE' PREFATI SINTOMI; anzi l'osservai in miglior colore naturale di quel, che lo conosceva prima delle sue cadute, e robusto di forze, come ogn'altro Giovine sano che stava in piede* (1) =.

(1) *Sum.* §.144.

246 Quamobrem si ab hujusmodi teste maxime elucet, quod post prodigiosam sanationem, terrentia omnia morbi phænomena prorsus essent sublata: necessario etiam conficitur, ut, cum omnes internæ ipsius caussæ, quæ morbosas notas in aspectum proferebant, ac principalis vitii constitutionem fovebant, prodigiose omnino evulsæ, depulsæque essent, nihil reliquum sit, cur ullo modo similis morbus posset repetere. Nam si Caroli de Vivis affectionis natura vere stomachi hæmorrhagia fuisset; uti frustra R. P. Promotor opponere pergit, ei quidem etiam daremus, quod metuendi locus aliquis relinqueretur, ne aliquot post annis eadem repetere posset; quemadmodum ille, fulfultus auctoritate Pontificis Opt. Maximi Benedicti XIV., ex Hoffmanni sententia, depromta, objectat. Verum, cum sæpissime a nobis supra scriptum sit, Clerici de Vivis morbum vere *habitualem*, mortiferamque hæmoptysim fuisse; cujus naturam in vitiosa, acri, & fermentescente sanguinis constitutione, in qua ejusdem fomes inhærescebat, constitutam fuisse (2): hinc sane fit, ut fatendum verissime sit, impossibile prorsus fuisse, ut morbosa illius constitutio radicitus arte aut natura depelli sine Miraculo posset. Quoniam igitur certo constat eandem penitus fuisse sanatam; concludendum jure meritoque est, id nonnisi Ven. Francisci Caraccioli ope omnino evenisse: proindeque frustra metui, ne istiusmodi morbus in posterum posset repetere.

(2) Morton. *ib. loc. supr. cit.*

EPI-

EPILOGUS.

Carolus ergo de Vivis malo corporis habitu, id est cachectica temperie fuerat a natura conformatus (1); ex quo pravus faciei color in eo aspiciebatur (2). Qui sane color, certum, firmumque indicium erat, omnes illius humores a sanitatis conditionibus eidem necessario degenerasse. Ex ejusmodi vero depravatione, acrium humorum cumulus ad illius pulmones accessit (3). Unde catarrhalis, & profunda tussis eidem nata fuit (4). Ad hæc porro cum illius corporis imbecillitas, pulmonis debilitas (5), juvenilis ejusdem ætas, quæ sanguinis sputo, ac tabi maxime patet (6), & ceteræ denique externæ, accelerantesque caussæ accederent; misere ille in veram hæmoptysin offendit (7). Ejusmodi autem hæmoptysis nata maxime ab iis internis caussis, quæ nullo modo radicitus ab arte, aut a natura erant extirpandæ, rebellis, atque mortifera necessario evasit. Quippe quæ eadem erat hæmoptysis, quam Richardus Morton *habitualem* vocat (8); quamque is auctor proinde in insanabilem, fatalemque Phthisim abire certe quidem asseverat =. *Et quidem* [sunt auctoris verba] *hæc est FATALIS ILLA HÆMOPTOE, quæ ut DIFFICILEM CURATIONEM admittit, atque Ægro sæpius inespectato supervenit, ita febrem primum putridam, dein hecticam conjunctam habet, quæ IN PHTHISIM FATALEM, atque INCURABILEM sæpissime terminari solet* (9). Neque aliter sentit optimus Medicus Boerhaavius, qui apertissime testatur, quod hæmoptysis ab internis, prædisponentibus nempe, caussis nata, uti hæc eadem ægroti Caroli de Vivis erat, nullo modo discuti, atque depelli possit. Ille enim sic habet =. *Si in corporibus PRÆDISPOSITIS oriatur morbus*, [hæmoptoë] *tum NON SANATUR* (10).

(1) *Sum.* §§.1. 43. & §.97.
(2) VanSvviet. *in Comm. Boerh. tom.*1.§.44. *Morb. visc. debil. & lanor.*
(3) Haller. *Prælect. Acad. tom.*6. §.820. *in not. Pulmo*.
(4) Boerhaav. *in Com. edit. Traject. ad Rhen. tom.* 5. *p.m.*137. *Phthis. Pulmon. & Bennet. p.m.*98. & 99.
(5) *Sum.* §.127.
(6) Hippocr. *Aph.*29. *lib.* 3. & *Cels. de Medic. lib.*2. *c.*2.
(7) *Sum.* §.212.
(8) Morton. *de Phthis. ab hæmopt. art. lib.*3. *cap.*5.
(9) *Id. ib. loc. sup. cit.*
(10) Boerhaav. *ib. loc. supr. cit.* §.1198. *lit.* r. *p.m.* 139.

Cum ergo insanabilis ejusmodi Clerici de Vivis *habitualis* hæmoptysis esset; apertissime patet, quod, cum ille ad ultimum vitæ discrimen esset redactus; sic ut jam a curæ Medico pro deplorato is haberetur; fatendum omnino sit, repentinam illius sanationem, accedente absoluta, perfectaque virium recuperatione (11), nonnisi prodigiose fieri potuisse. Præsertim cum omnes radicitus caussæ, quæ eandem hæmoptysim excitaverant, eradicandæ essent; uti revera prodigiose accidit: utpote cum omnia terrentia symptomata, quæ morbum comitabantur, de improviso evanuissent (12). Ex quo apertissime demonstratur, sanationem hæmoptoici de Vivis absolutam, firmamque factam fuisse.

(11) *Sum.* §§.75. & 84.
(12) *Sum.* §§.29. 144. & §. 196.

Rebus ita se habentibus, Clemens Opt. Pontifex, jure jurando firmare non dubitavimus, Caroli de Vivis repentinam sanationem ab ejuscemodi morbo, genuinum Miraculum fuisse, ab Omnipotente Deo patratum, intercedente Ven. Francisco Caraccioli, cujus ille opem jam ante ferventissime imploraverat (13).

(13) *Summ.* §§. 136. & 138.



MI-

MIRACULUM SECUNDUM

Repentinæ Sanationis Antoniæ Niglio ab immanibus doloribus, & Ischiadico, motum omnem inhibente, & Colico; adjecta gravi, continuaque febre, aliisque pessimis symptomatibus; Viribus illico integre restitutis.

1 TAM mira, BEATISSIME PATER, est corporis humani Fabrica, tanta, tamque ex partibus inter se diversis cohærentia, & consensio, ut qui vel leviter singularium partium ordinem, atque nexum inspicere, & considerare voluerit, vel primo adspectu supremam conditoris manum agnoscere, & prædicare cogatur. Nam non modo mirabili artificio singulas partes conjunxit; ad certos fines direxit; sed summo consilio talibus præsidiis ornavit, ut nequid aut singulæ damni facere, aut etiam detrimenti adferre aliis possent. Hinc etiam providit incommodis, quæ ob perennes, perpetuasque vitæ actiones evenire illis necessario debebant; quo facilius hominis vita conservari, atque stabilis permanere posset.

2 Verum quemadmodum ex tot ac tam diversis tum externis, cum internis caussis, nimirum ex vicissitudine nos ambientis aëris, animi affectibus, alimentis, vel tenacioris indolis, vel parum largiori copia ingestis, & hujusmodi ceteris, ita quotidie mutamur, ut impossibile omnino videatur, humanum corpus in eodem semper bonæ valetudinis statu persistere posse; sic etiam fit, ut facile ipsius functiones perturbentur, atque diversa morborum genera excitentur.

3 Ex Anatome igitur in primis abunde satis constat, quod in coxæ cavitate, acetabulum dicta, femoris caput excipiatur; ibidemque a tereti, tenacique ligamento, præter illud cingens, retineatur. In hoc autem articulo glandulam bene magnam (1) observamus; quam ab usu mucosam Physiologi appellant. Non aliter quidem, ac in ceteris ossium articulis ejusmodi glandulæ, licet minores reperiuntur: eorum quidem lubricitati destinatæ; ne invicem ossa ipsa concrescant; neve impediatur, quominus libere, expediteque motus queant exerceri.

[1] Clopton. Haver. *Descript. in Osteolog.*

4 Ex grandiori itaque illiusmodi glandula lentus humor, muco similis distillat, sic ut coxæ articulus non solum a transfusa medulla, sed etiam ab istiusmodi naturali muco eidem medullæ admixto lubricus, & mobilis fiat. Tales autem humores vel ab ejusdem articuli actione vel ab diuturniore mora attenuati iterum absorbentur; quo facilius affluenti de integro humori locus concedatur; perpetuoque articulus ipse lubricus consistat.

5 Si forte vero mucus ille naturalis aliquid acre contineat; vel si glandula ipsa in eo acetabulo posita tumeat, doleatque; illico in hujusmodi articulo magis, quam in reliquis molestissimus ille *Ischiadicus* dolor nascitur (2); quem coxæ morbum latini vocant. Hicce tamen dolor sedem suam figere etiam potest, *Hollerio* teste (3), altius ad summam natem, qua nervi a lumbis, & ab osse sacro emergentes in crura feruntur.

(2) Johan. de Gorter. *medicin. Hippocr. Aph.* 324.

(3) *Comment. in Aph Hippocr. sect.* 6. *Aph.* 59. *schol.*

6 Hoc eodem morbi genere Mulierem Antoniam Niglio sexdecim menses

[1] *Summ.* §§. 1. 37. 67. & §. 74.
(2) *Summ.* §§. 80. 85. 87. & §. 89.
[3] *Summ.* §§. 40. 41. & §. 77.
(4) *Summ.* §§. 69. 83. & §. 86.
(5) *Summ.* §§. 34. 35. 83. 90. 98. & 99.
(6) *Summ.* §§. 65. 66. 70. & §. 99.

ses circiter conflictatam fuisse, demonstratione non eget (1). Sub hujus vero temporis finem increscente magis magisque illiusmodi coxæ dolore (2), vehemens quoque colicus eidem mulieri Niglio dolor accessit (3); a quo ipsa ob acutam præsertim, continuamque febrem adjectam, præter cetera maxime terrentia, sic ad extremum vitæ discrimen redacta fuerat, ut pro deplorata jam a curæ medico habita (4) omnino periisset; nisi per imploratam VEN. SERVI DEI FRANCISCI CARACCIOLI opem (5), a supremo Numine servata prodigiose fuisset (6).

7 Attamen R. P. Promotor insurgit, diversa argumenta opponendo; quibus demonstrare nititur, Antoniæ Niglio sanationem prodigiosam non fuisse. Quare, quo magis veritas elucescat, ita severissime nobis physicæ rationes explorandæ sunt, ut facile ac tuto propositis Animadversionibus occurrere possimus.

§. I. ANIMADVERSIONUM.

8 Principio itaque R. P. Promotor objicit, quod morbus Antoniæ Niglio levis admodum sibi videatur, sive illius initia spectentur, sive progressus ad menses sexdecim, sive postremus morbi status severiori indagine investigetur; viginti nempe illi dies, qui inter decubitum, & sanationem interpositi fuere. Hæc autem ille ex eo studet evincere, quia mulier ætate adhuc integra, utpote quæ quadragesimum sextum ætatis suæ annum nondum excesserat, in superiori coxæ articulo quindecim mensibus dolorem, quem Passionem Ischiadicam appellant, non continuum, sed intermittentem, modo levem, modo vehementiorem passa est. Pergit porro idem morbi levitatem opponere, propterea quod opportuno remedio identidem curatio adhibita fuerit affectæ parti; quodque hæc lumbricato oleo pluries etiam fuerit delinita. Cujus usus nervosarum partium morbis peculiariter a Schrodero, Hoffmanno, ceterisque passim auctoribus proponitur. Postea deinde objicit ille, quod istiusmodi levis affectio tam apto remedio non obstiterit; cum mulier in hac prima morbi periodo, etsi haud omnino convaluerit; tamen menstruas quandoque, quandoque bimestres inducias impetraverit; quibus eadem valida ac potens in domestica quævis officia potuit incumbere, quæ sub idem tempus, quo supra dicto dolore vexabatur, non omnino remisit.

9 Antequam hisce argumentis reponimus, non ignorandum sane est, quod coxæ dolor, qui Græcis *Ischias* nominatur, quibusdam Podagræ species videtur: nonnullis non dissimilis Arthritidis est: Alii vero eundem, perinde ut Rheumatismum considerandum esse proponunt. Nec vero coxæ dolor longe ab ejusmodi morbis distare videtur; licet ab his omnibus aliquando abhorreat. Verum, utcumque res est; illud certum quidem, ratumque habetur, quod hujuscemodi dolor ab humorum acrimonia proficiscitur, quæ in ipso femoris articuli succo potius, quam in reliquis articulis sedem figit.

10 His propositis, primum nullo sane pacto R. P. Promotor morbum Antoniæ Niglio, quocumque ejus decursus tempore velit considerare, parvi pendere debet. Utpote cum dolor coxæ in humorum acrimonia consistat, quæ in fibrillis nervosis inhærere solet. Unde porro per se manifestum fit, quod ab hujusmodi partibus adeo tenuibus dolor ille infixus, non ita facile amoveri, atque depelli possit. Equidem hanc ipsam difficultatem providus Hippocrates agnovit, dum ita nobis scriptum reliquit = *Quicumque autem morbus in nervos pervenerit, roboratur, & quiescit in eodem loco, & difficile est ipsum*

ipsum educere (1) =. Ex hoc itaque auctore discimus, quod Antoniæ Niglio coxæ dolor non ita levis fuerit, uti R. P. Promotor opinatur. Quandoquidem istiusmodi dolorem in maximo totius corporis nervo consistere physici omnes affirmant; ubi nimirum dilacerans humorum acrimonia resid̃ere solet. Ejusmodi enim nervus, (quem *Ischiadicum*, sive *cruralem posteriorem* (2) nominant), componitur & quarto, & quinto pare nervorum lumborum, & ex ossis sacri nervis (3). Maximus autem nervus hicce in posteriori femoris parte descendens per tibiam, & totum pedem, ad digitos usque distribuitur. Sed ad rem.

(1) De Loc. *in homin. num.* 9.

(2) Heister. *Compend. anatom. Neurolog. sive de nerv. p. m.* 183.

(3) *Esposiz. Anatomic. del* Winslovv. *tom.* 3. *Trattat. delli nervi num.* 295. *p.* 174.

11 Deinde vero ad hæc accedit, quod Antoniæ Niglio dolor Ischiadicus, non solum ratione loci, quem occupaverat, parvi habendus non sit, sed etiam propter ipsius morbi naturam, unde pertinaciter ægrotantes vexari solent. Uti hoc modo Hippocrates evenire constanter edicit. = *Longos autem necesse esse tabem, dysenteriam, podagram, affectiones fluidas circa articulos, pituitam albam*, *COXENDICUM MORBUM* (4) =.

(4) *Id. lib.* 1. *De morb. num.* 3.

12 Quare hujusmodi morbi contumaciam in Antoniæ Niglio dolore perstitisse satis manifestum est, cum ab ipso sexdecim mensium circiter spatio usque ad prodigiosæ sanationis tempus ea fuerit vexata (5).

(5) *Summ.* §. 85 & §. 89.

13 Neque deinde minoris ponderis ejusdem mulieris dolor coxæ esse debet, contra R. P. Promotoris sententiam, si ad ejus effectus, quos illius parit pertinacia, animum advertamus. Etenim Ischias, sævissimus sane dolor, est morbus, qui suas radices agens, crus, atque femur enervat; quique perdurans, & augescens post ferocissimos cruciatus motu orbat articulum, vix ullis remediis vincendum. Quippe cum ejusmodi ægrotantes postea quidem claudicare solent. Quin immo femoris caput extra coxam sæpissime elabitur; Idemque femur protinus contabescit. Sic enim medicinæ lumina huic sententiæ suffragantur, & in primis *Hippocrates*, qui hoc modo scribit = *Claudi vero a coxendicum morbo fiunt* (6) =. Post quem latinus medicus A. C. Celsus morbi hujus sævitiam exprimens ita habet. = *Ingens dolor* (coxæ) *esse consuevit: isque hominem sæpe debilitat, & quosdam non dimittit* (7). =

(6) *Id. ibid. loc. sup. cit.*

(7) Cels. *de Medicin. lib.* 4. *cap.* 22. *de coxar. morb.*

14 Tum adde quod post immanes dolores, sæpe etiam fit, ut ægrotantes partis affectæ immobilitati, tumorique adjecto subigantur. Quemadmodum præter ceteros advertit *Boerhaavius*. = *Si durat, & augetur*, (verba auctoris sunt) *sæpe post atrocissima tormenta articulum motu privat, anchylosin* (id est partis immobilitatem cum tumore) *creat, vix ulli cedentem remedio* (8) =. Tandem huic veritati Richardus Mead ita subscribit =, *Sævissimus est dolor, quem Græci Ischiada appellant, quod coxas prehendit, ... malum hoc, ubi inveteraverit, femur cum crure debilitat, & æger claudicat; interdum etiam femoris caput extra coxam elabitur, & femur ipsum protinus contabescit* [9] =. Quod ipsum *Hippocrates* præmonuit (10). Quem sequutus *Riverius* hoc modo edisserit = *Prognosis doloris Ischiadici hoc habet peculiare, quod diu perseverans, coxæ luxationem inferat* (11).

(8) *Id. Aph. de Cogn. & Cur. morb.* §. 1492.

(9) Richard. *Mead. monit. & præcept. Medic. cap.* 13. *de dolor. articulor.*

(10) *Aph.* 60. *sect.* 6.

(11) *Prax. Medic. lib.* 16. *cap.* 2. *De Dolor. Ischiadic.*

15 Denique morbi hujus gravitatem ex eo derivandam esse certum est, quod materia dolorem Ischiadicum creans aliquando suppuratur, & in abscessum convertitur. Quemadmodum ex eodem *Hippocrate* habemus in historia *Eupolemi*, qui talem abscessum passus est, & ex eo tabidus interiit (12).

[12] *Epidem. lib.* 3.

16 Ex quibus omnibus conficitur, ut morbus Antoniæ Niglio, quocumque ipsius decursus tempore eum velit R. P. Promotor considerare, magni quidem habendus sit.

17 Neque vero ratio, quam R. P. Promotor opponit de integra adhuc ætate Antoniæ Niglio, quæ quadragesimum sextum suæ ætatis annum nondum excesserat, ejusmodi doloris levitatem evincit. Tum quia hujusmodi ætas pro integra non est habenda, sed potius pro virili, vel constante ætate: cum finis juventutis apud medicos scriptores constituatur annus XXXV. & initium crudæ senectutis annus XLIX. (1) Tum quia Ischiadicus dolor id ætatis in primis vexare solet, *Hippocrate* præ ceteris hoc modo monstrante. = *A quadragesimo anno usque ad sexagesimum . . . . etiam coxendicum morbus maxime affligit* [2] =.

18 Quod vero ejusmodi coxæ dolor levis æstimandus sit, ex eo quod non continuo mulierem vexaret, sed intermitteret; quodque ille modo levis, modo ferocior esset. Sane R. P. Promotori reponimus, quod doloris induciæ, aut ejus acerbitatis remissio, morbi levitatem minime quidem ostendunt. Dolor enim Ischiadicus identidem omnino remittere, aliquando intermittere, atque denuo repetere solet; præsertim cum contumax evaserit; non aliter ac in Podagra, Arthritide, Rheumatismo, atque ceteris hujuscemodi morbis fieri assolet. Qui sane morbi non semel accedunt; verum adeo frequentes paroxysmorum nexus ineunt inter se, ut modo breviores, modo longiores, modo mitiores, modo vehementiores recrudescant (3). Ob quam rem sat est considerare, quod, cum Antoniæ Niglio coxæ dolor sexdecim menses perduraverit (4), palam ostenditur, eum jam radices egisse ob pertinacem illius sanguinis acrimoniam, quæ identidem nervosas fibrillas per femur distributas, debiles, vitiosasque factas aggrediebatur. Quare mulieris dolor tanquam diuturnus morbus, ac proinde non levis, haberi debet, licet nonnullas inducias fecerit. Uti opportune *Jo: de Gorter* hisce verbis edicit. = *Coxæ morbus diuturnus non significat, omni tempore adesse dolorem, sed quando dolor, aut molestia quævis diu, vel continuo, vel per intervalla vexavit illum articulum* (5) =.

19 Illud autem R. P. Promotori negare non possumus, quod lumbricatum oleum ad leniendum nervosarum partium dolorem a nonnullis medicis auctoribus, præsertim a *Schrodero*, *Hoffmanno*, cæterisque adhibendum esse proponatur. Et re quidem vera istiusmodi oleum partim emolliendo, atque laxando corporis humani fibras; partim vero penetrando glutinosum, acremque humorem, nervosas fibras irritantem dissolvere, & dolorem ipsum tantisper sedare quidem potest. Verum cum ejusmodi oleum ad debellandam acrem constitutionem, quæ in universa fluidorum massa residet, opportunum & efficax non sit; hinc sane conficitur, ut illiusmodi peccans humor denuo in minimis illis nervosis partibus, quæ jam debiles vitiosæque sunt, defixus hæreat. Id autem verissimum esse, ipsa facti species ostendit. Nam si illiusmodi oleum tantum roboris habuisset, ut acrem illam humorum Antoniæ Niglio *diathesim*, ut ajunt, vincere potuisset: Ischiadicus certe dolor ille sexdecim menses totos identidem in eadem tam immaniter non recruduisset. Uti revera non sine constanti ratione evenisse affirmandum est. Nam lumbricatum oleum efficere idem poterat, ac mitigans remedium, dolorem nempe parumper leniendo. Verum hunc radicitus extirpare, atque prorsus amovere, haud

(1) Jo. de Gorter. *Medic. Hippocrat. lib. 3. Aph. 30.*
(2) Hippocr. *lib. 2. Prædict. num. 45.*
(3) Sydenham. *Tract. de Podagr.*
(4) *Summ.* §. 74.
(5) *Id. Medic. Hippocr. lib. 6. Aph. 59. §. 2.*

haud quidem unquam poterat. Opportunum enim, & efficax remedium ad pertinacem, fixamque ejus doloris caussam debellandam penitus penitusque illud impar fuisse, quisquis ad ejusmodi morbi naturam attenderit, ex sese apertissime noscet.

20 Quare R. P. Promotor ex doloris intermissione, aut sedatione morbi levitatem Antoniæ Niglio inferre minime debet. Etenim ejusmodi remedium, uti modo diximus, morbum quidem lenire poterat, quemadmodum in primis accessionibus factum fuit, in quibus mulier licet non integræ sanitati reddita; munia tamen sua facere valebat. Verum vitiosum humorem in ejus coxæ profundo hærentem depellere, atque dissipare, nunquam certe oleum illud poterat, aut impedire quominus rebelles accessiones repeterent. Quæ sub ejusdem morbi finem adeo ferociter in eandem mulierem sævierе, ut gravioribus aliis symptomatis vexata, lecto ipsa defixa teneri coacta fuerit uti unanimi ore testes affirmant (1).

21 Ex his omnibus igitur planissime conficitur, ut quocumque decursus stadio Antoniæ Niglio coxæ dolor consideretur, pro levi habendus non sit; tum quia tam sæpe pertinax repetiit, sic ut magis magisque incresceret; tum etiam quia is remedii usum eludebat. Quemadmodum illud discrimen apertissime ostendit: ad quod sub finem morbi eadem mulier redacta fuerat, cum nullum amplius ab illiusmodi remediis ei levamen esset; sed graviores in dies magis coxæ dolores eidem tandem accederent (2).

(1) *Summ.* §. 101. & §. 106.

(2) *Summ.* §. 14 & §. 15.

22 Verum ad alia argumenta R. P. Promotoris descendendum est.

§. II.
ANIMADVERSIONUM.

23 Putat nunc jam R. P. Promotor omnino alienum esse a regulis, quibus Apostolicæ Sedis disciplina innititur, quod nimirum, spectato hoc primo quindecim mensium spatio, levis istiusmodi passio Ischiadica pro miraculi argumento proponatur. Utpote quæ ad longissimum tempus in Infirma Niglio altas radices non egit; cum medicamenta eam demulcere per unum, & quandoque duos menses potuerint; quæque in hoc primo tempore gravibus symptomatis, perniciosis nimirum febribus, cibi fastidio, stomachi dejectione, virium debilitate, & hujusmodi ceteris vexata minime fuerit. Præsertim vero cum ab ipsa facti specie evidens sit, quod mulier in primo quindecim mensium tempore in lecto non decubuit, neque ullam medici opem imploravit nisi in ultima morbi periodo. Ille itaque concludit, quod cum Miraculi argumentum aliquod arduum, insuetum, & admirandum esse debeat, quod vel præter, vel contra naturæ modum contingat; cumque morbi magnitudo vel ex læsæ partis dignitate, vel ex symptomatum vehementia desumenda sit, prout ex Benedicto XIV. Pontif. Optim. Max habetur: plus æquo fidant sibi Postulatores, qui levem dolorem Ischiadicum illiusmodi esse putant: præsertim cum in primis quindecim mensibus is adeo diversus fuerit, ut ægra mulier medici consilium adhibere, & in lecto decumbere inutile judicaverit.

24 Non bene R. P. Promotor opinatur, hujusmodi Antoniæ Niglio coxæ dolorem contra regulas disciplinæ ab Apostolica Sede constitutæ pro Miraculi argumento propositum esse. Nam ex sententia sua ille sibi persuadet, ejusmodi dolorem levem fuisse morbum, ex eo quia tanto temporis intervallo non adeo egit in Infirma Niglio radices; cum unum, & quandoque menses duos a remediis levatus is fuerit. Nullo enim modo pro levi haberi potest morbus ille, cujus semen & caussa ab intima humorum massa suapte natura suppeditatur. Quique

sese rebellem ac pertinacem suis accessionibus ostendit. Deindeque licet a remediis leniri mitiatur; firmior tamen atque valentior exsurgit. Non aliter ac in indomabili Podagra fieri solet; quæ etsi post paroxismum liberum ægrotantem relinquat: tamen quia in sanguinis sinu podagricum semen residet, de integro repetit, atque hoc modo identidem continuo prosequitur. Si igitur ob hujusmodi paroxismorum podagricorum intermissionem, nullo modo Podagra levis morbus vocandus est; quemadmodum ipsa experientia demonstrat: ita quidem Antoniæ Niglio Ischiadicus dolor pro levi haberi minime debet. Cum hi duo morbi, æque ac Scorbutus, & Rheumatismus, &c. (1) maximam inter se habeant analogiam.

(1) Jo. de Gorter. *Medic. Hippocr. Aph.* 101. §. 11.

25 Neque obstat illud, quod illius coxæ dolor a remediis lenitus fuerit; cum Podagrę quoque paroxysmi leniri ab aquę gelidę usu maxime possint; Verum postea ferocius recrudescant. Quare damus itidem, remedia illa Antonię Niglio coxæ dolorem lenire potuisse: sed cum ab iisdem morbi caussa depelli non potuerit; ab ipsa quidem facti specie constat, quanto ferocior Ischiadicus dolor ultimis morbi diebus recruduerit; utpote qui tam immaniter mulierem vexavit, & una cum atrocissimo Colico dolore, aliisque pessimis symptomatibus ad miserum statum eam redegit.

26 Quod vero Mulieri Niglio terrentia Symptomata in hoc primo morbi tempore non apparuerint, id est perniciosa febris, cibi fastidium, stomachi dejectio, virium debilitas, & hujusmodi cetera; præcipue quod lecto per id tempus ea non accubuerit, & ad Medici auxilium non accesserit: id quidem indolem atque intimam hujusmodi doloris naturam minime mutat. Quamquam enim ab initio is minus a periculosis symptomatibus stipatus apparuerit; id tamen non impedit, quominus pertinax atque rebellis deinde ille esset, atque vehementioribus symptomatis gravaretur, uti postea revera factum fuit (2). Quare non ad primum morbi hujus tempus respiciendum est, neque ad illud, quod in principio mulier in lecto non decumberet, neque Medici consilium adhiberet; quo facilius morbi gravitas existimari possit. Verum in ultimo tempore morbus considerandus est, quo eadem Mulier lectulo affixa Medicum consulvit majori morbi ejusdem atrocitate vexata, unde Ven. Caraccioli auxilium imploratum fuit.

(2) *Sum.* §§. 68. & 69 & §§. 118. & 125.

27 Quamobrem jure Postulatores ejusmodi morbum gravem existimant, tum ob rebellem ipsius naturam; tum ob gravitatem novissimorum symptomatum, quæ de improviso evanescere non poterant; cum ejusdem morbi caussæ sine Ven. Francisci Caraccioli intercessione, nunquam, vel saltem difficillime depelli potuissent.

§. III. Animadversionum.

28 Nunc vero P. R. Promotori non arridet, quod, habito respectu ad ultimos viginti dies ante sanationem, quibus Infirma Ischiadico dolore vehementius conflictata in lecto decumbere coacta fuit; Postulatores morbi gravitatem deduceant ab eodem recrudescente dolore, ab accedente febre acuta & continua, ceterisque doloribus, quos accitum Medicum nimis animose *Colicos* vocare ille objectat, quibusque intermissus somnus incessit, ab eodem Medico non quies, sed lethargicus somnus appellatus.

29 R. P. Promotoris pace dicam; Hujusmodi argumentandi genus adeo infirmo nititur talo, ut facile unicuique animadvertenti per se pateat, illud gratis admissa hypothesi laborare. Etenim persuadere ille

ille ceteris conatur, quod male Postulatores ejusmodi morbi gravitatem a recrudescente coxæ dolore, & ab reliquis adjectis morbis derivandam esse constituant. Perinde quasi a Postulatoribus morbi gravitas ex veris, certisque principiis desumta non sit. Verum illud pro certo affirmare possumus, quod non sine certa, constantique ratione hujusmodi argumentatio illi retorquenda sit. Nam ob ea ipsa principia morbi hujus gravitatem affirmandam esse contendimus. Idque verissimum esse ipsa experientia probat. Certum enim ex physicis est, quod si quis morbus de integro recrudescere videatur, ejus quidem primæ caussæ eversæ atque expulsæ nunquam sint. Hinc fit, ut licet ille quocumque remedio lenitus, aut superatus appareat; tamen, cum ejusdem primæva caussa evinci non potuerit, sed tantummodo effectus imminui: mirum sane non est, quod ferocius quandoque morbus ipse denuo recrudescat. Ejusmodi vero sententiam *Gerardus Van Swieten* sapienter hisce verbis tuetur. = *Nullus videtur melior canon esse in Medicina, quam ille, quod in curandis morbis semper ad CAUSSAM PRIMAM, unde omnia reliqua fluxerunt, sit respiciendum.... Qui ex debilitate natum hydropem, purgantibus emungendo corpus curant, post paucos eos dies mirantur aqua tumere omnia, dum omnia ruunt in flaccida hæc vasa* (1) =. Ex quibus certe manifestum fit, quod cum Antoniæ Niglio coxæ dolor tam rebellis factus fuerit; ejus quoque caussæ contumaces esse deberent; unde illiusmodi rebelles accessiones oriebantur. Ita supra laudato auctore testante =. *Sed non sufficit morbum superasse, debent etiam tolli caussa, unde necessario rediturum prævidemus* (2).

(1) *Id. Comment. in Aph. Boerh. tom.* 1. §. 45. *p. m.* 56.

(2) *Id. ibid. loc. nup. cit.*

30 Si igitur Ischiadicus iste dolor ob suas pertinaces caussas, quæ rebelles accessiones efficiebant, æstimandus sit. Quanto potiori jure gravis morbus appellandus erit in ultimis hisce viginti diebus, in quibus tam ferociter sæviebat, sic ut Antoniam Niglio in lecto decumbere cogeret? Gravissimus vero in hoc ultimo tempore idem morbus judicandus quidem est, ex eo quia acuta & continua febris Colicus dolor, nausea, & vigiliæ denique accesserint, quæ mox in soporem conversæ sane fuerunt (3).

(3) *Sum.* §. 80. & §. 86.

31 Ostendit deinde Rev. P. Promotor parvi habendos esse graves morbos, qui Infirmæ Niglio accessere, quasi per viam eos indicando, & curæ Medicum audaciæ nota inurendo; quippe qui asseveret, Colicos fuisse dolores; somnumque, soporem fuisse.

32 Ut ergo certi simus utrum morbi, qui ultimis viginti diebus Antoniæ Niglio accessere levesne fuerint, an valde periculosi, quo tutius inoffenso pede miraculi hujus fundamenta jacere possimus; necesse quidem est considerare, quænam signa fuerint, quibus curæ Medicus nixus fuerat, sic ut dolores illos Colicos appellaret, & & somnum pro Comate morboso haberet; quantoque periculo esset acuta, & continua febris, quæ accesserat.

33 Certissimum primum illud est, quod Antonia Niglio ultimis viginti diebus gravibus viscerum imi ventris doloribus fuerit conflictata, sic ut illam clamare hi cogerent (4). Deinde ab omnimoda suppressione eorum, quæ per inferiora excernuntur (5), tum nausea; virium debilitate, & denique continua, acutaque febre vexaretur (6).

(4) *Summ.* §§. 67. 80. 81.

(5) *Sum. ibid.* §. 67.

(6) *Sum. ibid. loc. nup. cit.*

34 Duo illa tantummodo prima signa sine dubio a scientiæ Medicæ scriptoribus pro doloris Colici certissimis notis habentur. *Riverius* enim

enim in Morborum diagnosi nulli secundus in primis sic habet =. *Diagnosis hujus affectus* [doloris Colici] *in genere facilis est. In primis enim dolor acerbissimus est, adeo ut si levior fuerit, vere Colicus appellari non debeat, ex sententia Galeni lib.6. de loc. affect. cap.2.* (1).

35 Quamobrem, nisi Mulier Antonia Niglio acutissimos dolores sustulisset; jure R. P. Promotor de illius Colicis doloribus dubitare posset; quemadmodum nnper laudatus Auctor apertissime indicavit.

36 Deinde ab eodem Auctore ceteris signis Colici doloris, alvus compressa etiam adnumeratur. Sic enim ille scribit = *Alvus ut plurimum adstricta est, ut nihil per aluum Ægrotantes ne flatum quidem emittere possint* (2). = Quibus certe Riverii signis, quæ in muliere Antonia Niglio deprehenduntur, addenda quoque est ejusdem virium debilitas, qua ipsa opprimebatur (3). Hæc enim pro certo indicio erat, morbum in illius intestinis hæsisse. Nervosissimis enim his partibus talis proprietas est, Swietenio inter ceteros testante, ut si eædem a noxiis aut & venenatis humoribus, sive ab inflammatione afficiantur; omnes illico ægrotantis vires prosternantur (4).

17 Ex quibus sane notis conficitur, ut jure, meritoque curæ Medicus illiusmodi Antoniæ Niglio dolores vero nomine Colicos appellaverit. Ob quam rem dignus quidem ille non videtur, qui audaciæ nota a R. P. Promotore ullo modo inuratur,

38 Adde, quod, cum ad ejusmodi Colicos dolores febris acuta continua accederet; id certe evidens signum erat, quod in intestinorum membranis inflammatio excitabatur. Partium enim internarum inflammatio ab acuta continua febre semper indicari solet. Ita enim sententiæ huic medicinæ lumen *Van Swieten* subscribit =. *Febris antem acuta continua inflammationes inprimis internarum corporis partium comitari solet semper* (5) =. Neque aliter quidem optimus ejus Doctor Boërhaavius suffragatus est, dum hisce verbis illum præivit =. *Febris, frequentissimus morbus, inflammationi individuus comes* (6) =.

39 Si itaque Colicus dolor a celebrioribus Medicinæ professoribus periculi plenus existimatur, multo sane periculosiores Antoniæ Niglio Colici dolores habendi sunt, ex eo quia acuta continua febris jam aderat, quæ inflammationem indicabst. Maxime vero ii extimescendi erant, ex eo quia nausea, vigiliæ, & denique sopor accesserant; quæ certe signa ab continua distentione partium nervosarum per imum ventrem ægrotantis Niglio propagatarum proferebantur. Quæ quidem nervosæ partes ejus cerebrum in consortium trahebant; atque inde hoc presso illius soporis gravitas oriebatur, uti ex Physicis constat. Unde jure a curæ Medico Conia, seu morbosus somnus fuit appellatus.

40 Qua de re nullo modo hujusmodi somnus, naturalis quies vocari potest, uti R. P. Promotor contendit. Cum morbus adhuc in suo statu, & vigore esset, utpote cum nullum ex ceteris morbosis Symptomatis conquievisset; præsertim vero acuta continua febris, & contumaces dolores tam Ischiadicus nempe quam Colicus perdurarent. Ex quibus sane auctus fuit sanguinis motus, & continuæ vigiliæ jam inde ab initio excitatæ fuere, quæ malum signum portendebant, quemadmodum hoc modo *Johan. de Gorter* nos docet = *Vigiliæ autem perdurantes, quamvis ad finem videatur tendere* mor-

(1) *Id. Prax. Medic. lib.10. Cap.1. de Dolor. Colic.*

(2) *Id. ibid. loc. sup. cit.*

(3) *Summ. n.68. 69. & n.80.*

[4] Van Swiet. *tom. 3. n.960. Intest. inflam. p. m.168.*

[5] *Id. ibid. loc. supr. cit. tom. 3. Nephritis n. 993. p. m.223.*

[6] Aph. *de Cogn. & cur. morb. n.558. de febr. in gen.*

morbus, prava indicia prabent, vel metastasin ad caput, vel recidivam portendunt (1). Ex his denique metastasis ad caput Ægræ mulieris facta fuit. Unde magis magisque ejus cerebro oppresso, sopor ille conciliatus fuit; qui non solum nihil levaminis Infirmæ afferebat, sed etiam eam in statum deteriorem redigebat.

(1) Joh. de Gorter *exercit. Med. secund. de somn. & vigil. §. 26. p. m. 70.*

41 Ut igitur Antoniæ Niglio hujusmodi sopor quies vocari posset, oportebat quidem, lenem motum ejus spirituum animalium in eadem inesse, quem quidem nunquam ipsa habere poterat, ob sanguinis impetum, qui ab acuta continua febre, & a doloribus ad illius nervorum principia afferebatur. Necesse deinde erat, ejusmodi somnum aliquid levaminis attulisse, non vero morborum omnium pertinaciam, a quibus ea usque ad patrati miraculi tempus divexata fuit. Et re quidem vera hanc sententiam ita celebris ex Boerhaaviana familia *Johannes de Gorter* tuetur =. *Requiritur enim, ut somnus obrepat, spirituum animalium motus blandus, qui non conceditur cum sanguis tanto impetu ad nervorum principia feratur* =. Deinde paulo infra idem sic pergit. *Et in morbis cum aucto sanguinis motu semper vigiliæ urgent, nisi copia sanguinis major cerebrum opprimat, inferens soporem, qui igitur ægro nihil levaminis adfert, verum in statum deteriorem deducit. Quare somnus in acutis si levat bonum; qui vero non levat malum; quia ex cerebri oppressione producitur, non vero ex quietiori humorum motu, vel alia bona somni caussa* (2) =.

(2) *Id. Opuscul. var. Medico-Theoretic. Exerc. Medic. secund. de somno, & vigil. p. m. 79. §. 26.*

42 Ex quibus omnibus conficitur, ut jure Postulatores morbi gravitatem desumant ab Ischiadico recrudescente dolore, ab acuta continua febre, a doloribus, quos ex signis vere colicos fuisse manifestum fuit; & denique a sopore, qui sine dubio morbus quidem fuit.

§. IV.
ANIMADVERSIONUM.

43 Mox R. P. Promotor argumentatur, quod, cum ægra mulier Niglio tribus mensibus ante postremam morborum congeriem menstrua suppressione laboraverit, a qua in morbum offendit viginti diebus ante sanationem, facile Medico concedi possit, eandem mulierem infirmam in Colicam affectionem incidisse: dummodo hæc pro *Colica hysterica*, vel pro quocumque dolore in quavis intestinorum parte excitato habeatur. Verum e contrario nunquam ille medico assentitur, si ejusmodi affectionem pro gemina, vera Colica habendam esse is putet; quemadmodum a Bartholomæo Castellii definitur. Quare ille opponere pergit, quod si veræ Colicæ conjectura in quovis ægro ob affines finitimis partibus morbos, uti idem Castellius asseverat, incertissima est; longe difficilior, longeque obscurior veræ hujus Colicæ conjectura erit in fæmina menstrua suppressione laborante. Ex quo ille concludit, quod, uti miraculi subjectum, Ischiadicus dolor esse non potest, sic in hujusmodi spuria Colicæ specie, miraculi fundamenta jaci nullo modo possint.

44 In lubrico quidem, & instabili positum est fundamentum istud, quo R. P. Promotor nititur, ut ejusmodi Antoniæ Niglio vere Colicum dolorem evertat, proque eo hystericum dolorem substituat. Qua de re omnem argumentationis vim in mensium egræ Mulieris suppressione is ponit. Verum nota quidem hæc, passionem colicam hystericam minime constituit; Cum mensium suppressio in fæminis plurium, sexcentorumque morborum caussa occasionalis sit; nimirum pleuritidis, Apoplexiæ, hæmoptyseos, perniciosæ, ut ajunt, febris,

febris, atque hujusmodi ceterorum morborum. Quos quidem omnes ex R. P. Promotoris sententia hystericos nominare oporteret. At vero ejusmodi Colicum dolorem pro Colica hysterica, sive dolorem ab utero excitatum habere; idem est, ac obsoletam, vanam, futilemque Veterum sententiam, qui in quacumque Mulierum morbosa affectione, uteri vitium gratuito accusabant. Cum homines etiam, ac fœminæ, morbos tolerantes, apertissime ostendant, illiusmodi noxas, longe ab utero diversis caussis pendere. Sed propius ad rem.

45 Jure R. P. Promotor hujusmodi Colicum dolorem pro hysterica affectione habere posset, si cetera symptomata hysterico dolori propria, huic etiam comitata essent. Etenim Illi primum poraceæ bilis vomitus semper est junctus; quemadmodum hisce verbis Sydenhamius nos apertissime docet = *Idem etiam dici potest de violentiori isto affectu hysterico, qui externa facie colicam biliosam, vel etiam passionem Iliacam æmulatur; in quo Ægra dolore vix tolerando in regione cordis scrobiculo circumposita*, *VNA CVM IMMANI MATERIÆ HERBAM COLORE REFERENTIS, EVOMITIONE, DISCRVCIATVR* (1). =

46 Quamobrem cum sciamus, ejusmodi evomitionem *biliosam* nunquam in Antonia Niglio apparuisse; concludere hinc possumus, frustra R. P. Promotorem niti, ut hujusmodi doloris hysterici denominationem ex menstrua suppressione Mulieris derivare possit.

47 Deinde nemo ex optimis Medicinæ professoribus asseverat, quod Colicæ affectioni hystericæ febris continua acuta debeat accedere; quemadmodum ab hac revera Antonia Niglio urgebatur; ita enim celebris inprimis Ballonius habet. = *Hysterica* [passio] *FEBRIS EST EXPERS, nisi forte in utero vitium aliquod sit, ut inflammatio* (2). = Idemque vero paulo infra hoc modo scribit, = *At hysterica passio expers fere febris est, nisi sit uteri aliqua phlogosis, quæ adesse potest &c.* (3) = Verum potius certum est, ejusmodi febrem tunc quidem adesse, cum intestinorum doloribus inflammatio sese adjungit Van Swietenio ita suffragante. = *Vbi vero absque febre prægressa intestinorum convulsio sævos dolores produxerit, tunc, inflammatione nata, febris sequitur*. = (4)

48 Verum, licet R. P. Promotori daremus, quod a frequentibus spasmis ex hysterica affectione ortis in intestinorum Antoniæ Niglio fibris, uti ipse affirmat, humorum stagnatio, sive inflammatio in minimis arteriosis vasibus eorumdem intestinorum fieret; in hoc quidem casu illiusmodi dolores nunquam pro Colica hysterica possent haberi; sed potius pro vera ac genuina periculosa inflammatione. Quemadmodum inter inflammationis caussas in intestinis, prægressam convulsionem hisce verbis *Boerhaavius* enumerat = *Denique ab convulsione ingente prægressa.... motum sistente sicque inflammationem producente* (5). =

49 Quare cum in ægra Muliere materiæ *biliosæ* vomitus deficeret, quod sane signum hystericæ Colicæ indubium est; cumque notæ illæ apparuerint, quæ veram Colicam constituunt, cui inflammatio accedebat, uti a nobis supra scriptum est. Nullus hinc itaque dubitandi locus relinquitur, quin infirmæ Niglio dolor non hystericus quidem, sed Colicus inflammatorius verissime fuerit. Quemadmodum ab acuta continua febre manifestum fit; ita Boerhaavio docente = *Cognoscitur*

(1) Thom. Sydenham. *Dissert. epist. de affect. hysteric. p. m.* 1042.

(2) Ballon. *lib. de Virgin. & Mulier. morb. p. m.* 133.

(3) *Id. ib. loc. cit. p. m.* 134.

(4) *Id. ib. loc. supra cit. intestin. inflamm. §.* 962. *tom.* 3. *p. m.* 170.

(5) *Aph. de Cogn. & curand. morb. intestin. inflamm. §.* 959.

scitur autem facile pro vera inflammatione ex febre acuta continua comite &c. (1) = Non aliter ac a *Bartholomæo Castelli*, & a Pitearnio breviter hisce verbis definitur. = *Colicus dolor est intestini coli sensus pungens a rebus continuum solventibus exortus* (2). =

(1) *Id. ib. loc. sup. cit. intest. inflamm. 962. p. m. 169.*

(2) *Elem. medic. Physico-Mathem. definit. 72.*

50 Neque vero *Bartholomæo Castellio* a R. P. Promotore proposito negamus, quod ejusmodi Colici, & Iliaci dolores quandam habere possint analogiam, ratione symptomatum, cum ceteris imi ventris doloribus. Verissimum tamen est, ipsorum unumquemque peculiaria, ac propria signa habere, quibus a reliquis doloribus singuli distingui debent. Non aliter ac Nephritis a Colico, & Iliaco dolore discernitur per sedem doloris ardentis, pungentis, magni, inflammatorii; ubi nimirum renes siti sunt; una cum urinæ difficultate, & alvus rara, sic ut pertinaciter suppressa sit. *Celso* in primis affectorum renum diagnostica signa satis bene sic referente. = *Si dolent coxæ, quæque inter has superque pubem sunt, & accedunt frequentes ructus, interdum vomitus biliosus, extremaque partes frigescunt, urinæ crebra cupiditas, sed magna difficultas est, & quod inde excretum est, aquæ simile, vel rufum, vel pallidum est, paulum tamen in eo levamenti est, alvus vero cum multo spiritu redditur, utique in renibus vitium est* (3). = Sic itidem quæcumque ceterorum viscerum labes præter communes, proprias etiam notas præsefert, quibus a reliquis vitiis discernatur. Quæ sane hoc loco singula referre nimium longum, & supervacaneum esset. Quapropter sat illud erit ostendere, quod signa, quæ veram Colicam affectionem ab hysterica distinguunt, vehementissimi in illa dolores sunt, omni suppressa penitus per inferiora excretione eorum, quæ excerni debent, accedente febre acuta continua, cum interim biliosa evomitio omnino deficiat.

(3) Celsus *de medic. lib. 2. cap. 7. p. m. 60. 61.*

51 Quare illiusmodi R. P. Promotoris argumenti deductiones minus veræ omnino evidenter apparent, ex eo, quod a rectis quidem principiis non sunt derivatæ. Hinc quoque patet, quod, cum ejusmodi dolor vere Colicus fuerit, jure concludendum sit, quod tam coxæ Mulieris Niglio recrudescens dolor, quam Colicus hicce inflammatorius, una cum ceteris periculosis symptomatis, pro genuino prodigii argumento ab omnipotente Deo patrati, Venerabili FRANCISCO CARACCIOLI intercedente verissime habendi sint.

§. V. ANIMADVERSIONUM.

52 Pergit porro R. P. Promotor insistere, quod eo minus hujusmodi morbus pro Miraculi argumento judicandus sit, quia cum Mulier infirma per id tempus alvum maxime astrictam haberet; mox opportunis remediis soluta ei fuerit, excretis iis, quæ ex inferiore parte emittenda erant; & Medicus ipse apertissime testatur, illiusmodi remedia adeo fuisse adjumento, ut ægrotans Niglio e proximo mortis periculo evaserit.

53 Si post hujusmodi exiguam alvi dejectionem a remediis excitatam, dolores quidem una cum acuta continua febre recessissent; sique deinde graviora symptomata elicita non fuissent: Certe quidem R. P. Promotor jure ab argumento Miraculi ejusmodi dolores ægrotantis Niglio posset disjungere. Verum, uti post tam exiguam dejectionem alvi, non solum dolores, & acuta continua febris, ne hilum quidem remisere; sed etiam periculosiora cetera symptomata accessere (4): Ita concludendum quidem est, quod levis illa dejectio artefacta nullum levamen principali morbo, Colico nimirum dolori in-

(4) *Summ. §. 68. §. 85. & §. 89.*

inflammatorio afferret. Nam ad hujusmodi morbum evincendum necesse quidem erat, spasmos, & subortam intestinorum inflammationem depelli. Verum cum spasmi ipsi & inflammatio perdurarent; quemadmodum febris acuta continua, & pertinaces dolores ostendunt. Conficiendum hinc sane est, ut morbus adhuc cum suis caussis vigeret; licet tenues illæ artefactæ alvi dejectiones intercederent.

54 Neque valet Medici verba perperam interpretari: perinde quasi is asseveret, Infirmam Niglio liberam omnino fuisse a mortis periculo, post tenues illas ex inferioribus partibus dejectiones. Nam certe quidem ille aperte testatur, quod nisi Mulier parvam aliquam dejectionem alvi ex intervallo fecisset; septimum diem eadem non vixisset (1). Quod sane Medici testimonium sine dubio confirmat, mortem ab ea procrastinatam fuisse; Verum mortis periculum sequentibus diebus adsuturum fuisse, minime ille negat. Ejusdem enim verba id alibi manifesto declarant: quæ sic habent. = *Tanto che feci giudizio, che doveva andare a soccombere colla morte dopo alcuni giorni* (2). =

(1) *Summ.* §.84. p.74.

(2) *Summ.* §.69.

55 Neque mirari quisquam debet, quod istiusmodi Colicus dolor ad vigesimum diem dilatus fuerit; cum Latinorum Medicus Celsus apertissime testetur, quod Iliaca affectio semper acuta sit; Colicus vero dolor longus etiam esse possit. Sic enim ille scribit. = *Intra ipsa vero intestina consistunt duo morbi; quorum unus in tenujore, alter in pleniore est. Prior acutus est: insequens esse longus potest* (3). =

(3) *Id. de Medic. lib.4. cap.13. p. m. 221., & cap.14. p. m.223.*

56 Quamobrem evidentissime conficiendum est, ut istiusmodi morbi sanatio vere in Miraculi argumentum sit referenda. Verum cetera persequamur.

57 Jam vero R. P. Promotor opinatur, undequaque Postulatores circumvallatos esse, cum sibi ad libitum is persuadeat semper in ancipiti morborum gravitatem esse, qui pro primo Miraculi extremo proponuntur. Nam, ait ille, si Colicus Mulieris dolor spectetur, demonstratum jam esse, eum ejusmodi non fuisse; adhibitaque remedia morbis periculum ex illo extimescendum propulsasse. Si vero Ischiadicus dolor consideretur, ex ipsa facti specie manifestum esse, quod diversas is inducias habuerit; quodque levissimus in extremo tempore fuerit, & in nullum vitæ discrimen infirmam adduxerit. Quemadmodum ille ex Medici testimonio colligit, qui sollicitus sane fuerit Colicæ affectioni mederi, utpote periculosiori; dilata jam ad aliud tempus Ischiadici doloris curatione, a quo vitæ periculum timeri non poterat.

§. VI. ANIMADVERSIONUM.

58 In hujusmodi objectione R. P. Promotor concludere tentat dubium de gravitate horum morborum, gratis admittendo, demonstratam a se jam esse dolorum Antoniæ Niglio levitatem. Verum e contrario quisque potest per se concludere cum Postulatoribus ex eo, quod a nobis supra satis demonstratum est, hos utrosque morbos vehementissimos quidem fuisse, & vere dignos, qui pro Miraculo proponantur. Nunquam enim ille poterit ex signis demonstrare, quod Antoniæ Niglio dolor hystericus fuerit: Cum contra nos evidentissime ostenderimus vehementes imi ventris dolores omnimodam suppressionem eorum, quæ ex inferioribus partibus emittenda erant, & continuam acutam febrem, non solum palam fecisse, quod Infirmæ dolores vere Colici erant; verum etiam Colici inflam-

flammatorii, & proinde periculosi. Eoque magis, quia morbosa symptomata ejusmodi dolores comitantia sine ullo levamine perdurabant, gravioribus aliis etiam accedentibus [1].

(1) *Summ.* §§. 68. & 80.

59 Cum igitur sic habuerint se hujusmodi omnia symptomata; cumque inprimis acuta continua febris perstiterit; concedere nobis debet R. P. Promotor, quod hæc certa fuerint indicia, ejusmodi Colicam affectionem inflammatoriam benigne resolvi nullo modo posse; sed potius in pessimos exitus morbis inflammatoriis solitos abire debere. Hinc sane fieri debeant, ut Colica illa affectio aut in sollicitam gangrænam, aut in abscessum, vel denique in totalem putrefactionem intestinorum desineret. Hoc modo enim fieri debere *Gerardus Van-Swieten* sic monet = *Sed acutissima febris intestinorum inflammationem comitans, nisi statim efficaci medela succurratur, brevi gangrænam lethalem facit, dum in constrictis spasmo partibus valide simul inflammatis omnis influxus, & effluxus vitalis humoris subito tollitur* (2) = Quinimmo vehementissimus idem dolor, [ob quem miseris ægris his mori beatum esse dixit Aretæus) [3]. febrim auget, gangrænam accelerat.

(2) *Com. in Aph. Boerh. tom. 3. inte- stin. inflammat.* §. 960. *p. m* 168.

60 Accedit ad hæc, quod nisi mulier vivendi finem faceret ob hujusmodi gangrænæ terminum; alii quoque pessimi exitus imminebant, qui mortem ei afferre sine dubio debebant. Uti ex ipsius *Aretai* doctrina apertissime colligitur, qui ita scribit. = *Multi quidem vi torminum repente intereunt: aliis intestinum suppurat, deinde nigricans, tunc & putrefactum excidit, atque ita deficiunt* (4). =

(3) *De Cur. morb. acut. lib. 2. cap. 5. p. m.* 105.

(4) *Id. de Causs. & Sign. morb. acut. lib. 2. cap. 6. p. m.* 18[illegible]

61 Quod vero Rev. P. Promotor Ischiadici doloris levitatem deducere tentet ex diversis induciis, quas is iniit cum Muliere, asseverando quoque, quod in novissimo tempore levissimus fuerit dolor ille, & ægram ad nullum vitæ periculum redigeret, ex eo quia Medicus sollicitus non fuerit de curatione hujusmodi doloris, sed tantummodo affectionis Colicæ. Reponimus sane, quod a nobis satis supra demonstratum sit, ejusmodi inducias, caussarum illius doloris pertinaciam manifesto declarasse (5); atque proinde ex hoc deducendum non esse, levem morbum fuisse.

(5) §. 111. *hujus.*

62 Neque intelligere satis possumus quomodo sibi persuadeat R. P. Promotor, levissimum dolorem hujusmodi Ischiadicum in ultimis diebus fuisse. Cum mulier sub idem tempus eo esset redacta, ut lectulo affixa nihil se posset dimovere, vehementer exclamans ob utrorumque dolorum sævitiam [6].

[6] *Summ.* §. 81.

63 Quod si vero Medicus curationem coxæ doloris in aliud tempus transtulit; hinc sane minime relinquitur, morbum levem fuisse. Nam licet verum sit, quod Ischiadicus dolor tunc non esset lethalis: verissimum tamen est, quod is pertinax ob suas caussas esset, proindeque nullo modo posset curari. Quare non sine ratione Medicus per id tempus lethalem morbum magis extimuit, quam longum, & qui difficillime posset curari.

64 Jure igitur meritoque Postulatores istiusmodi dolores Ischiadicum, & Colicum pro gravibus & veris Miraculi argumentis proponere non dubitant.

§. VII.
ANIMADVERSIONUM.

65 Urget adhuc R. P. Promotor opponens, quod febris ad Infirmam accedens ejusmodi fuerit symptoma, quod non ad perniciem, sed ad salutem ægrotantis referendum sit. Ille enim contendit, a tali febre solvi atque digeri morbosam materiem, quæ nimirum Ischia-

dicum dolorem gignebat. Ad quod probandum ille in medium profert sententiam Summi Pontificis *Benedicti XIV.*, *Sydenhamii*, *Van-Swietenii*, & denique *Tozzii*. Qui quidem affirmant, febrem non semper perniciosam esse: Cum aliquando natura per eam morbos nonnullos depellere conetur.

66 Negandum sane R. P. Promotori non est, aliquas a natura febres excitari ad expurgandam sanguinis massam ab heterogeneis particulis sibi ipsi inimicis, quæ morbum excitare solent. Animadversum enim usque ab Hippocratis ævo fuit, febrem a diversis, gravibusque morbis liberare; uti a convulsionibus, ceterisque hujusmodi non levibus affectionibus. Idque variis in locis comprobatum est, non solum ab auctoritate Pontificis Opt. Max. Benedicti XIV., Sydenhamii, Swietenii, Tozzii, verum etiam ab ipso Hippocrate, qui inter ceteros sic scribit = *Si quis ebrius de repente obmutescat, convulsus moritur, nisi eum febris corripuerit* (1). Item alibi. = *A convulsione si febris prehenderit, cessat eodem die, aut postero, aut etiam tertio* (2). = Quare merito Sydenhamius præ ceteris Auctoribus a R. P. Promotore propositis, febrem vocavit naturæ instrumentum, quo partes impuras a puris secernat (3). Dixitque idem alibi a natura illam concitari, ut heterogenea materia, ipsi inimica secernatur; vel ut sanguis in novam aliquam diathesim immutetur [4]. Quare Van-Swietenius affirmat, Sydenhamium prioris effectus febris exemplum desumere ab illo genere febrium, quæ eruptionibus stipantur, ut in variolis, morbillis &c. fit (5). Attamen clare patet ex Sydenhamii verbis, ejusmodi salutares febres a natura excitari. Hoc posito; mordicus nunc R. P. Promotori negamus, febrem acutam, continuam Antoniæ Niglio referri posse ad genus illarum febrium, quas supra laudati Auctores depuratorias vocant. Constat enim ex eo, quod a nobis supra demonstratum est, ejusmodi febrem non fuisse a natura excitatam, uti gratis R. P. Promotor admittit. Verum ab inflammatorio morbo in intestinis Infirmæ Niglio nato. Nam omnis hujus morbi historia demonstrat talem inflammationem in ea subortam fuisse ob assiduos spasmos. Quemadmodum ab omnibus sympromatis facile deducitur, & maxime ab acuta continua febre. Ita enim Boerhaavius suffragatur. = *Cognoscitur autem facile pro vera inflammatione* (intestinorum) *ex febre acuta continua comite &c.* (6) = A Swietenio autem sic habemus = *Ubi vero absque febre progressa intestinorum convulsio sævos dolores produxerit, tunc, inflammatione nata, febris sequitur* [7].

67 Accedit ad hæc, quod cum demonstratum sit, Antoniæ Niglio febrem acutam continuam fuisse, ipsius quidem humores, ob magnum rapidumque sanguinis motum, qui in eadem excitabatur, debebant in acrem indolem degenerare, & illius dolorum caussam augere. Quemadmodum apertissime laudatus Swietenius sic nos docet = *Illa tamen humorum mutatio, quæ in febribus continuis fit, in putredinem proprie dicendam tendit* (8). = Quinimmo sic apertius idem Auctor testatur. = *Omnes humores corporis per auctum motum, & calorem majorem inde natum, possunt mutari penitus in morbosam indolem validiori pressione, difflatione aquosi, coagulo per majorem calorem inducto, acrimonia majori nata* (9). = Et paulo supra sic idem habet. = *Motus ergo sanguinis per vasa auctus sales sanguinis reddet acriores, magisque volatiles; olea magis attenuata, sed simul mi-*

(1) Hippocrat. *de morb. lib.1. Cap. 7.*
(2) *Id. de loc. in hom. Cap. 13.*
[3] Sydenh. *sect. 1. Cap. 4. pag. 72.*
(4) *Id. ibid. loc. cit. p. 58.*
(5) Van-Svviet. *ibid. loc. sup. cit. tom. 2.* §. 558.
(6) Boerhaav. *de Cogn. & cur. morb. intest. inflamm.* §. 962.
(7) *Id ibid. loc. sup. cit.* §. *eod. p. m.* 170.
(8) *Id. ibid. loc. cit. febr. contin. tom. 2.* §. 730.
(9) *Id. ibid. loc. sup. cit. tom. 1.* §. 100. *p. m.* 137.

minus blanda: hinc novi iterum nascuntur stimuli augentes circulationem, ex cujus augmento facti erant; sicque morbi effectus morbum auget [1].

(1) *Id. ibid. loc. §. eod. p. m. 136.*

68 Ex his igitur concludendum est, quod acres humores in acuta continua febre Antoniæ Niglio augeri potius debebant, (quemadmodum reipsa factum fuit) quam imminui; proindeque materia morbosa augescere etiam debebat, quæ illius dolorem Ischiadicum excitabat. Nunquam vero illiusmodi humores solvi atque digeri poterant a tali febre, quæ non bene a R. P. Promotore tanquam salutare symptoma supponitur. Cum e contrario satis supra demonstraverimus illam acutam & continuam inflammatoriam fuisse; a qua gravius mortis periculum extimescendum erat. Quemadmodum terrentia symptomata apertissime significabant quæ illam comitabantur; quæque aucta magis sunt ad extremum usque tempus, quo forte fortuna prodigium evenit.

§. VIII. Animadversionum.

69 Majus dubium de hoc Miraculo movet R. P. Promotor, ex eo quia natura, quæ jam criticos conatus per se moliebatur, eo ducta fuerat, quo tendebat per assidua, & opportuna remedia; donec infirma fuerit sanata. Quare, inquit ille, hujusmodi sanatio Miraculo tribuenda esse non videtur, propterea quod ad sanationem usque remedia adhibita fuerunt; atque ea quidem efficacissima, uti sunt Olea, Magnesia alba, Ceratum de Ranis cum Mercurio; quod remedii genus vi sua attenuare, resolvere, & crassos, impactosque affectæ parti humores prorsus dissipare potuit. Ad quod avincendum ille testem adducit Cardinalem de Laurea, & Zacchiam a summo Pontifice Benedicto XIV. relatum.

70 Satis supra a nobis comprehensum est, febrem acutam continuam Antoniæ Niglio, non ex iis quidem febribus fuisse, quæ depuratoriæ a Medicis vocantur; sed ex genere potius earum, quæ inflammatoriæ ac proinde periculosissimæ habentur. Ex quibus concludendum est, possibile non esse, quod adhibita medicamenta pertinaces, violentesque utrorumque horum morborum caussas evincere potuerint. Nam ab omni eorum decursus historia, nusquam apparet medicamenta per tot dies adhibita aliquod Infirmæ Mulieri levamen attulisse. Atque id quidem non sine ratione. Licet enim ægrotans Niglio aliquam spasmorum imminutionem ab oleorum usu accipere potuisset; ea tamen apta, atque efficacia sane non erant ad solvendam inflammationem in illius intestinis jam natam, tum ob acutam nimirum, continuamque febrem, quæ jam inde a multis diebus Mulierem divexabat; tum ob degeneratos per ipsam febrem humores, tum etiam ob horum subtilioris partis dissipationem (genuinum febrilis motus effectum) fieri certe quidem non poterat, ut illiusmodi Olea opportuna essent ad evincendam tam gravem & pertinacem sanguinis stagnationem in minimis intestinorum ægrotantis vasis. Quemadmodum apertissime demonstravit periculosa atque pertinax ejusmodi febris ad miraculosam usque sanationem; licet illiusmodi Olea adhibita fuerint. Et re quidem vera, ut benigna hujusmodi inflammationis resolutio fieret; necesse quidem erat, illius febrem sedari, eo ut necessarius humorum motus in ipsa pacatus haberetur. Uti scite Van Swieten hisce verbis docet = *Verum non omnis inflammatio resolvendo curari potest, sed tantum talis, in qua & humor blandus, & motus sedatus, & obstructio parva es-*

fet = & paulo infra idem sic pergit. = *Si enim febris plurimum dissipaverit liquidissima, & residuum inspissaverit, vel & sanos humores in pessimam morbosam indolem mutaverit, frustra expectaretur blandus ille febris per hanc viam in sanitatem exitus* (1) =.

71 Si igitur in Antonia Niglio tam pertinaciter acuta, continuaque inflammatoria febris una cum doloribus perduravit, proindeque velox sanguinis motus continuatus permansit; nullo hinc sane pacto concludi potest, olea ad illiusmodi morborum medelam efficacia fuisse, uti R. P. Promotor opponit.

72 Non bene vero ille sibi persuadet, Magnesiam albam Mulieri levamen aliquod afferre potuisse. Nam, ut de hujus remedii natura, & viribus certa sententia proferatur, non ignorandum sane, Magnesiæ pulverem, nihil aliud esse, quam lixivium, a crystallisatione nitri residuum. Cujus naturam valde alcalinam esse chemica experimenta manifesto demonstrant (2). Scire autem licet hujuscemodi pulverem non solum absorbentem virtutem exerere, si in stomacho, & intestinis acidum stabulatur; sed etiam potenter satis interdum alvum subducere: aliquando vero eundem pro dispositione humorum in prima regione hospitantium, effectu, cathartico seu purgante omnino carere (3). Quamobrem Magnesia acidum quidem, si quod in primis Antoniæ Niglio ægrotantis viis inerat, absorbere; ejusque alvum movere poterat. Verum ad inflammatorium ejus intestinorum morbum solvendum, atque depellendum, impar sane, & impotens remedium eandem magnesiam fuisse, nemo est, qui in medicina vel leviter versatus non fateatur.

73 Quoad vero vim magnam, quam R. P. Promotor Ceratum de Ranis cum Mercurio habere contendit ad evertendam Ischiadici doloris caussam. Primum non sine ratione quidem testamur, quod pluries experti sumus debile admodum hujusmodi ceratum ad resolvendos tenaces quidem humores in diversis corporis ægrorum partibus inhærentes. Adde quod Joannes Astruc judicium de ceratis mercurialibus ferens, ea & inefficacia plerumque, & ægrotantibus incommoda esse, apertissime fateatur (4). Deinde, cum coxæ doloris caussa in acrimonia consistat, quæ minimas nervosas partes divexat, quemadmodum R. P. Promotor ipse superius definivit. Certum quidem est, Mercurii proprium non esse, ut antedictam acrimoniam corrigat & evincat, nemine ex Medicis scriptoribus id docente; Cum potius ille ad viscidos humores resolvendos tantummodo valeat (5).

74 Ex his igitur apertissime intelligitur, quod utrorumque horum morborum sanatio tribuenda non sit illiusmodi remediorum viribus; utpote quæ aut nullius efficaciæ erant, aut nullo pacto opportuna fuerant: Verum illa genuino potius Prodigio ab Omnipotente Deo patrato, impetrante Ven. Francisco Caraccioli, accepta sit referenda.

§. IX.
Animadversionum.

75 Pergit porro R. P. Promotor opponere, nihil quidem officere, quod remedia nullam opem Infirmæ mulieri tulisse videantur. Cum ipsa testetur hoc modo = *Niuno di questi medicamenti applicati mi diedero giovamento alcuno* =. *Sum. pag.* 60. *§.* 13. Eademque affirmet, morbos usque ad sanationem perseverasse. Nam duo ille advertenda proponit. Primum illud est, quod, licet coxæ dolor, & Colica affectio ægram torquerent; nemo tamen eam in instanti vitæ discri-

mi-

(1) *Id. ibid. loc. sup. cit. tom.* 2. *§.* 594. *p. m.* 81.

(2) Hoffmann. *Ob. Phys. Chimic. lib.* 1. *obs.* 2. *Animadv. & exp. circa magn. alb.*

(3) *Id. ibid. loc. nuper cit.*

(4) *De morb. vener. lib.* 2. *cap.* 6. *§.* 2. *pag. m.* 148.

[5] *Id. ibid. loc. nuper cit. cap.* 8. *effect. Mercur. in human. corpor.* *§.* 1. *pag. m.* 130.

mine versari putaverit. Cum constet neque Medicum, neque Domesticos, neque Mulierem denique ipsam curasse, ut eadem moritura Mulier Sacra assumeret. Ex quo ille concludit, graves certe morbos in ultima periodo fuisse; at quovis tamen vitæ periculo caruisse.

76 Cum bene cognoverit R. P. Promotor, quod, præter experientiam, quæ satis pertinaciam & gravitatem morborum comprobaverat; Antoniæ Niglio testimonium etiam inutilitatem remediorum evincat: desumere ille tentat, ejusmodi dolores mortis periculo obnoxios non fuisse, ex eo quod Ægra Infirma Sacra minime assumserit.

77 Desumendum quidem non est, graves, periculososque morbos non fuisse, ex eo quia nemo tunc Infirmæ Mulieri, ut Sacra assumeret, suggereret. Nam satis supra a nobis comprobatum est, acutam continuam febrem, quæ Colicum Infirmæ dolorem comitabatur, certissimum sane signum fuisse natæ inflammationis in ejus intestinis, uti supra laudatus Boërhaavius hisce verbis nos docet =. *Cognoscitur autem facile pro vera inflammatione* [intestinorum] *ex febre acuta continua comite* (1) =. Quemadmodum etiam demonstratum est, nimis velocem humorum motum ab acuta febre excitatum, ob quem benigna inflammationis resolutio fieri nequiverat, in caussa fuisse, cur Colicus dolor ægrotantis mulieris Niglio in pessimos exitus abiret. Ita Aretæo suffragante =. *Multi quidem vi torminum repente intereunt: aliis intestinum suppurat, deinde nigricans, tunc & putrefactum excidit, atque ita deficiunt* (2) =. Ex quibus sane Auctoris verbis recte intelligere R. P. Promotor debet, quod cum ejusmodi inflammatio in tam pessimos exitus abeat, in suppurationem nimirum, gangrænam, & denique putrefactionem; ea quidem fit morbus suapte natura lethalis. Ex quo tamen determinatum tempus requiratur ad mortem Ægrotanti inferendam. Qua de re si infirma Mulier tunc moritura non erat, desumendum hinc tamen non est, morbum ejusmodi lethalem deinceps minime fore.

(1) *Id. ibid. loc. sup. cit. intest. inflam.* §.962.

(2) Aret. *de Causs. & sign. morb. acut. lib.* 2. *Cap.* 6. *p. m.* 18.

78 Quoad vero Ischiadicum dolorem, satis supra ostensum a nobis est, pertinacem ac rebellem dolorem, in minimis nervosis Antoniæ Niglio Coxæ partibus inhærentem fuisse, qui ultimis diebus magis magisque augescebat; quique ab medicamentorum usu nullum levamen acceperat, sed pertinacior evaserat. Quod curationis difficultatem apertissime demonstrat; quemadmodum ab ipso Hippocrate per hæc verba manifestum fit = *Quicumque autem morbus in nervos pervenerit, roboratur, & quiescit in eodem loco, & difficile est ipsum educere* (3) =.

(3) Hippocr. *de loc. in homin.* n. 9

79 Sed de difficultate, & periculo horum morborum satis sit. Cetera Jurisperito examinanda relinquimus.

§. X.
ANIMADVERSIONUM.

80 Deinde R. P. Promotor contendit, quod cum Antoniæ Niglio morbi a sola humorali caussa nascerentur, in ultimo ipsius vitæ limine ferociores fieri potuerint. Ubi nimirum natura superata vi morbifica, validior redditur, & corporis actiones suo libitu exercet. Tunc enim symptomata omnia fortiora sunt, ita ut ægri aliquando de vita periclitentur; uti ex Galeno refert Zacchias. Hæc ille.

81 At nos Rev. P. Promotori negamus, verum quidem nullo modo esse, quod ejusmodi symptomata in ultimo vitæ discrimine Infirmæ Mulieris aucta, ex eorum numero fuerint, quæ a natura quandoque critico tempore excitantur. Uti sapienter Galenus docet.

Con-

Constanter enim affirmamus ejusmodi phænomena orta procul dubio fuisse ex vehementia eorundem morborum, qui maxime augescebant. Atque ad id evincendum, considerare oportet, quod licet Antoniæ Niglio morbi in principio ab humorum vitio excitati essent: tamen ii in solidis partibus sedem fixerant. Quare hujusmodi symptomatum vehementia in iisdem persistente; possibile quidem non erat, ut natura per Crisim illiusmodi morbos solvere ullo modo posset. Nam manentibus in Antonia Niglio ferocibus doloribus, ventris astrictione, & denique pervigilio, atque imprimis acuta continua febre, ex qua magnus in ejus humoribus motus excitabatur, nunquam sane benigna inflammationis resolutio in illius intestinis poterat expectari. Ita sententiæ huic Van Swietenio suffragante =. *Aucta humorum velocitas, quæ inflammationem comitatur, admodum pacata debet esse, ut resolutio sperari possit* (1) =. Quinimmo ab hujusmodi febris pertinacia, non solum nulla sperari poterat talis morbi Crisis, verum potius majus periculum metuendum erat. Cum major humorum acrimonia tum augesceret; atque adeo major fieret inflammatio. Uti modo laudatus Auctor hoc nos pacto edocet =. *Præterea demonstratum fuit .... sola celeritate motus circulatorii aucta, sales, & olea sanguinis acriora reddi; sicque novos nasci stimulos, augentes circulationis velocitatem, ex qua producti fuerant. Ex quibus omnibus satis apparet, quantum periculum immineat parti inflammatæ si validissima febris adsit* (2) =.

(1) *Id. ibid. loc. sup. cit. tom. 1. §. 387. p. m.164.*

(2) *Id. ibid. loc. sup. cit. tom. 1. §. 388. p. m.165.*

82 Eademque vero ratione, augescente sanguinis acrimonia ob ipsam acutam continuam febrem; increscebat etiam Ischiadici doloris causa. Quare, uti ab hujusmodi febre inflammatio, & intestinorum dolor solvi nullo modo poterat; quemadmodum supra a nobis demonstratum est; sic ob eandem caussam ejusmodi Infirmæ Antoniæ Niglio febris critica appellanda non est, sed potius symptomatica & exitialis, tum ob accessionem quam eadem inflammationi afferebat, tum ob acrimoniæ incrementum, quod coxæ dolorem augebat.

83 Ex quibus sane relinquitur, ægrotantis mulieris Niglio symptomata nullam naturæ perturbationem indicasse, quæ salutarem crisim molietur; Verum majorem eorumdem morborum accessionem apertissime demonstrasse.

§. XI.
Animadversionum.

84 Cum R. P. Promotor mente percipiat, haud firmo talo niti argumentum de perturbatione & incremento symptomatum in ultimo hocce morbi statu ad salutarem crisim indicandam; præsertim cum hæc fieri minime visa fuerit. Ad proponendum ille descendit, satis esse hujusmodi sanationem ad *dubii* statum reducere, non solum ob levem morborum indolem; verum etiam ob remediorum continuationem. In quo sane casu, inquit ille, quisque talem sanationem non ad Miraculum, sed ad caussam, vel ad summum ad simplicem *Gratiam* debet referre: prout docet Bordon de miraculis medit. septima, *num.*27. & infra *num.*33.

85 Nunc vero contendit R. P. Promotor, quod dubitandum sit de prodigiosa sanatione utrorumque horum morborum, ex eo quia ambos leves esse sibi fingit. Verum per per se quidem manifestum est, hujusmodi hypothesim falsa quidem suppositione laborare. Nullus enim ex medicinæ Professoribus, Colicum dolorem, adjecta imprimis inflammatione, uti in Antonia Niglio factum est, pro levi un-

unquam habet. Præsertim cum is ob symptomatum pertinaciam, id est ob acutam continuam febrem, & ob assiduos spasmos in intestinalibus fibris excitatos nunquam benigne resolvi possit: verum necesse est in periculosiores exitus sese convertat. Quemadmodum supra a nobis scriptum est (1).

(1) §. I. *hujus*.

86 Propter hæc, illud addendum, quod vitium hæserat in viscere vitæ humanæ necessario, ex quo ejusdem morbi gravitas deducenda magis est, quam si hujusmodi inflammatio, atque spasmi in aliis partibus vitæ minus necessariis extitissent.

87 Si igitur hic morbus in nobili viscere hærebat, atque a natura resolvi nequiverat, sic ut necessario in alium graviorem morbum sese convertere deberet. Nullo sane modo intelligi potest, cur pro levi morbo a Rev. P. Promotore habeatur. Optime enim patet ex Aretæi doctrina, doloris pertinaciam febrim augere, & gangrænam accelerare (2). Atque Aretæus idem hoc modo periculum illius ob gravitatem morbi apertius indicat. = *Multi quidem vi terminum repente intereunt: aliis intestinum suppurat, deinde nigricans, tunc & putrefactum excidit, atque ita deficiunt* (3). =

(2) Van Swieten. *ibid. loc. sup. cit. Tom.* 3. §. 960. *p. m.* 168.

(3) Aret. *de Causs. & sign. morb. acut. lib.* 2. *cap.* 6. *p. m.* 18.

88 Quod vero Antoniæ Niglio coxæ dolor gravis, & pertinacis indolis fuerit, nullo modo quispiam dubitare potest. Etenim hujusmodi morbi gravitas satis demonstratur a suis rebellibus accessionibus, quas pluries, & multo ferociores in ultimo stadio Mulier Infirma passa est (4). Ex qua sane pertinacia jure cum pluribus Medicinæ Auctoribus morbi gravitas atque periculum decerni debet. Inter quos in primis Richardus Mead ita scribit. = *Malum hoc* (Ischiada), *ubi inveteraverit, femur cum crure debilitat, & æger claudicat, interdum etiam femoris caput extra coxam elabitur, & femur ipsum protinus contabescit* [5]. = Itemque Boerhaavius sic nobis scriptum reliquit. = *Si durat & augetur* (dolor coxæ) *sæpe post atrocissima tormenta articulum motu privat, anchylosin creat, vix ulli cedentem remedio* (6). = Et denique apertissime Riverius sic morbi gravitatem & periculum exprimit. = *Prognosis doloris Ischiadici hoc habet peculiare, quod diu perseverans coxæ luxationem inferat* (7). =

(4) *Summ.* §. 68. & §. 85.

(5) Mead. *Monit. & Præcept. Medic. cap.* 13. *de dolor. articulor.*

(6) Boerhaav. *ib. loc. sup. cit.* §. 1492

(7) *Prax. Medic. lib.* 16. *cap.* 2. *de dolor. Ischiad.*

89 Quod vero ad remediorum continuationem attinet, satis supra a nobis ostensum est, quod hæc penitus aut parvæ, aut nullius efficaciæ fuerint [8]. Igitur concludendum est, quod hujusmodi sanatio neque ad *dubii* statum, neque ad *Gratiam* referenda sit, tum ob gravitatem, & periculum morborum, tum ob remediorum impotentiam, tum denique etiam ob repentinam sanationem talium morborum, qui valde in Antonia Niglio aucti erant, atque periculosi evaserant; sed ea potius in genuinum Miraculum ab Omnipotente Deo patratum, Ven. Francisco Caraccioli intercedente, jure adsciscenda sit.

(8) §. VIII. *hujus*.

§. XII.
Animadversionum.

90 Tandem Rev. P. Promotor eo magis hujusmodi sanationem pro *Gratia* habendam esse opinatur, quo magis mulier non solum sub *Gratiæ* nomine suam a tali morbo liberationem appellavit; Verum etiam quia hanc ipsa opus in istanti absolutum, & undique perfectum, uti Miraculum est, non existimavit. Quandoquidem expergefacta Ceratum a parte adfecta non amovit, quemadmodum postea ex Medici consilio abjecit.

91 Dubitandi sane locus non est, Mulierem Antoniam Niglio de improviso ab utrisque contumacibus, periculosisque morbis, ceterisque letha-

lethalibus Symptomatis evasisse; tunc præsertim, cum pro ejus salute preces fundebantur, *Ven. Servi Dei* Francisci Caraccioli fides implorabatur, atque hujus auxilium requirebatur. Id enim evidenter locupletissimi Testes affirmant. & imprimis Medicus, qui sic narrat, = *Ed io già la viddi quella mattina perfettamente sana, mentre poneva un gallone ad un cappello, e poi la viddi alzata nel suo perfetto colore, e carnagione sana, nella quale mentre stava in letto era molto smagrata, e decolorata, e poi la viddi alzata dalla sedia, e camminare per un servigio, che aveva da fare nella bottega senza l'inferior debolezza, o incommodo, o dolore, senza ajuto, e senza bastone, ed io avendole anco osservati li polsi, la viddi libera da ogni ombra di febre* (1). =

(1) *Summ.* §. 94. & §. 95.

92 Non ignoratur etiam, quo nulla Crisis in hac sanatione intercederet, cum Medicus ipse nos hisce verbis securos reddat. = *Nè prima, nè contemporaneamente, nè dopo la prenominata guarigione prodigiosa di detta Donna vi occorse alcuna Crisi, o evacuazione di materia, alle quali si avesse potuta riferire detta guarigione* (2). =

(2) *Summ.* §. 96.

93 Ad hæc etiam accedit, quod hæc instantanea sanatio sive Crisis perfecta omnino, & constans fuerit; uti præsertim Medicus idem inter ceteros hoc modo testatur. = *Io la viddi con la stessa robustezza a lavorare, girare, e camminare per la bottega, come mai avesse avuto male veruno, e così poi successivamente l' ho veduta &c.* (3)

(3) *Summ.* §. 95.

94 His positis constanter affirmamus: quod duo Antoniæ Niglio morbi nullo modo ita de improviso sine ulla Crisi atque perfecte a natura citra Miraculum sanari potuerint. Illius enim reversivus coxæ dolor ob caussarum pertinaciam, atque ob minimas nervosas partes, quibus multis jam inde mensibus inhæserat, atque ob periculosos effectus, qui ab hujusmodi doloris pertinacia excitari solent, tam repente a natura depelli nequiverat; quemadmodum a nobis supra demonstratum est sub Auctoribus Boerhaavio, Svvietenio, Hippocrate, Celso, Richardo Meadio, ceterisque (4).

(4) §. 1. & §. 111. *hujus*.

95 Multo autem minus de improviso sanari poterat Colicus dolor Infirmæ hujus mulieris Niglio. Utpote cui acuta continua febris, virium defectus, pervigilium, alvus compressa, & cetera lethifera symptomata accesserunt. Etenim cum omnia hæc terrentia phænomena in ultimo morbi tempore graviora, atque pertinaciora essent, & præsertim acuta febris, ex qua velocior sanguinis motus perstare deberet, majorque acrimonia excitari: natura quidem de improviso talem inflammationem ac dolorem profligare nullo modo poterat. Verum destrui potius debebant exilia intestinorum Antoniæ Niglio Vasa. Uti fieri hoc pacto Gerardus Van Svvieten nos docet. = *Si jam velocitati motus humorum simul adsit eorumdem acrimonia, patet facile citissime debere destrui tenerrima hæc vasa.* = Et paulo infra Auctor idem subdit. = *Ex quibus omnibus satis apparet, quantum periculum immineat parti inflammatæ si validissima febris adsit* (5). =

(5) *Id. ibid. loc. sup. cit. tom. 1. §. 388. p. m. 165.*

96 Cum itaque res ita se habeant, uti re quidem vera esse a nobis supra indicatum est: certum quoque est, hujusmodi vehementibus Symptomatis in Antonia Niglio permanentibus, naturam impeditam omnino fuisse, quominus pro ægrotantis mulieris salute aliquid peragere posset. Licet autem eadem aliquid in talibus morbis efficere valuisset; de repente quidem eos depellere nunquam potuisset; sed potius

potius identidem; viresque ejus pessumdatas paullatim restituere. Quemadmodum peragentis naturæ methodum esse in omnibus morbis satis compertum est.

97 Quare cum hujusmodi morbi sine ulla Crisi perfecte, constanterque de improviso evanuerint. Cumque Ægrota mulier deperditas vires illico recuperaverit, sic ut nunquam ægrotasse visa esset: Fatendum omnino est ejus sanationem, numeris omnibus absolutum Miraculum fuisse, non vero *Gratiam*; quemadmodum opponit R. P. Promotor, fretus Mulieris verbis, quæ *Gratiam* a Miraculo discernere nunquam sane poterat; utpote quæ vulgaris, & harum rerum nescia erat. Cum e contrario satis manifestum sit, illico Medicum recte agnovisse Miraculum. Quippe qui, statim ac aspexit Antoniam Niglio de improviso a tam gravibus & pertinacibus morbis sanatam; hujusmodi sanationem non *Gratiam*, sed genuinum Miraculum vero nomine appellavit (1). Ob id etiam eidem insciæ Antoniæ Niglio idem Medicus Ceratum projicere jussit (2); testatus eam ab Omnipotente Deo, VEN. FRANCISCO CARACCIOLI intercedente, penitus jam sanatam fuisse. Quemadmodum postea, nullis morborum vestigiis remanentibus, liberam ab his, atque immunem revera mulierem extitisse, omnes in facti serie testes evincunt (3).

(1) *Summ.* §. 93. 97. 99. & §. 174.
(2) *Summ.* §. 93.
(3) *Summ.* §§. 33. 65. 66. 95. 133. 135. 152. 162. & §. 173.

98 Antoniam igitur Niglio ab immanibus doloribus & Ischiadico, & Colico, ceterisque vehementibus symptomatis illico fuisse vindicatam, summo Numine miraculosum opus per VEN. FRANCISCO CARACCIOLI patrante, verissime conceptis verbis juravimus.

99 En itaque, BEATISSIME PATER, quid nos de hujusmodi morborum natura, ac sanatione, quid de Animadversionibus R. P. Promotoris sentiamus. Uter vero rectius physicas rationes perpenderit, TU optime omnium judicabis. TU es enim Is, in cujus mentem Cælestis ille spiritus supernum lumen infundit, quo divina ab humanis dignoscere facile potes. Quare Miracula hæc Sanctitati TUÆ dijudicanda, ac statuenda relinquimus.

Isidorus Bacchettius.

REVISA

Jo: Prunettus Sub-Promotor Fidei.



